



NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
M 8
48 B
26
ROMA


ROMA
Via S. Chiara

Sermones

DE SANCTIS PER ANNI TOTIVS CIRCVLVM,

Reuer. D. D. Magiſtri Iacobi de Voragine Ordinis Prædicatorum, Quondam Archiepiſcopi Ianuenſis.


Nunc demum à quamplurimis erroribus expurgati, & vetuſti Codicis collatione reſtituti.

Adiectis etiam Regulis pro omnium perſonarum ſtatu, ex opere eiuſdem perueteri deſumptis.

Cum Indice duplice, tum rerum omnium notabilium, tum ſingulorum Sermonum.



VENETIIS, Ad ſignum Concordiæ.
M D LXXXIX.



TABVLA SERMONVM IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM:

DE SANCTIS PER TOTIVS anni circulum:

Demonstrans quot Sermones habeat, quid contineant, & quota pagina inueniri debeant, fœliciter incipit.

De Sancto Andrea Apostolo.

ser.3.

ser.2.

De

ser.3.

De Natiuitate B. Mariæ Virg.

De Exaltatione S. Crucis.

De S. Matthæo Apostolo.

De S. Mauritio, & socijs.

De S. Cosma, & Damiano.

De S. Michaele Archangelo.

De glorioso Hieronymo Cardinali & doctore.

De S.Francisco confessore.

De S.Dionysio martire.

De S.Luca Euangelista.

De S.Simone & Iuda.

In festo omnium Sanctorum.

De Commemoratione omnium fidelium defunctorum.

De S.Martino Episcopo.

De S.Cecilia Virgine & Martire.

ser.2.

FINIS TABVLA SERMONVM, ad Dei Virginisq; gloriam.

TABVLA NOTABILIVM RERVM SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI,

Tangens materias generales in singulis contentas Sermonibus.

Mi-

Finis ad Dei, Virginisque laudem.

SEQVITVR MODVS viuendi per regulas quo ad omnes ſtatus.

Regula Prelatorum.

Satis patet cum dicitur: Oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe: ſicut Dei diſpenſatorem, &c. Et qui maior eſt veſtrum ſit veſter miniſter. Et Pau. Hortatur vos, &c. Officium epiſcopi eſt, malos arguere, & corrigere: bonos tueri: diſcordes pacificare, puſillanimes hortari. Ait. n. Dominus Petro in perſona cuiuſlibet Prælati Paſce oues meas. Et Apo. Corripite inquietos conſolamini puſillanimes. De iſtis dicitur. Prædica uerbum, inſta, opportunè, importunè: argue, obſecra, &c. Etiam. Si occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis.

1. Thi 3 · Mat. 20 · 2. Cor. 6. · Ioan. 12. · 1 Theſ 2 · 2 Thi. 4. · Gal. 6.

Regula Clericorum.

Habeant doctrinam ſanam, vitam ſanctam, famam odoriferam. Ideo ſcriptum eſt. Sacerdos habeat hoſtias pro delictis ſuis offerre. Et Aug. in regula. Sit uobis cor vnum, & anima vna in domino. Et Dauid. Sacerdotes enim induantur iuſtitiam. Et Apo. Induite vos ſicut electi Dei, viſcera miſericordiæ,

Heb. 5. · Pſ. 131. · Col. 3.

diæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam, &c.

Regula Religioſorum.

Viuant in obedientia, caſtitate, & paupertate. Debent deuotè orare & contemplari, cōtra vitia & concupiſcentias carnem mortificare. Vnde Pater Aug. in Reg. Ante omnia fratres chariſſimi diligetur Deus. Et Vgo de S. Victore, de clauſtro animæ. Diuinæ religionis regula in hoc dependet, vt prælati cuſtodiant ſubditos ſuos, ſubditi prælatis benignè obediant: Deuoti ſint ſenes, iuuenes vero laborioſi, ſit honeſtas in habitu, mediocritas in uictu, ſint in clauſtro aſſidui, & ad iniuriam rari. Non ſint ciuiles, ſed clauſtrales, ſint intenti pſalmis non cauſis. Non ſit rumor in clauſtro, ſed dilectio. In capitulo non lites, ſed confeſſio. In choro ſit ſacra ſimplicitas, & circa altare reuerentiæ honeſtas.

Regula diuitum.

Nihil iniuſtè acquirant. Propter ſuas diuitias pauperes ſuos vicinos non deſpiciant, ſed ipſos ſuſtineant. Operarijs ſuis bene, & cito perſoluant. Adulatores & adulatrices in menſa non recipiant. Diligenter & libenter ad ſuorum vicinorum concordiam laborent.

Regula Pauperum.

Diuitibus libenter & fideliter seruiãt, nec eis propter suas diuitias inuideant: nec propter paupertatem adulatione vel detractione peccent, nec patienter, sed gratanter paupertatem sustineant: & iustè ditari cupiant: nec Ecclesiam propter diuitias uisitent. Nihil furti a familia uicinorum suorum, nec ab alijs retineant.

Regula Virginum.

Non sint loquaces, sed simplices corde & habitu. Ad Christi matris virginitatem diligenter cogitent, & eam diligant. Choreas vitent. Inter iuuenes ne sedeant; nec se ab eis palpari permittant. Non ament aliquem amore illicito. Adulatores & adulatrices non recipiant, nec audiant. Orationes libenter dicant. Sordida verba & inhonesta fugiant.

Regula Viduarum.

Continentiam habeant: humilibus se vestibus induant: orationibus libenter insistant suspectos homines in hospitio suo non recipiant. De consilio proborum se gubernant S. Annam & Elisabeth uiduas cogitent: familiam castam habeant. Parum per vicos discurrant.

Regula Nuptarum.

Tho. 10. *Soceros honorare maritum diligere: familiam regere: domum diligenter gubernare, & seipsam honesta, & irreprehensibilem exhibere.*

Regula ad Mulieres.

Indecenter ornatas se non ostendant. Crines, collum, guttur, & caput tegant, humiliter in Ecclesia, & ubique se habeant, nec alias mulieres per superbiam incitent.

Regula virorum ad uxores, & e conuerso.

Eph. 5.
1. Pet. 3. *Viri diligite vxores vestras sicut & Christus dilexit Ecclesiam. Vxor autem timeat virum suum. Viri cohabitantes secundum scientiam quasi infirmiori uasculo muliebri &c.*

Regula parentum ad filios.

Eph. 7. *Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios, sed educate eos in disciplina & correctione Dei.*
2. Co. 12 *Etiam Non debent filij parentibus thesaurizare: sed parentes filijs.*

Regula filiorum ad parentes.

Parentes honorent, eisque in bonis obediant, nec eis sua furentur, seu distrahant. Antè eos non respondeant, à maledictionibus se caueant, cum parentibus ad Ecclesiam vadant, & in eorum negotijs libenter & fideliter laborent.

Regula dominorum ad seruos.

Vos domini eadem fecit illis remittentes minas, & soluite domino quod iustum est, & æquum seruis præstate, scientes quod & vos dominum in cœlo habetis, Iterum. Non ledas seruum tuum in veritate operantem. Seruus sensatus sit ibi dilectus, quasi anima tua. non defraudes eum libertate, neque inopem derelinquas illum. Ephe. 6. Eccl. 7.

Regula dominorum ad dominos.

Serui obedite per omnia dominis carnalibus non ad oculum seruientes quasi hominibus placētes, sed in simplicitate cordis timentes Deum, scientes quod a domino accipietis retributionem hæreditatis. Et alibi: Serui subditi estote in omni timore dominis vestris, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis. Col. 3. 1. Petr. 25.

Regula

Regula ad familiam.

Ne fraudem dominis suis in seruiendo faciant, fideles sint in rebus suis custodiendis. Nihil ab eis auferant occulte, nec alios auferre permittāt. Nunciū malum non faciant. Vxori vel filijs domini sui de male respondendo caueant, malos rumores fugiant vnde in domo malum oriri possit, seu discordia, reportare vitent. Missi cito reuertantur. Mercedem suam in superbia vestium non expendant. Ita viuant in humilitate, vt labor eorum sit eis in remissionem omnium peccatorum suorum.

Regula Mercatorum.

Die dominico non mercentur. Non periurent. Ab iniusto lucro caueant, nec ad idem vendant vel charius propter dilationem. Debitum tempore promisso soluant. Scientes non mentiantur. Aequam stateram habeant, æqua pondera, & æquam mensuram.

Regula ad Tabernarios.

Non permittant ludere ad taxillos in taberna sua, nec Deum blasphemare. Meretrices non recipiant. De nocte plenam mensuram dent omnibus. Vinum cum aqua ad vendendum non misceant,

nec

nec aliquo modo pocula vel ferculam ad vendendum defraudent.

Regula ad hoſpites.

Malos in hoſpitio ſuo non recipiant ſcienter, vel hoſpitibus ſuis auenam vel fęnum furentur. Nec ſubſtineant ꝙ aduenę fornicentur in hoſpitio ſuo. Iuſtam, bonam, & honorabilem computationem cum hoſpitibus ſuis faciant.

Regula ad ſenes.

In Eccleſia libenter taceant. Iuuenibus bonum exemplum præbeant. De maledicendo, ſiue malefaciendo ipſos reprębendent. Turpia verba ne habent, nec laudent malitias coram iuuenibus. Mulierculas a bono non retrahant nec iunenes laudent in ſuperbijs, ſeu in uanitatibus ſuis.

Regula ad omnes.

Excommunicatos uitent, non ſe inebriant, pauperes pro poſſe ſuo ſuſtineant. Sacerdotes, religioſos, Eccleſiamq; ubique honorent, & deuotè ab eis doctrinam audiant. Feſta bene celebrent. Decimas bene ſoluant. A detractione caueant, ab adulatione, a blaſphemia, a mendacio, a periurio, ab aſſiduo iuramento, à turpibus, & maxime luxurioſis verbis ſe

abſtineant,

abstineant, quia circunstantes & audientes ab eis inflammantur. Præcepta Ecclesiæ teneant. Pænitentias sibi iniunctas diligenter impleant. Alter alterum ad bonum opus inuitet, deque malo reprehendat. Dent libenter eleemosinas, quia sicut aqua extinguit ignem, &c. Missas sermones & confessiones libenter colant, & frequentent. Ablata restituant, quia non comittitur peccatum, &c. In vesperæ idest in fine uitæ tormenta inferni & gaudia paradisi cogitent.

Regula omnium.

Tandem animaduertite quod Christus discipulis vniuersum mundum mittens dixit: Ite docete omnes gentes baptizantes eos, &c. Secundum illud: Vt omnes crederent per illum. In fide ergo omnes vnanimes, & in oratione estote compatientes, & fraternitatis, amatores, misericordes, modesti, humiles non reddent malum pro malo. Et Salomon. Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo id est, ad hoc factus est omnis homo. Quicunque erga hanc regulam secuti fuerint pax super illos, & misericordia. Amen.

Mat. 28

Ioan 1.

1. Pet. 3.

Eccl. vlt.

Gal. 6.

Laus Deo, & Virgini.

SERMONES PVLCHERRIMI

Varijs Scripturarum Doctrinis referti de Sanctis per anni totius circulum concurrentibus.

Editi à Venerabili viro Iacobo de Voragine Ordinis Prædicatorum quondam Archiepiscopo Ianuensi, incipiunt fæliciter.

De S. Andrea. Sermo I. Quomodo Christi vestigia secutus est. eius viam custodiuit, & non amisit.

VESTIGIA eius secutus est pes meus, viã eius custodiui, & non declinaui ex ea. Tria sunt necessaria cuilibet viro pfecto. Vnum, ꝙ Christum sequatur per bonam vitam. Scd̃m ꝙ ipsum custodiat per finale perseuerantiam. Tertiũ ꝙ ab eo nunquã declinet per aliquã culpã. Ista tria B. Andreas se fecisse gloriat, dicit, Vestigia eius secutus &c. Circa primum notãdũ, ꝙ vestigia Christi sunt uirtutes eius, s. eius, puritas, charitas, mansuetudo, mĩa siue pietas. Ista uestigia Christi S. Andreas secutus est, quæ notantur in antiphano quæ de ipso cantatur. Concede nobis hoĩem iustum, redde nobis hoĩe sanctũ, ne interficias hoĩem Deo carum, iustum, mansuetum & pium. Habuit ergo perfectam puritatem, iõ dr̃: Redde nobis hoĩem Sanctum. n. idem est quod purum. Vnde in Greco sanctũ idem est quod agyos, i. sine terra. Tunc. n. Andreas fuit sine terra, qñ oĩa terrena reliquit, & se in mundi Iob. 28. Primo.

Matth. 19. tia conseruauit. Ecce nos reliquimus oĩa & secuti su mus te, Habuit charitatem. iõ dicit: Ne interficiat ho minē Deo carū. Charitas enim dicitur ex eo ꝙ ho-

1. Co. 13 minē carū facit. Qui enim magnam charitatē habet, magni pretij est apud Deū: qui paruā, parui: qui nullā nullius Si charitatē nõ habuero, nihil sum. Habuit mansuetudinem & humilitatem: iõ subditur mansuetum, quod significat̃ p Moysen: qui sicut fuit ex aqua assũptus: sic iste de mari vocatus, de quo Moyse dici-

Nu. 12. tur. Erat Moyses vir mitissimus inter oẽs homines, Habuit misericordiā, & pietatē. ideo subditur, & piū. Eius aũt pietas ostendit̃ ex eo quòd quatuor vicibus fleuisse legitur, Habuit, n. lachrymas amoris, quando fleuit ꝓ incarceratione Matthęi sui amicissimi, & di-

Andreę quadruplex interpretatio. lecti. Cõpassionis, quando fleuit propter extinctionē iuuenis, a septē dęmonibus suffocati. Doloris, quãdo fleuit miserabilē statū Nicolai senis. Et deuotionis, sicut quando fleuit vadens ad patibulū crucis. Ista aũt quatuor accipiunt̃ pęnes quadruplicē interpretationē huius nominis Andreas. Interp̃tat̃. n. decorus. Et

Cant. 1. quantū adhoc accipitur eius puritas. Ecce tu pulcher es dilecte mi & decorus: interpretat̃ ẽt virilis & quã tum ad hoc accipitur eius charitas, quę facit hominē

1. Co. 13 virilem & fortē. Charitas omnia suffert. Interpretat̃ respondens pabulo. Et quantū ad hoc accipitur eius pietas. Sicut enim oleum est pabulū luminis, sic pietas gratiæ spiritualis. Tunc autē quis rñdet pabulo, quando compassioni, quæ est in corde, respondet effectus in opere. Dicitur etiam Andreas quasi antropos, idest sursum conuersus: per qđ intelligitur eius humilitas, quę hominem sursum cõuertit. Qui se humiliat

Luc. 14. exaltabitur. Secundo viā eius custodiuit. Circa quod

Via custoditur per quatuor. notandum quòd quatuor sunt, quæ viam custodire faciunt, s. ferramētorum impressio, crucum erectio: plãtarum reflectio & lapidum aggregatio: Et quorum Christus factus est nobis via ideo habuit ferramentorū, idest clauorū impressionē, crucis erectionē, spinarum

rum in modũ coronę reflexionẽ, & lapidũ aggregationẽ, quando.s.Iudæi lapides in Christũ iacere voluerũt. Beatus igitur Andreas viã Christi custodiuit, quia semper respexit ad eius clauorũ vulnerationẽ, ad Christi crucẽ, ad eius coronationẽ, & ad eius lapidationem. Tertio viam eius nõ amisit. Circa quod notãdũ, quòd quatuor sunt quę viam amittere faciunt, scilicet tenebra, nebula, nimietas, niuiũ, & dẽsitas herbarum. Nullo istorum modorum sanctus Andreas viam Dei perdidit. Non propter tenebras auaritiæ, quia omnia terrena cõtempsit. Auari, n. tenebras faciunt, dum inter se, & solẽ iustitię terram opponũt. Iustitię lumẽ non luxit nobis. Secundo eã nõ perdidit propter nebulam carnalis concupiscentiæ; quia corpus suũ semper domauit. Vñ refert Aug. li. de pęnitẽtia eũ dixisse dum esset in cruce. Recordor dñe quantũ in portãdo corpus onerosum, in domando superbũ, in fouẽdo infirmum, in cohercendo lætum laboraui. Dicitur autẽ nebula carnalis cõcupiscẽtia, quia sicut nebula ex aquę vaporibus exurgit, sic in hoĩe voluptuoso fumositas malarũ concupiscentiarũ scaturit. Augu. in lib. cõfess. Exalabant nebulę de limosa cõcupiscentia carnis, & scatebra pubertatis, & obnubilabant atq; obfuscabãt cor meũ, vt nõ discerneret serenitas dilectionis à caligine libidinis. Tertiò viam Dei non perdidit propter niuem mundanę glorię, quia totã vitã suam in cruce Christi posuit. Vñ ait, Amator tuus semper fui, & desideraui amplecti te ò bona crux. Assimiliatur aũt mũdana gloria niui. quia licet ad modicum luceat, tamẽ cito euanescit. Et ita viam Dei perdere facit. Quomodo potestis credere qui gloriam abinuicem q̃ritis, & gloriam, quę a solo Deo est, non quęritis. Quarto eã nõ perdidit propter densitatem herbarum pigritiæ, non enim piger fuit, sed totam Achaiam cõuertit. De pigris autem dicitur. Per agrum hominis piger transiui & ecce totum repleuerant vrticæ.

Margin notes: 3. Via amittit quatuor — Sap. 5. — Io. 5. — Prouer. 24.

Sermo secundus. Quando Andreas a Christo quintupliciter fuit honoratus.

Ps. 128. NImis honorati ſunt amici tui Deus Deus omnes ſanctos honorat communiter. Apoſtolos vero honorauit ſpecialiter, ſed B. Andream honorauit ſingulariter. Videamus igitur ſingulares honores, quos
Primo. Chriſtus B. Andreæ conceſſit. Primo nanq; fecit eum
Exo. 23. primicerium ſuum, quia. ſ. ipſum ante omnes apoſtolos vocauit. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum domini Dei tui. Tres fuerunt apoſtoli, qui ſunt de terra Chriſti, i. de Galilea, ſ. Andreas, Petrus, & Philippus, quos Chriſtus quaſi primitias ad ſe vocauit, & merito. Chriſtus. n. fuit agnus in ara crucis immolandus. Iſti autem tres apoſtoli ſimiliter erant agni, quia in crucis patibulo immolati. Cęteri autem Apoſtoli fuerunt oues, quia fuerunt luporum morſibus laniati.
Mat. 10 Ecce ego mitto vos ſicut oues. Quia igitur Chriſtus erat agnus, ideo prius colligere voluit agnos, & po-
Eſa. 40. ſtea oues. In brachio ſuo leuabit agnos, & in ſinu ſuo congregabit, fetas ipſe portabit. Secundo fecit ipſum mediatorem, & nuncium ſuum: quando, ſ. Petrum ad Ieſum vocauit, & ad eum adduxit. O quantum Petrus Andream debet diligere, per quem Chriſtum meruit
Io. 1. inuenire. O quanti meriti vir iſte eſt apud Deum, qui conuertere meruit principem apoſtolorum; & ſic ve-
Io. 6. re fuerunt fratres carne, fide, & paſſione. Tertio fecit ipſum ſecretarium, & conſiliarium ſuum, quando de turba ſatianda cum eo conſilium habuit. Nam Philippus non confidebat. Andreas vero Dei potentiam, & miſericordiam prouocabat dicens, Eſt puer vnus, hic &c. ac ſi dicat, quamuis hæc modica ſint, tamen tu
Ecc. 6. domine ſupple quòd deeſt. Amicus in domeſticis fi-
Quarto ducialiter agit. Quarto fecit eum portarium ſuum.
Io. 12. Nam cum quidam gentiles Ieſu loqui vellent, di-

xerunt Philippo, & ipse Philippus dixit Andreæ. Isti autem duo portarij dixerunt Iesu. Iuerunt portarij, & nũciauerũt in palatio regis intrinsecus. Quinto fecit eum commilitonem, assessorem commensalẽ & sacrificium suum, inquantum. s. patibulo crucis cum pati voluit. Christus enim habuit crucem tanquam equũ, per quem contra dæmones militauit, super quem Andream sedere fecit, & ideo fecit eum commilitonem suum. Homo, quẽ rex honorare cupit, sedere debet super equum, qui de sella regis est. Habuit crucem tanquam solium, in quo inter hoĩem, & dyabolum iudicium diffiniuit. In isto solio Andreã collocauit. & iõ fecit eum suum assessorem. Dauid, idest Christus sedens in cathedra, s. cuius sapientissimus princeps inter tres, qui fuerunt in eadem cathedra. s. Andream, Petrum, & Philippum. Habuit crucem tanquam mensam, in qua fideles refecit. In hac mensa Andream secum tenuit, & ideo fecit eum suum commensalem. Parasti in conspectu meo mensam &c Habuit crucem tã quam aram, in qua patri se sacrificium obtulit. In hac ara Andreã similiter immolauit, & ideo fecit eum suũ sacrificium & odorẽ. Vnde cantatur. Dilexit Andream Dominus in odorem suauitatis. Quamuis autem fuerit passus patibulum crucis. non tamen eo modo, quo Christus. Christus enim fuit crucifixus rectus. Petrus reuersus. Andreas transuersus, quia Christus tanquàm caput obtinebat superiora, Petrus tanquàm alter princeps obtinebat inferiora, & ideo cõueniens fuit, quod Andreas teneret medium, ut scilicet manum dexterã porrigeret ad Christum, petens ab eo auxilium ascendendi in cœlum, finistram ad Petrum, petens sibi aperiri regnum cœlorum. Christus in cruce fuit rectus, vt respiceret mundum, quem redimebat. Petrus reuersus vt respiceret cœlum, cuius claues tenebat. Andreas transuersus, vt cum una manu ciperet regnum cœlorum à Christo, cum alia scilicet claues à Petro.

2. Reg. 7.

Quinto

Hest. 6.

2. Reg. 23.

Psal. 22.

De eodem Sermo tertius, Ioannis fidelis testificatio Andreæ prudens interrogatio, Christi benigna inuitatio exaratur.

Io.1. STabat Ioãnes & ex discipulis duo &c. Circa istam primum vocationem Andreæ tria tanguntur. Nam in Ioanne notatur fidelis testificatio, cum dixit, Ecce agnus Dei. In Andrea prudens interrogatio, cum dixit, Rabbi vbi habitas. In Christo benigna inuitatio,

Primo. cum dixit, Venite, & videte. Circa primum notandum ꝙ testificatio Ioannis fuit Andreę causa salutis; quia mox Christum secutus fuit, per quod datur intelligi, quantum valet vnum verbum ab vno sapiente audire, & cum sapientibus conuersationem habere. Carbones autem mortui insimul positi, sese magis denigrant, viui autem magis sese inflammant. Viui cum mortuis & mortuos accendunt. Sic etiã peccatores insimul habitantes magis se inquinant. Sancti viri insimul habitantes, se inflammant. Sancti viri cum peccatoribus commorantes, eis vitam pręstant. Ioannes igitur Andream docuit, & ipsum perfecte ad Iesum disposuit: Et ipse sic dispositus, ad Iesum transiuit. Disposuit autẽ ipsum quatuor modis. Primo sicut disponitur lucifer ad solem. Ioannes erat lucifer. Nunquid produces luciferũ in tempore suo. Christus erat sol. Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ Lucifer autem disponit ad solem per uicinam denunciationem. Alij prophetæ fuerunt stellæ, quia nũciauerant Christum sed de longinquo. Ille fuit lucifer, quia nunciauit ipsum, scilicet de propinquo, cũ ipsum ostendit, dicens, Ecce agnus Dei. Andreas igitur sic dispositus de lucifero transiuit ad solem. i. de discipulatu Ioannis, ad discipulatum Christi. Secundo ipsum disposuit sicut lucerna ad lucem. Ioãnes erat lucerna, Ille erat lucerna ardens & lucens. Christus erat lux. Erat lux vera &c.

[Margin: Qũo disposuit Io. Andreã — Iob. 38. — Mala.4. — Io.5. — Io.1.]

Lucerna

Lucerna autem diſponit ad lucẽ, per quandam radiationem imperfectã. Ioannes ergo tãquã lucerna lucebat; ſed imperfectè, per ſuam tñ lucem imperfectam, diſpoſuit Andream ad lucẽ perfectam. Et ſic Andreas diſpoſitus de lucerna tranſiuit ad lucem, ideſt de imperfecta radiatione Ioãnis ad pfectã lucem Chriſti. Tertio ipſum diſpoſuit ſicut facula ad ignẽ Ioannes erat facula. Verbũ ipſius quaſi facula ardebat, Chriſtus erat ignis Deus noſter ignis cõſumẽs eſt. Facula aũt diſponit ad ignẽ, p quadã ſemiplenã inflãmationẽ. Ioãnes igitur tãquã facula inflammabat ſed imperfecte p ſuã tñ inflammationẽ imperfectam, diſpoſuit Andreã ad veri ignis inflammationem perfectam. Et ſic Andreas diſpoſitus de facula trãſiuit ad ignẽ. i. de ſemiplena inflammatione Ioannis, ad plenã inflammationem veri ignis. ideſt Chriſti. Quatuor ipsũ diſpoſuit tanquàm præcurſor ad regẽ. Ioannes erat præcurſor, Præibis. n. ante faciem domini &c. Chriſtus erat rex. Rex regum & dominus dominantium. Ioannes igitur tãquàm pcurſor viam ad regem præparabat. Ego vox clamantis in deſerto &c. Et ſic Andreas præparatus de præcurſore tranſiuit ad regẽ, & de militia militis tranſiuit ad militiam Imperatoris. Secundo in B. Andrea ponitur prudens interrogatio cum dicit: Rabbi vbi habitas? Circa quod notãdum, ꝙ Chriſtus eſt luminoſus. Amictus lumine ſicut veſtimẽto, & ideo requirit domum lucidam per ſapientiam & veritatem. Ego ſapientia habito in conſilio &c. Eſt ſpecioſus: Specioſus forma præ filijs hominum, & ideo requirit domum mundã per puritatem, Tu autem in ſancto habitas. Sanctum, ideſt mundum & purum. Eſt tranquillus, & quietus. Tu autem dominator virtutis cum tranquillitate iudica. Et ideo requirit domum tranquillam per concordiam & bonitatem. Factus eſt in pace locus eius; Et excelſus. Excelſior cœlo eſt, & ideo requirit domum altam per charitatem. Ego in altiſſimis habito. Eſt ſtabilis & perpetuus. Dominus omnipotẽs ſtabilis in glo-

Eccl. 48
Heb. 10
Luc. 1.
Apoc. 19.
Ioan. 1.
Pſ. 103.
Pro. 8.
Pſ. 44.
Pſ. 21.
Sap. 12.
Pſ. 75.
Iob. 11.
Eccl. 24
Ibid. 42

ria sua. Et ideo requirit domũ infirmam pro patiente stabilitatẽ. Sicut ciminıcus firmatur percussionibus, sic domus Dei firmatur aduersitatibus. Et in tali domo
Psal.90. Christus habitat. Cũ ipso sum in tribulatione. Quia igitur B. Andreas habuit domum cordis sui lucidam, ideo Christus in eo habitauit tãquã luminosus. Quia habuit mundam, in eo habitauit tanquam speciosus, quia habuit pacificam: in eo habitauit tanquam tranquillus: quia habuit altam, in eo habitauit tanquã excelsus: quia habuit firmã, in eo habitauit tãquã perpetuus. Tertio ponitur Christi benigna inuitatio cũ dixit: Venite, & videte. Videre aũt hic sumitur ꝓ oĩ sensu Aug. in li. confes. Dicimus nõ solũ vide qd luceat, sed ẽt uide qd sonat, vide quid durũ sit. Viderũt ergo
Hest. 15. quia eius gratiosam faciẽ cõspexerunt. Valde admirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum. Eius
Ps. 118. verba dulcissima audierunt. Quam dulcia faucib. meis eloquia tua &c. Odore paradisi, quo plenus erat persẽ-
Cant. 1. serunt. Trahe me post te curremus in odorem vnguen
Eccl. 24 torum tuorum. Amorem suum suauissimum gustaue-
Cant. 3. runt. Qui edunt me, adhuc esuriẽt. Brachijs fidei & a-
Prou. 4. moris eũ tenuerũt, et amplexati fuerũt. Tenui eũ, nec dimittã. Glorificaueris ab ea cũ eã fueris amplexatus.

De eodem. Sermo quartus. Istorum duorum apostolorum vocatio, quo ad duo commendatur.

AMbulans Iesus iuxta mare Galileę, vidit duos fratres. Simonem q vocať Petrus, & Andreã fratrẽ
Matt.4. eius, Vocatio istorum apostolorum commendabilis est, ex parte uocantis & vocatorum. Ex parte quidem uocantis commendabilis est, quantum ad duo. s. quantum ad numerum, & quantũ ad officium. Quantum ad numerũ, quia vocati sũt insimul quatuor fratres, bini & bini, vt in isto euangelio hř. Quod factum est tripli
Primo. ci de causa. Primo propter eorum plenam consolationem. Si enim fuissent diuisi, & aliqui non fuissent

uocati,

uocati, non fuissent plene consolati. Chrys. sup illud, Et uocauit eos. Erant.n. habitatione cõciues, dilectione concordes, artificio pares, fraternitatis pietate coniuncti. Ideoque simul eos uocauit, ne tot homines cõiũctos, dissimilis vocatio separaret. Vocauit ergo eos simul, ut plena eis consolatio detur, Deus.n. semp dat plenam, perfectam, & purã consolationem. Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Io.16. Econuerso autem mundus dat consolationem deceptoriam, sicut patet in diuite qui dixit, Anima mea habes multa bona &c. Luc.12. aut uacuam. Aspexi terram & ecce uacua erat & nihil. Hie.4. Aut semiplenam. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Psal.54. Aut mixtam Vinum tuum mixtũ est aqua. Esa.1. Secundo pp commendandam uitam socialem, ad quem quatuor requiruntur. Ad uitã socialẽ 4 Reqruntur. Primum est recognitio infirmitatis propriæ, ideo ponitur ibi Petrus, qui interpretatur agnoscẽs. Intellige, q̃ sunt proximi tui ex teipso. Ecc.31. Secũdũ est cõformitas uolũtatis mutuę, ideo ponitur ibi Andreas, qui interpretat̃ uirilis, qa ad uoluntatem suam domandã, magna uirtus reqrit̃. Melior est patiens uiro forti, & qui dominat̃ animo suo expugnatore urbium. Pro.16. Tertiũ est supplantatio iræ. Et ideo ponitur ibi Iacobus, qui interpretat̃ supplantator. Vir iracundus prouocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas. Pro.15. Quartum est præsentia diuinæ gratię. Ideo ponit ibi Ioannes, qui interpretat̃ gratia. Eccl.6. Vera .n. socialitas non est inter malos; sed bonos. Qui metuunt dominum, inueniunt illum. fuerum amicũ. Tertio propter fidei firmitatem. Nam secundum Chry. Fides in statu naturæ fuit debilis, quia fundata fuit super vnam pilam. idest super Abel. In statu legis scriptæ fortior, quia initium veteris testamenti fundatum fuit supra duas firmitates, quasi sup duas pilas. i. Moysen & Aaron. In statu legis euangelicę fuit fortissima, quia initium noui testamenti fundatum fuit super quatuor fraternitates, quasi super quatuor pilas. scilicet Petrum, Andream, Iacobum, & Ioannem, immo, super

montem

Ps. 86. monte fortissimũ scilicet Christus fundamenta eius
Notandum. in montibus sanctis. Secundo cõmendabilis est quantum ad officium, quia facti sunt piscatores hominum, Circa quod notandũ, quòd Deus habet piscatores venatores & vindemiatores: Piscatores fuerunt pdicatores primitiui, qui vno tractu retis prædicatiõis magnam multitudinẽ piscium, idest hominũ capiebant. Venatores sunt prædicatores moderni, qui cũ clamo
Hie. 16. ribus vix capiunt vnam ferã scilicet animã. Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur eos, & post hęc mittã eis multos venatores & venabunt eos, Vindemiatores aũt erunt prædicatores vltimi, qui cum falce diuini eloquij, vuas maturas a putridis separa-
Apoca. 14. bũt. Misit Angelus falcẽ suã in terrã, & vindemiauit uineam terræ. Modo aũt diabolus est vindemiator &
Mich. 7 Christus racemorũ collector. Vę mihi qa factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, Ex parte aũt uocatorum, commendabilis est ipsa vocatio quantum ad duo. Primo quia omnia reliquerunt, scilicet amorem terrenũ, domesticum & priuatũ. Terrenũ quidẽ, cum dicitur, Relictis retibus & naui &c.
Mat. 19 Ecce nos reliquimus omnia &c. Amorem domesticũ
Ibid. 10 cum dicitur, Et patre &c. Qui amat patrẽ & matrem plusquã me &c. Amorẽ priuatum, cum dicitur. Secuti sunt eum, & nõ seipsos. Qui amat animã suã, perdet
Ioã. 12. eã. De his tribus amoribus dicit. Si quis venit ad me
Luc. 14. & non odit patrẽ suũ, ac matrẽ. Hæc referunt ad amorem domesticum, adhuc aũt & animam suam, hoc ad amorem priuatum, Et qui nõ baiulat crucem suam, & venit post me, scilicet pauperem, nõ potest meus esse discipulus hoc refertur ad amorem terrenum. Secundo cõmendabilis fuit eorum vocatio: quia secuti sunt Christum, scilicet tanquam lucem, sodalem, ducẽ, & regem, qui vadit post talem lucem nõ potest offende-
Ioã. 11. re. Si quis ambulat in die, non offendit &c. Qui vadit post talem sodalem, non potest deficere: quia manum
Psal. porrigit sibi adiutricem. Tenuisti manum dexteram meam.

meam. Qui vadit post talem ducem, non potest errare. Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Qui uadit post talem regem, non potest corona carere. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Beatus igitur Andreas secutus est Christum, tanquam lucem in sua conuersione, quia tunc de tenebris ad lucem uenit. Tanquam sodalem in sua conuersatione, quia semp illi adhæsit. Adhęsit anima mea post te &c. Tanquam ducem in sua passione. Vnde cātatur de eo: Et in ligno crucis dux iusti fuisti. Tanquam regem in sua glorificatione, à quo coronam accepit. Vnde dixit, cum esset in cruce. Iam enim ego video regē &c. Io.8. Apo.2. Ps. 62.

Sermo quintus, de S. Nicolao Episcopo. Sermo primus Sanctis uitæ, mentis nobilitas, eiusque scientiæ securitas commendatur.

IVstus quasi leo confidens absque terrore erit. In his verbis sanctus, atque deuotus Nicolaus à tribus commendatur. Primo à vitę sanctitate cum dicitur, Iustus. Scdo à mentis magnanimitate, & nobilitate, cum dicitur, quasi leo confidens. Tertio à scientię securitate cum dicitur, Absque terrore erit. Circa primum notandum, ꝙ ſm Aug. uera iustitia in tribus consistit, scilicet in innocentia, beneficentia, & humilitate uera. Fuit ergo beatus Nicolaus iustus. Primo quia nulli nocuit: vnde dicitur. Pucrilibus annis innocenter transactis &c. Sine offensione estote Iudæis, & gentibus & ecclesiæ Dei &c. Secundo quia omnibus profuit, quia & aurum dedit & triticum impetrauit. Dispersit dedit pauperibus iustitia &c. Tertio quia veram humilitatē seruauit, vnde dicitur de eo, ꝙ factus episcopus, eandem, quam prius habebat humilitatem seruabat. Tria enim sunt, quæ hominem consueuerunt immutare. s. ætas, dignitas, & prosperitas. Sed beatus Nicolaus non est immutatus à sua humilitate, nec propter ætatem: quia eam seruabat magnus, & paruus, Sicut dies iuuen

Pro.28. Primo Iustitia vera in quo cōsistat. 1. Cor. 10. Psal.3. Immutant hominem tria. Deu.33.

iuuentutis tuę, ita & senectus tua. Nec pp dignitatem
quia eã seruabat in prælatione sicut, & in subiectione.
Ecc. 27. Rectorem te posuerunt, noli extolli. Nec pp prosperi
tatem, quia eã seruabat in prosperitate, sicut in aduer-
sitate. Homo sensatus in sapĩa manet sicut sol. Circa
Nobilitas quadruplex. ẜm notandum, ꝙ ẜm Greg. Nazianzenum quadruplex
est nobilitas. Prima causatur ex carnis propagine. Se-
cunda ex animi virtute. De hac duplici nobilitate di-
cit Hieron. Ille apud Deum nobilior, & potior est: nõ
quem nobilitas generis, nec dignitas seculi: sed quem
deuotio fidei, & sancta vita Deo cõmendat. Istã dupli-
cem nobilitatem habuit S. Nicolaus, vnde dicitur de
eo, nobilissimis natalibus ortus, quo ad primam. vel ut
Lucifer Nicolaus emicuit: quo ad secundam, Item dr̃,
Exo. 2. ꝙ fuit nobilis genere, sed nobilior fide. Tertia causat
Rom. 8. ex legali adoptione, sicut patet. Vbi filia Pharaonis
Act. 17. Moysen in filium adoptauit. Istam habuit S. Nicolaus
in Dei filium per spiritum sanctum acceptatus. Nõ. n.
accepistis spiritũ seruitutis &c. Quarta causatur ex di
uinæ imaginis impressione, ẜm quam oẽs hoĩes sunt
æqualiter nobiles. De qua dicitur. Ipsius enim & ge-
nus sumus. Si ergo honoramus imaginem depictam,
multofortius honorare debemus imaginem Dei, no-
Ecc. 10. bis impressam. Fili in mansuetudinem serua animam
tuam, & da illi honorem secundum meritum suum.
Ista imago in peccatoribus adeo obfuscatur, quòd a
Mat. 25 Deo non cognoscũtur. Amen dico vobis, nescio vos.
Circa tertium notatur, ꝙ ipse fuit securus in vita & in
Pro. 15. morte. In uita propter securam conscientiam. Secura
mens quasi iuge conuiuium propter honorum operũ
affluentiam: quod indicabat olei emanatio, Quam qui
Mat. 25 dem affluentiam, prudentes virgines habuerunt, & iõ
secure dormierunt. Propter spiritussancti pręsentiam,
quia à sua pueritia gratiam Dei habuit, & in ipsa sem-
per perseuerabat, Ista enim tria ẜm Chrisostom. homi
nem sanctum faciunt esse securum. Fuit etiam secu-
rus in morte: Primo propter gloriã reuelatam, & an-
gelicam

gelicam custodiam. Angeli enim sibi morienti apparuerunt,& suam gloriam sibi reuelauerunt,& ipsũ custodierunt. Angelis suis Deus mandauit de te. Secundo propter commendationem diuinam, quia Deo se deuote commendauit dicens. In manus tuas cõmẽdo spiritum meum. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Tertio propter cœlestem armoniam. quia Angeli ipsius animam in cœlum cum laudibus deduxerunt. A finibus terræ laudes audiuimus & gloriam iusti, ualde igitur secura eius anima in morte esse potuit, quæ sic habuit conscientiam puram, bonorum operum affluẽtiam; & Dei gratiam, quæ sic habuit angelos custodientes, suam gloriam reuelantes, cum laudibus eius animam deducentes,& manus Dei in omnibus protegentes.

Psal.90.
Sapiẽ.3
Esa.24.

Sermo sextus, De eodem. Sermo secundus. Quare iustus: quod eius habitaculum, & quis talis thesaurus sit demonstratur.

THesaurus desiderabilis, & oleũ in habitaculo iusti. Iste iustus fuis S.Nicolaus. de quo dicitur, iuste, pie, uiuendo &c. Quatuor autem hic sunt uidenda. Primo quare dicitur iustus. Secundo quod est eius habitaculum. Tertio quis est iste thesaurus. Quarto quod est oleum istud. Circa primum notandum, quòd August. in lib. de perfectione iustitiæ tractans illud uerbum. Attendite ne iustitiam uestram faciatis &c. dicit, quòd dominus ibi in tribus iustitiam comprehendit, scilicet in ieiunij obseruatione, in eleemosynarum largitione,& deuota oratione. Istas tres partes iustitiæ habuit Nicolaus. Primo habuit ieiunij obseruationem, unde cum adhuc esset. infans feria quarta, & sexta tantum semel lac sugebat. Bonum est uiro cũ portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Iste autem portauit ab infantia sua, non a senectute tantũ. Portanti ergo iugum ab adolescentia bonum erit purum

Pro.21.
Primo.
Matt.6.
Iustitię uera in trib. cõsistit.
Trẽ. 3.

rum, s. gloria sine pœna. Portanti a senectute sua bonum erit mixtum, id est, gloria cũ pœna purgatorij: Nõ portanti in aliqua ætate sua malũ, erit purũ. s. pœna æterna. Istam triplicẽ differentiam tangit ꝓpheta dicens. Calix in manu dñi vini meri plenus mixto &c. Secundo habuit eleemosynarũ largitionẽ, q̃a oẽs diuitias suas distribuit, & dedit pauperi nõ diuitibus, id est illi hoĩ, qui filias suas præ paupertate præstitere volebat, dedit de meliori, nõ deteriori, q̃a aurum de proprio patrimonio, nõ de alieno dedit, propter honorem Dei; non propter fauorem populi. Tertio habuit deuotam orationem. uacauit eñ orationi, in sua iuuentute, vñ dicitur: Ecclesiæ sanctæ frequentans limina &c. & in reliqua sua ętate: Vnde dr̃ quòd factus episcopus in oratione vigilabat, & ĩ morte, q̃a
Luc. 18. tunc psalmum. In te dñe speraui, deuote dixit. Oportet semper orare & non deficere. Circa secundũ notandum, ꝙ quadruplex est eius habitaculum. Primũ est corpus, quod est habitaculum aĩæ. Peccatum reddit habitaculum iustitiæ tuæ. Secundum est anima, q̃ est habitaculũ spiritus sancti In quo & vos coędificamini in habitaculũ Dei in spũsancto. Tertiũ est monumentũ, quòd est habitaculum corporis. Sepulchra eorũ domus illorũ in ęternũ. Quartũ est cœlũ, quod est habitaculũ animę & corporis. In habitatione sancta coram ipso ministraui. Circa tertiũ notandũ, q̃d in primo habitaculo, i. in corpore, habuit thesaurũ virginalis munditiæ, q̃a virgo fuit. Simile est regnũ cęlorũ thesauro abscõdito in agro, idest, in corpore terreno. Habemus aũt thesaurũ istum in vasis fictilibus. Et dicitur virginitas thesaurus, ꝑꝑ suam preciositatem. Non est cõdigna ponderatio cõtinentis animę. In scđo habitaculo, idest in anima habuit thesaurũ diuinæ sapientiæ, q̃a magnam sapientiam habuit, de quo thesauro dicit. Infinitus thesaurus est oĩbus. Nescit hõ pretiũ eius. In tertio habitaculo, scilicet in monumẽto est thesaurus pretiosę margaritę, idest,

Margin notes: Nicolai habitaculum quadruplex. Iob. 18. Eph. 2. Ps. 48. Ecc. 24. Mat. 13. 2. Cori. 4. Ecc. 36. Sap. 7. Iob. 28.

corpus

corpus suū pretiosum. Qui profert de thesaurū suo, idest de corpore suo pretioso noua & vetera, vt vocētur vetera miracula, q olim ab alijs sanctis sunt facta. Et noua q̄ ab alijs facta nō fuerūt. In quarto habitaculo.i.in cœlo hn̄t thesaurum suorū meritorū. Thesaurizate vobis thesaurū ī cęlo, Ibi thesaurus, est ineuitabilis, ideo dr̄. Vbi neque erugo. Est incorruptibilis, ideo dicitur. Neq; tinea. Est inamissibilis, ideo dicitur. Vbi fures nō effodiunt. Circa quartū notandum, quod in primo habitaculo, i. in corpore, habuit oleū mansuetudinis, p quod omnes ad se trahebat. Oleū effusum nomen tuū &c. Res rigida oleo iuncta efficitur mansueta. Sic homo durus si oleo spiritu sancti iungitur, in mansuetudinem conuertitur. In cuius figura Iacob lapidem oleo vnxit. Dicit aūt Ambros. in li. de offi. In senibus grauitas, in iuuenibus alacritas, in adolescētibus verecūdia commēdatur. Non fuit ergo mirum si sanctus Nicolaus omnibus sit cōmēdabilis & amabilis, quia habuit verecūdiā cum adolescentibus, vnde dicitur, Pudore bono repletus &c. Alacritatē cū iuuenibus. Vn̄ dicitur quod erat alacer in exortando. Grauitatem cum senibus. Vnde dicitur quòd grauitatē in omnibus sectabatur. In secūdo habitaculo, i. in anima habuit oleū charitatis. Vn̄ dicitur: Copiosę charitatis Nicolaus pont. &c. Et significatur charitas per oleū, quia sicut oleū, supereminet alijs liquorib. sic charitas supeminet oībus alijs virtutibus. Adhuc excellētiorē viā vobis demōstro &c. In tertio habitaculo. i. in monumento habuit oleum pietatis. Illud n. oleū, quod emanat, significat eius pietatem qua abundabit. Totus em̄ mūdus plenus est doctrinis suis, & misericordijs suis. A fructu frumēti vini & olei sui multiplicati sūt. Multiplicatus est n. mūdus pane suæ doctrinæ; vino gratiæ & oleo misericordiæ, In quarto habitaculo, id est, in cœlo hēt oleum æternæ iucunditatis. Dabo eis coronam pro cinere, oleū gaudij pro luctu, pallium laudis p spiritu mętoris. Sancti enim viri in pręsenti

Mat. 13.

Matt. 6.

Cant. 1.

Gen. 28.

1. Co. 13

Ps. 4.

Esa. 61.

fuerunt in humiliatione, luctu, & mærore. Sed pro cinere humiliationis habebunt regalem sublimitatem, pro luctu, mentis iucunditatem, pro mœrore immortalitatem.

Sermo vij. De eodem. Sermo tertius Nicolaus Sanctus, miraculo seq; electus ostendens.

QVemcūq; elegerit dominus ipse erit sanctus. In his ostenditur ꝙ benedictus Nicolaus fuit sanctus, & miraculose electus. Circa primū notandum, quòd fuit sanctus, quia habuit sanctitatis effectiua cōseruatiua, & ostensiua. Effectua autem sanctitatis tria sunt secundum Chry. scilicet cordis munditia, spiritus sancti gratia, & bonorū operū affluentia. Ista tria habuit sanctus Nicolaus. Primo munditiam, propter quā dicitur amicus Dei Nicolaus. Quia sicut dicitur. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam laborum suorum habebit amicum regem. Secundo habuit spiritus sancti gratiā in suo principio, qa sanctę incępit. Domine præuenisti eū in benedictionibus dulcedinis. Et in suó medio, qa socialiter vixit. Vir amabilis ad societatem magis amicus erit quā frater. Et in suo vltimo; qa gratiose finiuit dicens. In manus tuas, domine. Tertio habuit bonorum operum affluentiā. Habuit enim opera pęnitentię quo ad se, unde dicit. Multo ieiunio macerabat corpus. Castigo corpus meū, & in seruitutem &c. Misericordiæ, quo ad proximū, vnde dicitur. Erat enim valde compatiēs &c. Ab infantia creuit mecū miseratio. Et gratię quo ad Deū qa in orationibus vigilabat. Vigilate in orationibus. Secūdo habuit cōseruatiua sanctitatis, quæ sunt tria. Primum est carnis mortificatio, quia statim ipse a sua pueritia carnem mortificauit. In sua aīa adolescentia ipsa caro est mortificanda. In cuius figurā magi puero myrrhā obtulerunt vnde dr: Afferte vas nouum & non uetustum, & mittite in illud sal. Secundum est

Nume- 10.1.
Sancti-tas uera tria re-quirit.
Pro. 22.
Ps. 62.
Pro. 18.
1.Cor.9
Iob.31.
1.Per.4.
4.Reg.4

mulierum vitatio, unde dicitur q mulierum cõsortia quasi quãdam pestem fugiebat, Sicut enim dicitur. De uestimentis procedit tinea, a muliere iniquitas uiri, Tertium est deuota oratio. Vñ dicitur q non tantum in die, sed etiam in nocte semper orabat, & ad matutinas etiam adhuc laicus ibat, Quærite dominum, scilicet in oratione & cõfirmamini &c. Tertio habuit sanctitatis ostensiua, quæ tria sunt Primum est mundi despectio, vnde dr̃. Gloriam mundi spreuit. Quicunque uoluerit esse amicus seculi huius &c. Ex quo sequitur q qui non est amicus seculi, est amicus Dei. Secundum est uerbi Dei deuota auditio. vñ dicitur. Ecclesiæ sanctæ frequentans limina &c. Qui ex Deo est uerba Dei audit. Tertium est miraculorum operatio, vnde dicitur. Deus qui B. Nicolaum innumeris decorasti miraculis &c. per quod ostenditur quantæ fuerit potentiæ apud Deum. In qua potestate hæc facis. Quantæ fidei apud seipsum. Si habueritis fidem sicut granum sinapis &c. Quantæ charitati erga proximum, quem semper ad bonum inducere satagebat, mõ uerbis, modo exemplis, modo miraculis Sine mẽte excedimus Deo scilicet miracula faciendo, siue sobrij subimus uobis, scilicet uerba & exempla præbendo. Circa autem electionem ipsius, notandum est quòd ipsa electio commendabilis fuit ex parte eligentium, electi et modi eligendi. In electionibus quidem tria cõmendabilia fuerunt. Primum est deuota oratio, quia tota nocte orationibus institerant. Vnde etiam Christus electurus Apostolos iuit in montem orare. Et apostoli in electione Mathiæ orantes dixerunt. Tu domine qui nostri corda &c. Secundum est diligens inquisitio, quia prælatus non debet præcipitanter eligi, sed cum diligentia inquiri, quia qui idoneum quęrit, idoneum inuenit. Quæsiuit dominus idoneum, & inuenit dicens. Inueni Dauid seruum meum. Quęsierunt electores Myrrheæ, ciuitatis episcopum, & inuenerunt. Tertium est recta intentio, quia non debet

Marginalia: Ecc. 42. / Ps. 104. / Iac. 4. / Io. 8. / Matt. 2. / Luc. 1. / 2. Co. 5. / Nicolai electio mendabilis / Luc. 6. / Act. 1.

Act.1. quis intendere eligere illum, uel illum, quia est propinquus uel amicus, sed quia magis idoneus, vnde dixerunt apostoli. Tu dñe qui corda nosti oīum &c. Per quod datur intelligi ꝙ electores plus debent respicere ad gratias spirituales q̃ corporales, s. plus ad bonitatem, q̃ ad nobilitatem, plus ad scientiam, quam ad potentiam, plus ad populi utilitatem, quàm ad carnē

Io. 18. & sanguinem. Sed dicitur, ꝙ ancilla hostiaria Petrum introduxit in atrium principis sacerdotum. Quia caro, quæ debet esse ancilla, sæpe introduxit prælatum.

Exo.12. Cum tamē dicatur ꝙ postes domus intingebātur sanguine, agni denotatur, quia non dēt quis introduci in domū Dei respectu sanguinis proprij, sed sanguinis crucifixi. Secūdo fuit commendabilis ex parte ipsius electi, in quo tria commendabilia fuerunt. Primum est eminentia vitę, quia a sua pueritia sanctè uiuere incępit. Greg. Tantum debet actionem populi actio trā scendere præsulis, quantum distare solet a grege uita pastoris. Scdm est perfectio sciæ & doctrinę, ideo dr: Quicquid de scripturis intelligere poterat, armariolo condebat pectoris. Factus etiam episcopus solicitè populo prædicabat. Dabo uobis pastores iuxta cor meum, & pascent uos scientia & doctrina. Tertium est firmitas constantiæ. Vnde tres pueros iniuste iudi-

Eccl. 7. catos constanter eripuit, & iudicem reprehendit. Noli quærere fieri iudex, nisi uirtute ualeas erūpere iniquitates. Vnde dominus primo prælato imposuit nomen Petrus, quod a petra dicitur. Tertio fuit commendabilis ex parte modi eligendi: Primo quia fuit canonica, scilicet per compromissum & diuinam in-

Heb.5. spirationem. Nec quisquam sibi assumat honorē &c. Secundo, quia fuit pacifica, quia omnes consenserūt.

Gen.25 Sed dicitur ꝙ in utero Rebecchæ filij collidebantur, quia prælati, qui dicuntur esse filij ecclesiæ quotidie intricantur. Tertio fuit discreta. Tunc enim electio est discreta, quando in collegio est persona idonea eligitur, si extra collegium est magis idonea assumitur.

ſumit. Ideo S.Nicolaus extra collegium fuit electus, quia erat ualde idoneus. Elige meliorẽ de filijs domini noſtri, non.n.tenentur eligere optimum, quia non poſſet inueniri. Sed aut bonum, aut meliorem. Si.u.in collegio eſt bonus, extra collegium melior, bono eſt melior præponendus. 4. Reg. 10.

Sermo viij. De eodem Sermo. iij. Quomodo eius vita ex ſeptem extitit gratioſa.

INuenit gratiam coram oculis domini. Tota uita B. Nicolai fuit gratioſa, quod patet ex ſeptem. Primo qa fuit gratioſe natus, & hoc ex parte vtriuſque generantis, ex parte geniti & modi generãdi. Primo ex parte generãtiũ, quia licet eſſent iuuenes, tñ mox ut natus eſt, continenter uixerunt. Ex quo patet, ꝙ erãt matrimonialiter iuncti, non ut libidini deſeruirent, ſed ut prolem educandam ad Dei ſeruitium generarẽt. Secundo ex parte geniti, quia ad ubera pendens, quarta & ſexta feria ieiunabat. Hoc autẽ non fuit a natura, qa tunc in omnibus paruulis ſemper idem contingeret, uel frequenter, neque a caſu, quia tunc feria a feria nõ diſtingueretur, nec a propoſito, quia tunc uſum liberi arbitrij non habebat. Reſtat ergo quòd fuerit a ſingulari Dei dono. Tertio ex parte modi generandi, quia generatus eſt per orationem, parentes enim ſui Deũ orauerunt, ut filium eis concederet, quem non tam diuitiarum quàm morum haberent hæredẽ. Pro puero iſto rogaui, & dedit mihi dominus petitionem meã. Secundo fuit gratioſe educatus. Primo, ſcilicet vt iuuenum laſciuias euitaret. Qui tetigerit piçem inquinabitur ab ea. Secundo ut eccleſiam frequentaret. Vnde dicitur eccleſiæ ſanctæ frequentans limina &c. gloſſa ſuper Matth. Ingreſſus Ieſus urbem templum adijt, dans formam religione. ut quocunque imus, primo domum orationis adeamus. Tertio ut uerba Dei libenter audiret & ſeruaret. Vnde dicitur. Quic-

Ecc.44.

Primo.

1.Reg.1

Ecc.13.

quid de scriptus audire poterat, armarjolo condebat
Pro. 8. pectoris. Beatus homo qui audit me, & qui uigilat ad
fores meas quotidie. Quarto ut corpus ieiunio macceraret. Vnde dicitur, Beatus Nicolaus adhuc puerulus, multo ieiunio macerabat corpus. Quinto ut operibus
Iob. 12. pietatis se assuefaceret. Vnde dicit. Affluens misericordiæ uisceribus, dato auro trium uirginum nephas prohibuit. Ab infantia mea creuit mecum miseratio. Tertio fuit gratiose electus, præmissa oratione exemplo
Act. 1. apostolorum. Orantes dixerunt, &c. Secundo diuina reuelatione. quia uox de cœlo lapsa fuit ut eligerent Nicolaum. Licet enim quidam per hominem sine Deo sunt intrusi, quidam per hominem, & Deum sint canonice electi, quidam a seipsis sine homine & Deo sicut ambitiosi. Iste tamen fuit electus a Deo sine ho-
Pro. 28. mine ut apostoli. Tertio fuit electus de omnium consensu & approbatione, unde dicitur quòd eo uiso, omnes laudauerunt Dei magnalia. In exaltatione iustorum multa gloria est. Quarto fuit electus inuitus & cum quadam coactione. Vnde poterat dicere cum propheta. Exaltatus autem humiliatus sum & conturbatus. Quinto fuit in episcopatu gratiore conuersatus. Ipse enim populum suum pauit uerbo. Vnde legitur quòd erat efficax in loquendo. Pauit orationis suffragio, quia in orationis pro populo uigilabat. De his dicitur. Nos autem orationi & ministerio uerbi erimus
Eccl. 6. instantes. Pauit exemplo. unde dicitur quòd eandem, quam prius grauitatem seruabat. Exemplum esto fide-
1. Thi. 4 libus in uerbo, in conuersatione. Pauit temporali subsidio, quia populo fame laboranti triticum impetrauit. Quinto fuit gratiose mortuus. Est enim mortuus cum gratia Dei. Vnde dicitur quòd omnium uirtutũ charismate replebatur. Apocal. xiiij. Beati mortui qui in domino moriuntur. Cum bona fama populi: unde dicitur omnibus se amabilem exhibuit. Cum bona conscientia: sui Bonam enim conscientiam habe-

re potuit, qui a cunabilis Christo seruire incæpit, propter ista tria dicitur. Mortuus est in senectute bona. Et Gen. 25.
ideo cum bona fama populi: plenus dierum, & ideo cum bona conscientia sui: cõgregatusque est ad populum suum, & ideo cum gratia Dei. Sexto fuit gratiose sepultus. In sepulchro enim suo tria erãt, s. margarita corporis, emanatio olei, & emanatio aquæ. In margarita corporis fuit fulgor munditiæ. Instar enim margaritæ fuit candidus per munditiam, cœlesti rore generatus per diuinã gratiam, & paruus per humilitatem veram. In oleo notatur abundantia misericordiæ, quæ in ipso fuit. In acqua abundantia gratiæ, qua semper abundauit. Septimo fuit gratiose assumptus. Fuit enim assumptus cũ custodia angelica. Vnde cum moreretur, rogauit Deum, ut Angelum suum mitteret. Et vidit Angelos ad se uenientes: cum protectione diuina, quia Deo se commendauit dicens. In manus tuas domine commendo spiritum meum. Cum secura conscientia. Securam enim conscientiam habere potuit, qui nunquàm peccauit, qui Deo semper seruiuit. Secura mens quasi iuge conuiuium. Cum recepta eucha- Pro. 15.
ristia, quia sacramenta corporis & sanguinis Dei suscepit. Et cum cœlesti melodia, quia dum assumeretur, cœlestis melodia audita est in cœlo. Anima quidem de uita egrediens quinque timet, scilicet dæmones, pœnam, peccata, dubietatem viarum, & vlulatum, & clamorem dæmonum. Sed iste non timuit dæmones, qui sic fuit ab angelis custoditus. Nec pęnam, qui sic fuit in manu Dei commendatus. Nec peccata, qui sic fuit in conscientia securus. Nec dubietatem seu diuersitatem viarum, qui tali duce, scilicet à Christi corpore fuit deductus. Nec vlulatum dæmonum; qui tali lætitia fuit perfusus. In lętitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes & colles can- Esa. 55.
tabunt coram uobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Ipse enim animæ quando assumuntur, gaudent, ideo dicitur, In lętitia egredie-

Aĩa de vita egrediẽs timet q̃nq̃.

mini,& tota trinitas gaudet, inde dicitur. Montes. Et Angeli: ideo dicitur colles, & omnes sancti qui fuerunt de vestra regione gaudent: ideo dicitur. Et omnia ligna regionis plaudent manu,&c.

Sermo undecimus. De eodem Sermo quintus. De quatuor eius priuilegijs.

NOn est inuẽtus similis illi &c. Quilibet sãctus in aliqua virtute emicuit, in qua nullus similis sibi fuit; pp quod dr̃. Nõ est inuentus similis illi. Et in hic apparet sapĩa Dei, quæ in tanta varietate sanctorũ tantã ponit varietatẽ uirtutũ: q̃ licet nobis non sit cognita: Deo tñ est nota. Si.n. tanta est diuersitas in faciebus, põt esse proculdubio & in animabus. Habuit igitur S. Nicolaus quatuor priuilegia, pp quæ põt dici. Non est inuentus similis illi. Primum est festina sanctificatio, quia à matris vberibus sanctus fuit, felix, qui dicere potuit cum propheta. Spes mea à iuuentute mea. sicut fuerunt Martinus, & Benedictus, qui à iuuentute Deo seruire incęperunt. Fęlicior, q̃ dicere põt. Spes mea ab vberibus matris meæ, sicut fuerunt Nicolaus, & Dñicus, ille ab vberibus abstinẽdo, iste adhuc sub nutrice cõstitutus infra iacendo. Felicissimus, q̃ dicere potuit. Spes mea ab vtero matris meæ, sicut fuit S. Ioannes baptista, qui fuit in vtero sanctificatus. Nullus aũt senex põt dicere. Spes mea à senectute mea, Sed ne proijcias me in tp̃e senectutis. Talis enim non põt de suis meritis confidere, sed ne proijciatur à Dei mĩa, dẽt orare. Et quia B. Nicolaus sic tempestiuè incępit, põt sibi cõuenire quod dr̃. Iustus cor suum tradet ad uigilandum diluculo, ad dñm, qui fecit illum. Sunt qui Deo tradũt bona sua, quod magnum est. Alij corpora sua, quod maius est. Alij corda sua, quod maximum est. Beatus autẽ Nicolaus tradidit & bona sua ad dispergendũ, & corpus suum ad macerandum, & cor suum ad adorãdum, & hoc fecit diluculo, idest in suæ ætatis primordio.

Ecc.44.

Ecc.39

Secundum

Secundũ est miraculosa electio, quia voce de cœlo lapsa, electus fuit. Et hoc accidit ex eo, ꝙ electores instabãt ieiunijs, orationibus, & vigilijs. Per hæc.n.tria meremur à Deo bonũ p̄latum habere. De ieiunijs habet̃ in electione Pauli & Barnabæ. De orationibus habet̃. In electione Mathiæ. De vigilijs simul & orationibus habetur. In Christo, qui electurus apostolos pernoctauit in oratione Dei. Tertium est miraculorum crebra operatio, quorum quędã operatus est in maiori mundo, quædã in minori. In maiori mundo operatus est in quatuor elementis, q̃a nautis mare tranquillauit, tempestatẽ ab aere fugauit, ignem dianæ extinxit, & terram sterilem fęcundauit. In minori aũt mundo, idest in homine multa est miracula operatus. Quibusdã enim subuenit a tribulatione, quam patiebant̃ a diabolo, sicut quando resuscitauit patri filium a diabolo strangulatũ. Quibusdã a tribulatione, quã iuste patiebantur a Deo, sicut quãdo resuscitauit filiũ patri cũ cipho in mari submersum. Quibusdã a tribulatione quã patiebantur a tyranno. sicut quando patri reddidit filiũ a soldano detentum. Quibusdam a tribulatione quam patiebant̃ in rebus, sic ut iudęo, qui imaginem Nicolai in domo sua fecerat. Quibusdã a tribulatione quam patiebantur in personis, sicut tribus principibus falso Cõstantino ab inuidis accusatis. Quibusdam a tẽtatione quã patiebãtur in animabus, sicut episcopo qui a diabolo tentabatur, q̃ se in forma mulieris posuerat. Quartum est olei in monumento effusio, per qđ datur intelligi quantæ misericordiæ in mundo, & quãtę misericordiæ existat in cœlo. Vnde potest sibi competere illud: Petra fundebat mihi riuos olei. Ipse enim fuit petra, idest tritus, quia se macerabat. Fuit durus, quia nullis aduersis credebat. Fuit etiam firmus quia constanter arguebat. Iste autem oleum, fundebat, quia misericordiam impendebat liberaliter, contra illos qui non effundunt, sed ab eis magnis precibus obtinetur. Qui pronus est ad misericordiam benedice-

Ibidẽ.8 Actu.4. Luc 6. Nicolai miracula. Iob.29.

tur. Effundebat aũt riuos, quia misericordia impendebat abundanter. Solus Deus habet misericordiã vniuersalẽ tanquam fluuium, sancti autem particularem tanquàm riuos. Miseratio hominis circa proximum
Eccl. 18 suũ. Misericordia autem super omnem carnem. Et dicit riuos olei, non vini, quia magis voluit sequi pie-
Eccl. 7. tatem, quam seueritatem. Noli esse iustus nimis. Vtrũ
Luc. 10 que tamen in casu est necessarium, quia Samaritanus, infudit vinum & oleum sauciato.

Sermo decimus. De S. Lucia sermo primus. Qualiter fortis extiterit.

Pro. 31. MVlierem fortem quis inueniet? Tempore Salomonis nulla mulier inuenta est fortis. Tempore autẽ gratię inuenta est vna fortissima, scilicet beata virgo. Inuentæ sunt & aliæ fortes, scilicet sanctæ virgines mundum cum carne vincentes, inter quas fuit beata Lucia: cuius fortitudo in tribus apparuit. Primo in hoc, quòd vicit omnia blandimenta omniũ vitiorum, scilicet auaritiam, luxuriam, & superbiam. Auaritiam uicit per liberalitatem, quia patrimonium erogauit, dedit autem pauperibus in vita omnia, & seipsam, quia dedit pauperibus, vt haberet cœ-

Luciæ fortitudo ĩ tribus ap paret. Primo.

Mat. 21. lestem thesaurum. Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Quia dedit in vita, præmisit ad locum securum. Thesaurizate vo-
Ibid. 6. bis thesauros in cœlo & cæt. Quia dedit omnia, rece-
Ibid. 19 pit centuplum Omnis qui reliquerit domum & c. cẽ-
Phil. 3. tuplum accipiet. Quia dedit seipsam, idest corpus mortale, recipiet ipsum glorificatum. Saluatorem expectamus dominum nostrum & cæt. Secundo vicit luxuriam per virginitatem, vnde dixit Agatha. Iucundum Deo in tua virginitate habitaculum præparasti. Ex quo patet, quòd habitaculum mentis suę fuit iucundum, purum, & præparatum: fuit iucundum

eundum, quia nunquàm ſpiritum ſanctum per peccatum contriſtauit. Nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei. Fuit purum, quia puritatem mentis, & corporis conſeruauit: ideo dixit: In tua virginitate Vnde & ipſa ait. Corruptores mentis & corporis nunquam ſciui. Domum tuam domine decet ſanctitudo. Fuit præparatum, quia omnibus virtutibus ſe ornauit. Qui timent dominũ præparabũt corda ſua. Tertio uicit ſuperbiã per humilitatẽ, vnde humilians ſe dixit, ancilla Chriſti ſum. Aliqñ anima eſt ancilla peccati. Omnis, qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Aliquando numi. Nõ poteſtis Deo ſeruire, & mammonę. Aliquando diaboli. A quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus eſt. Aliquando proprij corporis. Chriſto dño nõ ſeruiunt, ſed ſuo võtri. Hæc autem noluit eſſe ancilla peccati, quia hoc eſſet dãnabile. Nec numi, quia vituperabile. Nec diaboli, quia periculoſum. Nec ſui corporis, quia ignominioſum, ſed tñ Chriſti, quia hoc eſt glorioſum. Propter iſtam triplicem victoriam, tripliciter appellatur. Quia .n. vicit luxuriam, fuit templum Dei, vnde ait. Qui caſte viuunt, templum ſunt ſpiritus ſancti Quia vicit auaritiam, facta eſt columna paradiſi, vnde cantatur. Columna es immobilis &c. Quia vicit ſuperbiam, accepit coronam regni, vnde cantatur. Omnis plebs te expectat, vt accipias coronam regni. Secundo eius fortitudo apparet in hoc ꝙ vicit violentiam hoſtium: vnde cantatur. In tua patientia poſſediſti aĩam tuam. Lucia ſponſa Chriſti. Spreuiſti quæ in mundo ſunt, & corruſcas cum angelis. Sanguine.n. proprio inimicum viciſti. Ipſa.n. vicit hoſtem interiorem: ideo dicitur. In tua patientia. Melior eſt patiens uiro forti. Hoſtem exteriorem, vnde ſequitur. Odiſti quæ in mundo ſunt. Mihi mundus crucifixus eſt, & cætera. Hoſtem ſuperiorem, vnde dicitur. Sanguine proprio, &c. Valde admirabile fuit, quòd fragilis fœmina vicit hoſtem tam robuſtum, iuuencula hoſtem tam antiquum, puella delicata hoſtem tam auſterum.

Eph. 4. Pſal. 92. Eccl. 2. Io. 8. Luc. 6. 2. Pet. 1. Ro. 16. Pro. 19. Gal. 6.

Tertio eius fortitudo apparet in hoc ꝙ vicit sæuitiam tormentorum, quod patet ex quatuor. Nam virtus hominum, & boum amisit virtutem trahendi, quia nec mille homines, nec multa paria boum ad lupanar eam trahere poterant. Non enim hoc erat conueniẽs, quia sic dicitur. Tollens membra Christi faciam membra meretricis? absit. Secundo ignis amisit virtutem comburendi. Et in medio ignis non sum æstuata. Nec mirum, quia desuper habebat rorem saluificum, qui ignẽ refrigerabat, intus ignem diuinum, qui exteriorem superabat ignem extra corpus virgineum, quod a combustione immune esse debebat, sicut ab igne concupiscentiæ alienum fuerat. Illos autem omnino non tetigit ignis propter corpus virgineum. Neque contristauit, propter rorem saluificum. Nec quicquam molestiæ intulit, propter ignem diuinum. Tertio gladius amisit virtutem secandi, quia percussa in gutture gladio necari non potuit, sed quandiu voluit superuixit. Impetrauit enim inducias a domino multiplici de causa, vt in legenda habetur, scilicet vt corpus domini reciperet, & Deo se commendaret, vt bonis timorem, & malis insultationem auferret, vt aduocatã se eis promitteret, vt pacem ecclesiæ redditam nunciaret. Quarto mors amisit virtutem occidendi, quia mors ipsam non interfecit, sed ipsa mortem occidit, scilicet æternam mortem, quæ est triplex, vna, quæ cõsistit in pœna sensus. occisio huius mortis significata est in extinctione sui ignis naturalis. Alia quæ consistit in carentia diuinæ visionis, quæ tantum videtur a cordibus mundis. Iuxta illud. Beati mundo corde &c. Hanc mortem occidit, quia mũdiciam mentis & corporis conseruauit. Alia est in separatione a consortio beatorum, quæ vincitur per opera pietatis. Facite vobis amicos &c. Istam occidit per opera misericordiæ, quæ habuit, quia totum patrimonium pauperibus erogauit.

Notandum. 1. Cor. 6. Eccl. 51. Dan. 3. Mors æterna triplex. Matt. 5. Luc. 16.

Sermo

Sermo XI. De eadem sermo secundus. De septem virtutibus in ea repertis.

SApientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Christus sapiens architectus domum quandam ædificauit, in cuius animo habitauit per gratiam, & in vtero per carnis substantiam, & ista fuit Virgo Maria. Alias plures domos ædificauit, in quibus per gratiā habitauit, quorum pręcipua fuit sancta Lucia, in qua, vt esset domus firma, septem columnas excidit, quia in ea septem virtutes posuit. Prima est fidei magnanimitas, vnde dixit ei S. Agatha. Fides tua matri tuæ subuenit, & ecce sanata est. Deus enim est inaccessibilis. Lucem habitat inaccessibilem. Inuisibilis. Reg. autem sæculorum immortali inuisibili, &c. Inuincibilis. Si fortitudo quæritur, robustissimus est. Sancta igitur Lucia indigebat fide tanquam scala, vt innaccessibilem accederet, & ascenderet. Per quem accessum habemus per fidem, tāquam lucerna, per quam inuisibilem conspiceret. Inuisibilem enim tanquam videns substinuit, tanquam virtuti fortissima, per quam omnipotentem superaret, & vinceret, quam quidem tunc per orationem uincit, quando matri sanitatem obtinuit, vnde Christus poterat sibi dicere illud. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut uis. Secunda est virginitas, vnde dixit ei Agatha. Iucundum Deo in tua uirginitate habitaculum pręparasti, hoc aūt sponso multum placet, ita, quod in ea tanquam in domo propria moratur. Domum tuam domine decet sanctitudo, tanquam, prato florido spaciatur. Lectulus noster floridus tanquam cibo suauissimo pascitur. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Tertia est ad parētes magna pietas, quia matri sanitatem obtinuit, voluit enim habere curam de matre. Et pp Dei præceptum. Honora patrem tuum & matrem tuam. Et propter Christi exēplum, qui de matre in cruce curam habuit. Et propter haben-

Pro. 9. Prima. 1. Tim. 16. 1. Tim. 1. Iob. 6. Rom. 5. Heb. 11 Mat. 15. Psalm. Cant. 1. Ibid. 6. Exo. 10.

habendam Dei prouisionem, quę additur pręcepto, cũ dr̃, vt sis longęuus super terram. Et pp̃ vitandam Dei comminationem, qua dicitur. Qui maledixerit patri,
Ibi. 21. vel matri morte moriatur. Et intelligitur de utraque morte et uita. Qui enim honorat parentes, à quibus habet uitam, Deus etiam conseruat sibi uitam corporalem. Qui vero inhonorat, Deus aufert ab eo. Quarta est ad pauperes magna liberalitas, vnde potest sibi conuenire illud. Manũ suam aperuit inopi, & palmas suas
Pro. vlt. extendit ad pauperes. Frustra autem mulier fortis manum aperiret, si nihil in manu hr̃et. Sancta igitur Lucia habuit manum apertam, quia semper dabat, extensam, quia omnibus dabat, & plenam, quia abundanter dabat. Quinta est eius humilitas, quæ apparuit in hoc, quod se non filiam, vel spõsam, sed ancillam nominauit dicens. Ancilla Christi sum. Filia quidẽ dicit nobilitatem, sponsa ęqualitatẽ, ancilla uero humilitatem. Ipsa igitur de se proferre nolebat ea, quæ videbant̃ esse sublimitatis, uel ęqualitatis, sed humilitatis. Sexta fuit perseuerantiæ firmitas. vñ ait. Nunquam uoluntatem meam ad consensum tuum poteris reuocare. Licet enim triplex martyrium passa fuerit, tñ constanter perseuerauit. Vnum habuit in carne per sanguinis effusionem. Sponsus sanguinum tu mihi es. Aliud in mẽte per pauperum compassionem. Greg. Qui cõpassionem exibet in aliena necessitate, crucem portat in mente. Tertium in carne & mente per carnis mortificationem. Propter te mortificamur tota die. Septima est corporis immobilitas, quia tãto pondere eã fixit spiritus sanctus, vt nullo mõ moueri posset. Ipsa enim fuit leuis & grauis: leuis, quia immunis a pondere peccatorũ, expedita ab onere terrenorũ, & plena plumis virtutum. Deponẽtes oẽ pondus, s. terrenorũ & circunstans uelit peccatum per patiẽtiã curramus, s. pennis uirtutum. Fuit autem grauis sententiæ ponderosa, non tantum in corpore per immobilitatem, sed etiam in corde per sensus maturitatem. Cani sunt sensus hoĩs, &c.

Margin: Luciæ martyriũ triplex. — Exo. 2. — Psal. 4. — Sap. 4.

per

per gratiæ stabilitatem, Optimum est gratia stabilire He. 13.
cor. In ore per sermonis ponderositatem. Verba sapiē Ecc.21.
tum statera ponderabuntur. In corpore per morū grauitatem. In omnibus teipsum præbe exemplum, in do Tit.2.
ctrina, in integritate, in grauitate, in opere per continuitatem. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol. Ecc.28.

Sermo 12. De eadem sermo tertius. Quomodo luminosa famosa, speciosa, & uirtuosa extiterit.

LVcerna splendens super candelabrum sanctum Ecc.12. species faciei, scilicet mulieris super ætatem stabilem. Per lucernam a luce dictam, intelligitur sancta Lucia a luce similiter nominata. De qua in uerbis pręmissis quatuor dicuntur. Primo quòd fuit luminosa, cum dicitur. Lucerna splendens. Fuit autem luminosa quadrupliciter. Primo a superiori per diuinæ gratiæ refulgentiam. Quando splendebat lucerna super caput meum. Et ab inferiori per uirginalem mundiciā. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. unde dixit ei Agatha. Soror mea Lucia uirgo Deo deuota. In hoc quod fuit deuota habuit lucem superiorem. In hoc quod uirgo, habuit lucem inferiorem. Secundo ab interiori per mundam conscientiam. Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, illuxit in cordibus uestris. Et ab exteriore per conuersationem honestam. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona &c. propter hoc ipsa uocauit se templum, quod quidem erat interius fulgidum & exterius ornatum. Tertio a posteriori Dei beneficia rememorando. Et ab anteriori futura præcauendo, & præsentia ordinando.

(Marginalia: Lucia luminosa quadrupliciter: Iob.20. Sap. 4. 2.Cor.4 Matt.5. Deu.32)

Vtinam saperent, scilicet præterita recogitando, & intelligerent, scilicet præsentia ordinando, ac nouissima prouiderent, s. futura præcauendo. Sic B. Lucia Dei beneficia recogitauit qn̄ dixit. Nō sūt ista malefi

cia

cia sed beneficia Dei. Præsentia ordinauit, qñ diuitias suas pauperibus dedit. Futura præuidit, qñ pacem ecclesiæ redditã nunciauit. Quarto a dextris, quia inter prospera seruauit tẽperantiam. Est pauper cum in multis diuitijs sit, & a sinistris, qa inter aduersa habuit patientiã, vñ dr̃ de ea, In tua patiẽtia possedisti animã tuã. Secundo fuit famosa, quod notatur cum dr̃. Super candelabrum sanctũ. Fuit aũt famosa ex omnib. causis ex quib. aliquis famosus efficitur. Efficitur aũt aliquis famosus multiplici rõne. Primo propter sapientiam, quæ apparuit in responsis. Ego dabo uobis os & sapiẽtiam &c. Secundo pp potentiam, quæ apparuit in miraculis. Dedit eis potentiã spirituũ immundorum, & ut curarent omnem languorẽ, & infirmitatẽ. Tertio propter sanctitatem, q̃ apparuit in exemplis. Dedit.n. exẽplum pietatis ad parentes, largitatis ad pauperes, charitatis ad oẽs. Hæc erat omnibus famosissima, quia timebat Deum ualde. Quarto propter pulchritudinẽ, q̃ apparuit in decore puritatis, mentis. s. & corporis. Erat Hester famosa ualde, & incredibili pulchritudine omnium oculis admirabilis uidebatur. Quinto pp̃ter fortitudinem, quæ apparuit in tormentis. Mulierem fortẽ qs inueniet. Tertio fuit speciosa, cũ dicitur species faciei. Scd̃m aũt Aug. de trini. Facies est pulchra qñ est dimẽsa pariliter, effecta hilariter, & colorata luculẽter. Facies igit̃ aĩæ tunc est pulchra, qñ est dimensa pariliter, quã dmẽsionẽ parilem faciunt fides, spes, charitas, & bona operatio, q̃ sm Greg. sunt æqualia, quia quantum quis credit, tantum sperat &c. Beata igitur Lucia habuit spẽ, quia de auxilio beatæ Agathę cõfidit, habuit fidẽ: quia matrẽ sanauit, habuit charitatẽ quia pp Christi charitatẽ morti se tradidit, habuit bonam operationem, quia bona sua pauperibus dedit. Secũdo fuit affecta hilariter. Hilarem.n. datorem diligit Deus. Gaudebat.n. Deus seruata uirginitate, vnde dr̃ de thesauro uirginitatis. Prægaudio illi⁹ uadit &c. De cõscientiæ puritate. Gloria nostra hæc est testimoniũ conscientiæ

Pro.23. Famos⁹ qs quo mõ efficiatur. Luc.21. Mat.10. Iudit.8. Hest.6. Prouer. vltim. Facies qñ pulcra. 2.Co.9.

conſcientiæ noſtræ. De pęnarum acerbitate. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. De gloriæ ſecuritate. Gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Fuit etiam colorata luculenter. Habuit enim candorem puritatis, ruborem charitatis, & mille alios colores multiplicis uirtutis. Dilectus meus candidus, & rubicundus &c. Quarto fuit uirtuoſa, quod notatur, cum dicitur. Super ætatem ſtabilem. Ætas ſtabilis non eſt iuuentus, quia tendit ad perfectionem, nec ſenectus, quia incipit deficere occultè, nec ſenium, quia deficit manifeſtè. Sed eſt ætas uirilis, quia à tunc natura ſtat. Beata ergo Lucia licet habuerit ętatem iuuenilem in corpore, habuit tamen ſtabilitatem virilem in mente, quia uinci non potuit, nec matris monitis; Qui amat patrem, & matrem pluſquam me &c. nec ſponſi blanditijs, Parui pendent uxores imperia maritorum, nec irrogatis opprobrijs, quando iudex dixit, patrimonium tuum cum corruptoribus expendiſti, nec illatis minis, quando dixit. Ego faciam te duci ad lupanar, nec adhibitis ſupplicijs, nec appoſitis uiolentijs, ideo columna immobilis eſt uocata.

Mat. 13
2. Cor. 1
Rom. 5.
Ibidem
Cant. 1.
Mat. 10
Heſt. 1.

De S. Thoma Apoſtolo Sermo primus. Quomodo domus eius anima firma atque pulchra extiterit.

VT ſapiens architectus fundamentum poſui. Perfecta domus eſt, quando eſt firma, & pulchra. Talē domum Thomas miſſus ad regem Indiæ fabricauit, ſcilicet firmam, quod notatur: cum dicitur. Fundamētum poſui. Secundo pulchram cum dr̄, ut ſapiēs architectus. Sapientis. n. eſt pulchra opera facere, & quia incipit a ſe, ideo domum animæ ſuæ talem facit. Primo firmam, quia ſupra firmā petram ipſam fundauit. Qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, & deſcēdit pluuia &c. Thomas enim paſſus eſt tentationem a diabolo ſuggerente, & hoc tpe dominicæ paſſionis, quando

Primo.
Mat. 10

do & cæteri corruerunt, tunc habuit uentum, quia ab aere uenit, passus est dubitationem è Deo pmittent. & tūc habuit pluuiam quę de cœlo descendit, passus est afflictionem à tyranno sæuiēte. Et tunc habuit flumē, quod per terram uadit, sed quia fundatus est supra firmam petram, corruere non poterat, nec à vento diabolicæ tentationis, quia post modum resurrexit, nec a pluuia diuinæ auersionis, quia protinus in fide filmatus fuit, nec a flumine tyrannicæ persecutionis, quia oīa constanter sustinuit tormēta. Scđo fecit domū aīæ suæ pulchram. Est aūt domus pulchra ſm Aug. de tri. qñ est paribus mēbris disposita ampla & lucida. Mēbra aīę sunt virtutes aīæ, quas B. Thomas apostolus in domo spirituali ponendas docuit. Nā cum duodecim gradis uirtutū opere prædicaret, inter cętera monuit ut pnīam agerēt, quod spectat ad iustitiam, ut Dei voluntātē inquirerēt, quod spectat ad prudētiā, ut gulæ uiciū tēperarent, qđ spectat ad temperātiam, ut in bonis operibus perseuerarent, quod spectat ad fortitudinem. Istas autem virtutes, quas docuit, in domo sua similiter posuit. Et ideo ornaūit eam & pulchram fecit. Prudentia n. ipsam ornauit ab anteriori, ut caueret de futuris. Iustitia a posteriori, ut satisfaceret de præteritis. Temperantia a dextris, ne eleuaretur in prosperis. Et fortitudo a sinistris, ne succumberet in aduersis. Secundo domus aīę suæ fuit pulchra quia fuit ampla. Oportuit. n. ut ualde ampla esset triplici de causa. Primo, quia habebat recipere infinitum. Si. n. cœlum & cœli cœlorum te capere non possunt, quanto magis domus hęc quam ædificaui Secundo, quia habebat recipere charitatis præceptum quod est ualde latum. Latum mandatum tuum nimis. In charitate radicati & fundati, ut possitis comprædēdere cum oībus sanctis, quæ sit longitudo &c. Tertio, quia habebat recipere statum oīum & merita singulorum, s. afflictos ad compatiendum. Quis infirmat & ego nō infirmor &c. Cōsolatos ad congaudēdū. Testis est mihi Deus quomodo

Domus aīæ qñ pulchra

3. Re. 8.

Ps. 118.

Eph. 3.

2. Co. 11

Phil. 1.

do cupiam uos oẽs in visceribus Iesu Christi. Gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus. Merita singulorum ad participãdum. Participem me fac Deus omnium timentium te &c. Tertio domus aiæ suæ fuit lucida, habuit.n.lucem diuinæ gratiæ, sapientiæ, & conuersationis honestæ. Ideo spiritus sanctus apparuit sibi, & apostolis in specie ignis, & linguę ad innuendũ quòd dabat eis ignem inflammantem per gratiam, Lucem radiantem per conuersationem honestam, Et linguam disertam fantem per sapientiam. Prou. 12. Psa. 128

De eodem sermo. Sermo secundus. Discipuli dubietas, & magistri insinuatur pietas.

DEdit abyssus uocem suam, altitudo manus suas leuauit. In his verbis notantur duo: Primum est dubietas discipuli, cũ dicitur. Dedit abyssus uocem suã. Secundum est pietas magistri cum subditur. Altitudo manus suas leuauit. Circa primum notandum, ꝙ Thomas qui interpretatur abyssus, quatuor uoces dedit. Prima fuit uox fiduciæ, & familiaritatis, cum dixit. Domine nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiã scire, hoc enim secundum Chrysostomum, ex multa dilectione dixit, quia ipsum sequi semper cupiebat. Dicit autem August. in libro de sermone domini in monte, quòd ad ambulandum tria requiruntur. Primum est, ut homo sanos pedes habeat. Secundum ut viam inuenire sciat. Tertium ut locum apertum inueniat. Beatus autem Thomas post Christum ire desiderans tantum duo scire petit, s. viam, & terminum uiæ cum dicit. Domine nescimus quo uadis, & quomodo possumus viam scire? Pedes autem sanos habere non petebat, quia hos se habere credebat, sed in hoc deceptus erat, sicut & Petrus deceptus fuit, qui pedes sanos habere se credidit, cum ait. Quare non possum te sequi modo? Si igitur post Christum ire cupimus, oportet ut pedes sanos habeamus, & intellectum per fidem, Abac. 3. Thomę voces 4. Io. 14. Ad ambulãdũ 3. necessaria. Io. 13.

dem, & affectum per charitatem, Gressus rectos faci-
Heb.12 te pedibus vestris, &c. Oportet ergo ut viam sciamus
vel inueniamus quæ sunt bona opera & Dei mādata.
Ps. 118. Viam mandatorum tuorum cucurri &c. Ianua autem
semper est aperta, quę sunt Christi uulnera, & eius pie
tatis uiscera. Ianuas cęli aperuit. Secunda est vox con
Ioan.11 stantiæ, & probitatis cum dixit. Eamus & nos moria-
mur cum illo, non dixit. Fugiamus cum eo, quia Chri
stus mortem non fugiebat, nec expectemus cum eo,
quia Christus mortem non expectabat, sed dixit. Ea-
Esa. 52. mus cum eo, quia sponte Christus ad mortem ibat. Ob
latus est quia ipse voluit, nec dicit. Eatis vos, quia il-
le sibi voluit esse socius in aduersis, qui fuerat in pro-
speris. Legitur de Cæsare ꝙ nunquam dixit militibus.
Ite illuc, sed uenite. Dicebat.n. ꝙ labor cum duce par-
titus, minor vr̄ esse militibus. Nec dixit, moriamur an
te illum, quia hoc nullius fuisset vtilitatis, cum ianua
non esset aperta, nec post eum, quia viuere post eum,
non reputat vitam sed mortem. Sed dixit moriamur
cum eo. Sciebat enim quòd beatus esset ille, qui cum
eo moreretur, sicut patet in latrone. Tertia fuit uox
incredulitatis cum dixit. Nisi videro in manibus
eius fixuram clauorum &c. quia enim ab aliorum con
gregatione recessit. ideo incredulitatem incurrit &
A cōgre Christum videre non meruit. Quatuor enim mala
gatione incurrit, qui a cōgregatione recedit. Primum est quia
recedēs a spiritusancto non uiuificatur. Anima.n. non uiuifi-
4. mala cat membra separata sed coniuncta. Secundum est, qa
incurrit a diabolo citius superatur. Nam secūdum Greg. colum
ba ab agmine separata ab accipitre rapitur, Ouis a gre-
1.Re.17 ge diuisa cito a lupo deuorat. Diabolus enim semper
desiderat singulare certamen. quod significatum est,
in Golia. Tertium est, quòd à gratia Dei uento ten-
tationis extinguitur. Vna enim candela cito a uen-
to extinguitur. non sic multæ coniunctæ. Quartū est,
quia citius aduersitatibus si agitur, una enim virga
cito frangitur, non sic multæ simul ligatæ. Quar-

ta fuit uox multæ fidelitatis cum dixit, Dñs meus & Deus meus. Thomas.n. concepit magnum timorem, honorem,& amorem. Timorē ex quo uidebat uiuum quem credebat mortuum. Ideo verbum timoris ponit dicens, dominus. Honorem ex eo quòd ipsum uidebat scire absentia ut præsentia, occulta ut manifesta, tanquam Deum. Ideo uerbum honorationis,& adorationis ponit dicens,& Deus Amorem, ex eo quòd uidebat ipsum propter se solum reuocandum uenisse. Ideo uerbum amoris pónit dicens, meus. Secundo ponitur pietas magistri cū dicitur: Altitudo leuauit manus suas. Nam leuauit Deus quadruplicem manum ad quadruplicem Thomæ Apostoli uocem. Primo uocē ad familiaritatis leuauit manum suę sapientiæ, cum profundum mysterium exposuit dicens. Ego sum uia, ueritas & uita: Ipse enim est uia, per quam imus. Secūdò ad uocem constantiæ probitatis leuauit manum potentiæ, quia Lazarum resuscitauit. Magna potentia est resuscitare mortuum, maior quia quatriduanum, maxima fœtidum. Est autem mortuus qui mortaliter peccat, quatriduanus qui sæpe iterat, fœtidus qui perseuerat. Tertio ad uocem incredulitatis leuauit manū misericordiæ cum dixit, Infer digi.tu.huc &c. Magna misericordia, quia certificauit eum per auditum, quando enim locutus fuit, per uisum,& tactum. Quod audiuimus & quod uidimus &c. Quarto ad uocem fidelitatis leuauit manum finalis sententiæ cum dixit, Quia uidisti me credidisti &c. Vbi notandum quòd nō quælibet fides facit hominem beatum, sed fides recta, quā non habent hæretici. Discedent quidam a fide &c. perfecta quam non habent mali Christiani: Fides sine operibus mortua est. Veritate innixa quam non habēt curiosi. Iudęi signa petunt. Fortis & firma, quam non habent instabiles & inquieti. Ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt.

1. Io. 1.
Thi. 2.
Iac. 2.
1. Cor. 1
Luc. 7.

De eodem. Sermo tertius. Quomodo per uiam fidei, ueritatem operis, & charitatis vitam ad Christum imus.

Io. 14. EGo ſum via, veritas & vita. Iſtam reſponſionem dedit Chriſtus ad interrogationem Thomæ, quando dixit ei. Domine neſcimus quo uadis &c. Poteſt autem hoc ſibi conuenire ex eo, quia iuit ad Chriſtũ per uiam fidei, ueritatem operis, & uitam charitatis. Fides autem dicitur uia, iuxta illud. Hæc eſt uia, ambulatæ in ea neque ad dexteram neq; ad ſiniſtram declinabitis. Eius autẽ fides fuit in triplici ſtatu. Primo in ſtatu dubitationis cum dixit. Niſi uidero &c. Et idem vocatur Didymus propter dubium cor in fide. Secundo fuit in ſtatu confirmationis cum dixit: Dominus meus & Deus meus. Et inde dicitur, Thomas, ideſt abyſſus, quia tunc ſecundum Bedam, altitudinem diuinæ uirtutis fide certa penetrauit. Tertio fuit in ſtatu conſumationis in quo modo eſt, & inde dicitur: Thomas quaſi totus meus, in Dei ſcilicet amore, & contemplatione. In primo ergo ſtatu fuit in fide dubius. In ſecundo in fide firmus. In tertio eorũ q̃ tentãtur adiutor potentiſſimus. Poteſt.n.mõ nos iuuare, q̃a in Dei potentiam introductus, ſcit, quia tentationem fuit expertus. Qui nõ eſt tẽtatus quid ſcit, ille dẽt velle, quia eſt ad Deo miſericordiam conſecutus, ut ſibi dicat. Nõne ergo oportuit, & te miſereri cõſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum. Secundo iuit ad Deũ ꝑ viã bonorũ operũ. Et iſta ſunt tria. Prima ſunt opera pietatis & miſericordię, de quibus dicitur. Dum tẽpus habemus operemur bonũ ad oẽs. Iſta opera Thomas habuit, qui totum theſaurum Regis Indiæ, pauperib. diſpenſauit ex Dei prouidentia. Et iſta opera hominẽ ſanctũ faciunt & oſtendunt. Alia ſunt opera virtutis & grãæ, ſicut fides, ſpes, & cæteræ virtutes. Hoc eſt opus Dei ut credatis in eum quẽ miſit ille. Iſta Thomas habuit qui .xij. gradus uirtutũ diſtinxit. Et iſta hominem ſanctũ faciunt, ſed non oſtendunt. Quia ſicut dicitur,

Marginal references: Primo. — Eſa. 30. — Ecc. 34. — Mat. 14. — Gal. 6. — Io. 6.

Deridetur iusti simplicitas &c. Alia sunt opera admi- Iob. 12.
rationis & glorię, sicut sunt miracula. Ista Thomas ha
buit, quia multa miracula fecit, & ista secũdum Greg.
hominem sanctum nõ faciunt, sed ostendunt. Tertio 1. Cor.
ad Deum iuit per uiam charitatis, sicut enim charitas 13.
est uita omnium uerborum. unde dicitur. Si linguis
hominum loquar &c. omnium scientiarum, unde sequitur. Et si habuero prophetiam; omnium uirtutum,
unde sequitur. Et si habuero omnem fidem: omnium
operum, unde sequitur. Et si distribuero in cibos pauperum &c. omniũ passionum, unde sequitur. Et si tradidero corpus meum ita ut ardeam &c. Istam uiã charitatis Thomas habuit, quod patet per tria signa. Pri- Thomæ charitas
mum est, quia pro Christo mori desiderauit cum dixit.
Eamus & nos, & moriamur cum eo. Scintillę. n. exte- Io. 11.
rioris feruoris indicabunt ignẽ interioris amoris. Secundũ est, q̃a multa tormẽta pro ipso sustinuit: Aquæ Can. 8.
multæ non potuerunt extinguere charitatẽ. Aurum. n.
charitatis manifestatur in igne tribulationis. Tertiũ Matt. 6.
est ex eo, ꝙ oculos carneos erectos ad cœlum habuit,
ubi est enim amor cordis, ibi est & oculus corporis.
Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum, Habebat. n. Nu. 20.
in cœlo triplicem thesaurum, scilicet Deum. Aperi Matt. 6.
eis thesaurum tuum fontem aquæ uiuæ. Merita suorum operum. Thesaurizate autem uobis thesauros in
cœlo. Et cęlestium pręmium. Simile est regnum cęlo- Ibi. 10.
rum thesauro abscondito in agro, Thesaurus. n. gloriæ modo absconditus est in agro mansionis æternę.

De eodem. Sermo quartus: De eius fide Christi erga eum protectio, suarumque prædicationum fructus.

QVi manet in me, & ego in eo, hic fert fructum Io. 15.
multum. Sanctus Thomas mansit in Christo per ueram fidem, Christus mansit in eo per continuam protectionem. Et ideo Thomas, multum fructum attulit per prædicationem. Circa primum

Thomas in Christo tripliciter māsit. notandum ꝙ Thomas in Christo mansit tripliciter. Primo per fidem integram, ꝙ autem fidem integram habuit, non tātum patet ex sua confessione, qua dixit, dominus meus & Deus meus, sed etiam ex quatuor, s. ex eo, ꝙ Christus eius fidem approbauit cum dixit; Quia uidisti me Thoma credidisti &c. Aliud quidem uidit & aliud credidit, hominem uidit, & Deum confessus est. Secundo patet ex eo, quòd secūdum Chrys. Magos baptizauit. Ex quo patet quantam in fide excellentiam habuit, qui primitias fidei gentium baptizare meruit. Tertio patet, ex eo quòd in ciuitate sua Edissa, ubi corpus suum quiescit, nullum hæreticum uel infidelem uiuere permittit. ex quo patet quantus sit defensor fidei, qui nullum iuxta se infidelem uiuere permittit. Quarto patet ex eo, ꝙ ecclesia, quæ non potest errare, suam fidem imitari petit, sicut in oratione continetur. Secūdo mansit in Christo per obedientiam perfectam.

Thomæ obediētia. Obediuit enim sibi totaliter, uelociter & perseueranter. Totaliter quidem, quia de se nihil sibi retinuit, licet enim prius dixerit. Domine quò uis mitte me præterquam ad Indos, tamen hoc correxit postea dicens, Deus meus es tu & ego seruus tuus. fiat uoluntas tua. In hoc enim imitatus est magistrum suum, qui

Mat. 16 ait: Pater si possibile est, transeat à me calix iste &c. Obediuit ueluciter, quia mox in Indiā est profectus. Ber. Verus obediens mandatum non procrastinat, sed parat aures auditui, pedes itineri, manus operi, & se totum intra se colligit, ut mandatum peragat imperanti.

Philip. Obediuit perseueranter, quia usque ad mortem exemplo Christi de quo dicitur. Factus est obediens usque ad mortem. Tertio mansit in Christo per charitatem sinceram; ꝙ enim hanc charitatem habuit, patet

Charitatis signa tria. per tria signa. Primum est quia fuit contemptor terrenorum, quia oīa quæ Rex Indiæ sibi tribuit. erogauit pauperibus, nec aliquod terrenū ab eo accipere uoluit Chry. Verè nō habet super terram quod amet, quia donum cœleste in ueritate gustauerit. Secundum est, ꝙ

fuit

fuit cōtemplator cœlestium, cuius signū est, quia in nuptijs nō mādućabat; sed oculos ī cœlū erectos habeat. Vbi est.n.thesaurus tuus, ibi est & cor tuū. Tertiū, quia erat auditor auidus diuinorū, sicut patet in puella hebręa, quā Dei laudē sępe repetere satagebat. Iudicium enim amoris est loqui libenter & audire de amato. Qui ex Deo est, uerba Dei audit. Scđo, Christus in eo mansit per continuā protectionē, qđ patet p tria signa. Primū est magna puritas Christus enim nō manet nisi in corde puro. Thomas aūt tantū puritatem dilexit ꝙ ipsam castitatem uocat turrim fontē, & Dei ministrā. Turrim propter suam excellentiā, qa sicut turris trāscēdit domū, sic uirginitas matrimōiū Hier. Sicut poma ex arbore, frumentū ex stipula, aurū ex terra, ita uirginitas ex nuptijs nascitur. Vocat eam fontē propter fæcūditatē. Idē Nuptiæ replent terrā, uirginitas paradisum. Vocat eā Dei ministrā, qa uirgines Deo asſistūt. Hi sequūtur agnū quocūq; ierit. Secundū signum est magna ptās quam habuit in miraculis faciendis, qa multos sanauit, quibusdā dādo medicinā purgatiuā sicut Regi Indiæ, & plurib⁹ alijs quos a peccatis purgauit, quibusdā medicinā melioratiuam, sicut illis quos ad uirginitatem induxit, quibusdam medicinā cōseruatiuā, sicut illis quos ad dādū eleemosynā prouocauit. Eleemosyna enim gratiā Dei cōseruat, iuxta illud, Gratiā hominis quasi pupillam conseruat, quibusdam medicinā præseruatiuā, sicut illis quos ad audiendū uerbū Dei induxit. Verbū .n. Dei a peccato pseruat. iuxta illud. In corde meo abscōdi eloqa tua, ut nō peccē tibi. Tertiū signū est magna firmitas quam habuit in tormētis. Sed oīa ista tormēta quę sustinuit, Christus sibi in gloriā cōmutauit. Nam a percutiente maxillā accepit iustā ultionē, incarceratus a rege recepit honorificā liberationē, sup laminas adustus, accepit fontis emanationē, in fornacē piectus, accepit roris refrigerationē, lāceis pforatus accepit felicē coronationē. Tertio multū fructū

Matt. 6.
Ioan. 8.
Eccl 29.
Ps. 118.

attulit, q̃a multos cõuertit, & conuersos nutriuit, verbo exemplo, & corporali subsidio. Verbo q̃dẽ, q̃a solicite prædicauit assimilãdo verbũ Dei collirio, emplastro, potioni & cibo, sicut in legẽda patet. Nã quosdã ad fidẽ illuminauit, istis apponebat colliriũ. Quosdã a tumore superbiæ, frangebat istis apponebat emplastrũ. Quosdã ad cõfessionẽ inducebat, istis dabat potionẽ. Quosdã. n. timidos cõfortabat; istis dabat cibũ. Secũdo conuertebat, & nutriebat exemplo. Fuit ẽt sibi parcus, vnde etiam in nuptijs abstinebat fuit pauperibus pius, q̃a eis oĩa erogabat, fuit Deo fidelis, & deuotus, vnde dixit dñs Abanę nuncio regis. Habeo seruum fidelẽ, qui omniũ laborum mihi mercedẽ apportat. Tertio nutriebat temporali subsidio, q̃a thesaurũ de quo palatiũ facere debebat; pauperibus erogabat In hoc prouidit sibi, regi & pauperibus. Sibi, quia
Ps. 111. præmiũ & laudem promeruit. Dispersit dedit paupe-
Ps. 106. ribus. Regi, quia palatium in cœlo fabricabit pauperibus, quia eos in sua penuria iuuit. Et adiuuit pauperem de inopia &c.

In Vigilia Natiuitatis Domini Sermo primus. Temporis opportunitas, nascentis sublimitas, & loci congruitas de Christi Natiuitate aperitur.

Gal. 4. VBi venit plenitudo temporis misit Deus filiũ suũ supple in mũdũ. Circa aduẽtũ saluatoris in mundum tria hic determinantur. Primũ est temporis opportunitas, cũ dicitur. Vbi venit plenitudo temporis. Scdm est nascentis sublimitas cũ subditur misit Deus filiũ suũ. Tertiũ ẽst loci cõgruitas, quod notatur in verbo subintellecto. s. in mundũ. Ista tria p̃ ordinẽ similiter in lęta annũciatione notãtur, quę modo est lecta in calẽdario. Anno inquit Cæsaris Augu. xlij. hebdomada iuxta Danielẽ prophetã 46. olimpiade aũt cẽtesima nonagesimatertia, Ecce temporis opportunitas. Iesus

Christus filius Dei. Ecce nascētis sublimitas. In Bethleē nascit̄. Ecce loci congruitas. Circa primū notādū, ꝙ ipsa temporis opportunitas determinat̄ scd̄m morē Romanorū, Græcorū, & Iudæorū, qđ.n.dr̄, Anno Cæsaris Aug. 42. est mos Romanorum. Qđ sequitur hebdomada aūt &c. est mos iudæorum. Quod subinfert, olimpiade aūt cētesima &c. est mos græcorum. Et his trib. rn̄dēt ista tria uerba, q̄ sequuntur. Iesus est nomen iudaicū, Christus est nomē gręcū, filius Dei Ro. Apud Romanos autē erat imperialis potentia. Apud iudęos sacerdotiū, & prophetia. Apud græcos uero sapiētia. Per istā ergo triplicē determinationē dat̄ intelligi, ꝙ iste puer, q̄ nascit̄, est rex, & imperator cęli, sicut angelus testatur dicens. Regnabit in domo Iacob in æternū &c. Est ꝓpheta, & sacerdos generis humani. Tu es sacerdos in æternū &c. Hic est vere ꝓpheta &c. Est sapientia Dei. Qui factus est nobis sapīa a Deo &c. Circa fm̄. s. nascentis sublimitatē notādū, ꝙ homo tria incōmoda incurrerat. Erat.n. inimicus Deo, vulneratus a peccato, & exclusus a regno. Contra ista tria ponunt̄ tria in dicta annunciatione cum dr̄, Iesus Christus filius Dei. Vnde đt Ber. Ecce dn̄s uenit cū salute, venit cū unguentis, uenit cū gloria. neq;.n. sine salute Iesus, nec Christus sine vnctione, neq; sine gloria venit filius Dei. Quia igitur hō inimicus erat Deo, attulit nobis salutē, qđ notat̄ in hoc, qđ dr̄, Iesus. s. saluator. Ipse.n. saluauit nos qui nos patri reconciliauit. Cum.n. inimici essemus reconciliati sumus Deo ꝑ mortem filij eius. De ista reconciliatione sic dicit Aug. in li. contra hæreses, in ꝑsona Xp̄i. Cū esses inimicus patri meo, reconciliaui te ꝑ me. Cū inter siluas & montes errares, q̄siui te, humeris portaui te, patri meo reddidi te, laboraui, sudaui, caput meum spinis opposui, manus meas clauis obieci, lācea latus meū apui, tot ut non dicā iniurijs, sed asperitatib. laceratus sum, sanguinē meū fudi aīam meā posui, ut cōgiūgerē mihi te, & tu diuideris a me. Secūdū incommodū, q̄a hō erat vulneratus a peccato.

Luc. I.
p̄s. 109.
Iob 9.
I. Cor. I
Remedia contraria hoīs incommoda.
Rom. 5.

peccato. Contra hoc attulit unctionem, quod notatur
Psal.44. hic in hoc cũ dr̃, Christus, qa interpretat̃ unctus. Vn-
xit te Deus tuus. De ista aũt unctione nobis effudit. Iu
Ps. 132. xta illud prophetæ. Sicut unguentũ in capite qđ descẽ
dit in barbam &c. p̃ caput intelligit̃ Christus, qui sine
Io.3. mẽsura unctionẽ spiritus sancti fuit perũctus. Nõ ad
mẽsurã dat Deus spm̃. s. Christo, p̃ barbã intelliguntur
prælati, qui debent esse uiriles ad uitia ulciscenda, p̃
uestimentum intelliguntur cõtẽplatiui, qui sunt orna
mentum ecclesiæ. per oram uestimenti intelliguntur
actiui, quia sunt terrenis dediti. Vnguentũ ergo sacræ
unctionis fuit in capite Christi, p̃ plenissimã redem-
ptionem, inde fluit in barbam, idest in prælatos ut sint
3. Reg. flexibiles ad cõpassionem. Reges Israel clemẽtes sunt,
20. inde in uestimentum, idest in contemplatiuos, ut sint
Can.4. odoriferi per deuotionẽ. Odor unguentorũ tuorum su
per omnia aromata, inde in oram uestimenti, idest in
Ps. 132. actiuos, ut sint unibiles p̃ fraternam dilectionẽ. Ecce
quam bonum & quam iucundum habitare fratres in
unum &c. Tertium incõmodum est, quia erat exclusus
Regnũ Christ⁹ triplici iure pos sidet. a regno, ideo attulit nobis gloriam, quod notatur cũ
dr̃, filius Dei. Nam secundum Bern. ad Eugeniũ. Chri-
stus triplici iure regnum possidet; scilicet iure crea-
tionis, redemptionis, & dono primi. Primũ ius totali-
ter nobis tribuit, quia non creauit p̃p̃ se, sed p̃p̃ nos.
Mat.25. Possidete paratum uobis regnũ a constitutione mũdi.
Secundũ ius nobis tribuit, quia non est passus propter
Io. 12. se, sed propter nos. Moriturus erat pro gente & nõ tm̃
pro gente &c. Tertiũ ius nobis communicat. Fecit. n.
Rom.8. nos fratres suos, & ideo cohæredes suos. Si aũt filij &
hæredes, hæredes q̃dẽ Dei, cohæredes autem Christi.
Tertio ponitur loci congruitas cum dr̃ in læta annũ-
ciatione: In Bethleem Iudæ nascit̃. Circa quod notã-
dum quod secundũ Bern. triplici morbo laborabat ge
nus humanum, s. in natiuitate, uita, & morte. Quia na
tiuitas erat immunda, uita laboriosa, mors periculosa.
Contra primum Christus nascitur, ut per suam nati-
uitatem

uitatem mundam, nostra immunda purgaretur. Quis potest facere mundum de immundo conceptum semi ne &c. Leo Papa. Redit in honorem suum ab antiquis contagijs purgata natura, mors morte destruitur, natiuitas natiuitate reparatur, quoniam simul redemptio aufert seruitutem, & generatio mutat originem, & fides iustificat peccatorem. Contra 2m nascitur in Bethleem, quia interpretatur domus panis. Quia.n.uita laboriosa erat, iō hō sæpe deficiebat. Sed natus est panis qui hominē cōfortat. Ego sum panis uiuus. Panis cor hoīs confirmet. Contra tertium natus est in Bethleem Iudæ, q̄ interpretatur confitēs, Quia.n.mors periculosa erat, iō hō Deum laudare non poterat. Non mortui laudabunt te dn̄e, sed per Christi natiuitatem erat uiuificandus, & sic ad laudandum dignus fuit, ut possit dicere cum propheta. Nos qui uiuimus bn̄dicimus dn̄o. Iob. 14. Iob. 6. Psalm. Ps. 113.

Sermo 18. De eadem sermo secundus. Dei compassio, nostra auditio humilisq; oratio declaratur.

AVdierunt φ uisitasset dn̄s filios Israel, & φ respexisset afflictione eorum, & proni adorauerunt. In his uerbis tria notantur. Primum est nostra deuota auditio cum dr̄. Audierunt &c. Ista auditio est quam mō legi audiuimus. Iesus Christus filius Dei in Bethleem Iudę nascitur: natus est.n.ut saluaret perditos, iō uenit Iesus portans salutem. Deus autem rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terræ, idest in humana carne, caro.n. Christi non dicitur terra, sed medium terræ. Natura nostra habuit duplicem extremitatem, unam qua fuit sub innocentia, aliam, qua modo est sub miseria; Christus ergo assumpsit naturam nostram cum innocentia, & quantum ad hoc participauit cum prima extremitate, & assumpsit cum miseria, idest cum pœnalitate, & q̄tum ad hoc participauit cū secunda. Secundo natus est ut sanaret ęgrotos, & ideo uocatur Christus portans unguenta. Fiunt.n.unguenta ex Exo. 4. Psal. 73.

tã ex ſpeciebus aromaticis, & herbis uirtuoſis aliquo liquore infuſo. Spẽs aromatica eſt eius diuinitas ꝑcioſa & herba virtuoſa eſt eius caro incorrupta, quia ſicut
Ecc.38. dicit Iſaias. Oĩs caro fœnũ. Liquor infuſus eſt eius ſanguis precioſus. Ex his tribus confectũ eſt unguentum qđ oẽm ſanat ægrotũ. Vnguentarius conficiet unguẽta ſanitatis. Tertio natus eſt ut reduceret exules & pe-
Eſa. 9. regrinos, & iõ uenit filius Dei portans ſecum regnũ. Factus eſt principatus ſuper humerum eius. Iſte principatus, eſt dignitas regalis, quã portauit, ut nos reges faceret: uel eſt onus peccatorũ, qđ portauit ut nos alle
Ibi. 53. uiaret. Verè languores noſtros ipſe tulit: Vel eſt crux, quã ipſe ſuis humeris portauit, ut nos tanq̃ ad uexillũ colligeret. Leuabit dñs ſignum in nationes &c Secundo ponitur Dei uiſceroſa compaſſio. cũ dr̃. Et reſpexit
Ibi. 11. afflictionem eorum. Circa quod notandũ, ꝙ ſicut dicit
Ex peccca. quatuor homini: inflicta. Beda, hoĩ ex peccato quatuor fuerunt inflicta, ſ. ignorantia, cõcupiſcentia, impotẽtia, & malitia. Sed Deus oculos compaſſionis reſpiciens, cõtra iſta quatuor incommoda miſit quatuor remedia de quibus dr̃. Qui factus eſt nobis a Deo ſapientia iuſtitia ſanctificatio, &
1.Co. 1. redẽptio, Primum igitur incommodum erat ignorantia, quia ꝑ uiã ſalutis incedere neſciebat. Viã ciuitatis habitaculi nõ inuenerunt; iõ indigebat doctore, ideo
Pſ. 106. Deus factus eſt ſapĩa docens nos uiã duplicem, unam amplexandam, & aliam fugiendam, Lata porta & ſpa-
Matt.7. cioſa uia, quę ducit ad perditionem. Secundũ incõmodũ erat impotẽtia, quia nullum bonum facere poterat
Eſa. 54. per quod iuſtificari poſſet, quia ſicut dr̃: Oẽs iuſtitiæ noſtræ quaſi pannus menſtruatæ, ideo indigebat iuſtificatione, propter hoc factus eſt nobis iuſtitia. Iuſtifi-
Rom.5. cati ergo ex fide pacẽ habeamus ad Deum per Ieſum Chriſtum. Tertium incommodum erat malitia, habebat enim volũtatem in malo obſtinatam, & a diabolo ligatam, ideo indigebat redemptione. Et propter hoc
Pſal.54. factus eſt nobis redemptio. Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi, quoniã inter multos

multos erant mecum. Et dicit inter multos, quoniam multi dæmones conueniunt ad faciendum istam catenam, unus ponit suggestionem, alius ducit ad delectationem, alius ad consensum, alius ad opus, alius ad consuetudinem. Et ideo dicit mecum, quia homo sæpe iuuat diabolum. Quartum incommodum est concupiscentia; homo enim erat totus morbo infectus, & mala concupiscentia inflammatus; ideo indigebat sanctificatione. Et propter hoc factus est nobis sanctificatio. Vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam. Non. n. debemus habere maculam in cogitatione, nec rugam in opere, nec aliquid huiusmodi in sermone, sed debemus esse gloriosi, scilicet in cogitatione, in sermone & opere. Tertio ponitur humilis & profunda oratio, cum dicitur. Et proni adorauerunt, sic & modo adoramus, quod fit triplici de causa. Primo ut Christum natum honorifice suscipiamus, ipse enim nos adeo honorauit, quia fecit nos sibi similes, & hoc in creatione, fecit nos fratres, & hoc in redemptione, faciet cohęredes & hoc in glorificatione. Et ideo merito debemus ipsum honorare, qui tam multipliciter nos honorauit. Secundo ut sibi gratias referamus. Modus referendi gratias aliquando fit per solam uocis expressionem, aliquando per manuum eleuationem, aliquando per genuflexionem aliquando per totam corporis prostrationem, sicut modo facimus. Hoc significatum est. Vbi Abraham audita natiuitate futura Isaac, cecidit in faciem suam, & adorauit, gratias scilicet referendo. Tertio, ut nos mortales recognoscamus, ac si quilibet dicat, ideo in terram me prosterno, quia mortalem esse cognosco. Puluis es, & in puluerem reuerteris, idest secundum Aug. Puluis es animatus, cum non eras, & in puluerem reuerteris innanimatus quod eras.

Eph. 5.

Notandum.

Gen. 17

Gen. 3.

Sermo xix. De eadem Sermo tertius Quomodo Christo obuiandum, eius corporalis praesentia exhibitio.

CRas egrediemini & dominus erit uobiscum. Iosaphat ergo & Iudas & omnes habitatores Hierusalem proni ceciderunt in terram coram domino, & adorauerunt. In uerbis premissis tria tāguntur. Primo ponit nostra Christo cras Deo uenięti deuota obuiatio, cū dr: Cras egrediemini. Egrediemini quidā cras supra nos, intra nos & extra nos. Supra nos egrediemur aliqn̄ p excessum rōnis. Vidi in excessu mentis meae uisionem. Aliqn̄ per sublimitatem contemplationis. Suspice coelū & intuere ęthera, ꝙ altior te sit. Primo ergo cras egrediemini supra uos per excessum rōnis, quia illud mysterium dominicae natiuitatis excedit nostram rōnē, imò et angelicum intellectū, vnde Ioannes ait. Cuius non sum dignus ut soluam corrigiā calciamēti. In incarnatione quippe ut dicit Greg. uenit ad nos diuinitas calciata. Calciamentū aūt mediāte corrigia pedi adiungitur. Calciamentum igit est caro Christi, Corrigia est eius aīa, qua mediāte diuinitas coniūcta est carni. In hoc quod dixit se nō sufficere cognoscere medium, idest animam, dat intelligere ꝙ non erat sufficiens cognoscere aliquod extremorū, s. nec diuinitatem ęternā, nec carnem de uirgine genitam. Secundo egrediemur supra nos p sublimitatē contemplationis, quia contēplationi tantae dignationis uacare debemus. Transiui ad contēplandū sapientiam. Egredimini filiae Syon & uidete regē Salomonē in diademate &c. Et uocatur caro Christi diadema, quia fuit nobis causa uictoriae & coronae. Vel dicitur diadema, quia ex omni parte fuit clausa, nec alicui uitio uel tentationi iniquae fuit aperta. Vel dicitur diadema, quia sola figura circularis una tantū linea clauditur. Caro aliorum facta fuit duabus lineis, idest ex cōmixtione utriusque parentis. Caro autē Christi una tantum

2. Par. 20.

Egredi debem⁹ Christo quadrupliciter

Act. 2.

Iob. 25.

Eccl. 2.

tantum linea fuit figurata, quia tm̃ ex carne uirginis fuit formata. Tertio cras egrediemur, vel potius ingrediemur intra nos. Et iste ingressus aliqñ hẽt fieri per internã meditationem. Dr̃ de Isaac, Egressus fuit in agrum ad meditandum. Aliqñ per suauem deuotionem. De forti egressus est dulcedo. Sic & nos cras debemus egredi per internam meditationem, quia tm̃ beneficium semper meditari debemus. Mens iusti meditabitur sapientiam. Meditaberis sedẽs in domo tua, & ambulans & dormiens atq; consurgens. Et ponitur ibi triplex situs corporis, s. stare, sedere, & iacere. Instã do totum corpus laborat, per quod intelligitur labor actionis. In iacendo totum corpus quiescit, per quod intelligitur quies contemplationis. In sedendo partim quiescit, & partim laborat, per quod intelligitur uita composita ex utraq;. Vult ergo dicere ꝙ istud beneficium meditari debent actiui & contemplatiui & perfecti. Dẽmus ẽt egredi siue ingredi per suauem deuotionem intra nos. Vnde cantat Ecclesia. Hodie per totum mundum facti sunt melliflui Coeli. Et dicit Cęli pluraliter, quia factum est mellifluum Cęlum materiale, qñ stellam magnam destinauit. Coelum spirituale, i. uirgo beata, quæ dulcedinẽ paradisi protulit. Breuis in uolatilibus & apis &c. Coelum rationale, i. Magi & pastores qui tanta sunt dulcedine affecti, ꝙ illi sua regna, & isti suos greges reliquerunt. Coelum intellectuale, i. Angeli, qui tanta suauitate sunt repleti, ꝙ Coelum reliquerunt, & ad pueri cunabula cucurrerunt. Coelum supersubstantiale seu diuinum, quod deificum communiter appellatur, idest Deus Pater, qui hodie suam dulcedinem ad nos misit. Dedit eis manna ad manducandum. Quarto egrediemur cras extra nos. Et iste egressus aliquando habet fieri per extasim amoris. Dyonisius. Est autem extasim faciens diuinus amor, nõ dimittẽs sui ipsorũ esse amatores, sed amandorum. Aliquando per actionem gratiarum & laudis. Leuantes puras manus &c. Istud autem dupli-

Gen. 24 · Iudi. 14 · Pro. 15. · Deut. 6. · Eccl. 2. · Psl. 77. · 1. Cor. 2

ei modo cras extra nos egredi debemus, videlicet per
extasim amoris. Amor.n. sicut dicit Dyonisius, facit
extasim in Deo, quia nobis dignatur prouidere. In an
gelo, quia nobis dignatur ministrare. In homine im-
perfecto per amorem animę vr̄ deficere, sicut patet in
Paulo qui dicit. Viuo ego, iam non ego &c. Sic & ho-
die per amorem egressus est Deus extra se pp nimiā
humiliationem. Item angelus pp nostram exaltatio-
nem. Et virgo beata pp nostram inauditam parturitio
Exo.19. nem. Debemus ēt egredi extra nos per gratiarū actio-
nem, & laudis, quod significatum est vbi dr̄, quod Ma
ria sumpsit tympanum & præcinebat dicens, Cante-
mus domino &c. Tympanum fit de corio in ligno ex
tenso, & virga Percusso. Per corium intelligitur
Christi corpus quod fuit album in natiuitate, rubicū-
dū in cruce, & nigrū in morte & fuit extensū in ligno
Ps. 103. crucis. Extendens cœlum sicut pellem, & fuit percus-
Esa. 53. sum disciplina patris. Propter scelus populi mei per-
Thr.1. cussi eum. Ex ista percussione resonabat tinnitus piæ
cōquæstionis in auribus patris, amoris in auribus ma
tris, doloris in auribus humani generis. O uos omnes
qui trāsitis &c. Et charitatis in auribus hostis qn̄ dice-
Dn̄s qd bat. Pater ignosce illis. Secundo ponitur præsentiæ
impor- Christi corporalis exhibitio, cum dicitur, & dominus
tat. erit vobiscum. Dominus importat potestatem hono-
rem, & timorem. Hoc autem quod dicit vobiscum e
contrario importat ęqualitatem, humilitatem, & ami
Heb. 2. cabilem amorem, Est ergo sensus. Ille qui erat domi-
nus per ptātem, cras erit vobiscum per naturæ æquali
Phil.3. tatem. Non confunditur eos vocare fratres &c. Ille q
erat dn̄s per honorem & reuerentiam, cras erit vobis-
cum per humilem præsentiam. Exinaniuit semetip-
sum &c. Ille qui erat dn̄s per timorem, cras erit uobis
cum per amicabilem amorem. Aug. Ama amorē illius
qui amore tui amoris descendit in vterum virginis, &
ibi amorem suum amori tuo copulauit humiliādo se,
subleuando te, coniungēdo naturam suæ æternitatis
lim•

limo tuæ mortalitatis. Tertio ponit̃ nostra profunda humiliatio cum dr̃. Ceciderunt proni in terram corã dño,& adorauerunt. Est autem adoratio recognoscere in Deo plenam dominationem. Et ista recognitio habet fieri corde ore, corpore,& munere, Corde quatuor modis, s. fide ut in eum credamus tanquam in summe verum, amore, ut ipsum diligamus tãquam summe bonum, timore, vt ipsum metuamus tanquam oĩpotentem, spe, ut in ipsum speremus tanquam misericordẽ. Istæ autem sunt quatuor species aromaticæ quæ ponũtur in themate. Primam tamen speciem non habent hæretici siue homines uani qui plus credunt fabulis quàm uerbis diuinis. Secundam non habent auari, qui plus diligunt nummum quàm Deum. Tertiam nõ hñt præsumptuosi. Quartam non habent desperati. Habet etiam fieri hæc recognitio ore, ut. s. ipsum laudemus, benedicamus,& adoremus. Habet etiam fieri corpore, scilicet inclinatione, genuflexione, & prostratione. Habet fieri munere, ut scilicet in signum diuinitatis atque dominij oblationes,& primitias sibi demus.

Adoratio quõ fienda.

Sermo xx. De eodem. Sermo quartus. Dies Natalis domini gratiosa atque gaudiosa quare extiterit.

HAec dies boni nũcij est, si tacuerimus,& nolueri mus nunciare usque mane, sceleris arguemur. Ex his verbis habetur ꝙ hæc dies sit gratiosa, qa est dies boni nuncij. Et est gaudiosa, quia non debemus a laude tacere. Circa primum notandum est ꝙ est duplex annunciatio, s. serpentis & Angeli cœlestis. De prima dicitur: Cur præcepit uobis Deus. &c. De secunda dr̃: Ecce euãgelizo uobis gaudium &c. In prima quatuor fuerunt, scilicet dubietas ex parte mulieris, cum dixit: Ne forte moriamur. Falsitas ex parte serpentis. Fatuitas ex parte hominis. Et seueritas ex parte Dei pœnam irrogantis. Et ista quatuor fecerunt illam diem esse diem mali nuncij. Et quamuis illa quatuor tunc inchoauerunt, tamen totum genus humanum

4. Re.7.

Annuntiatio duplex.
Gen. 3.
Luc.2.

postmodū occupauerunt, scilicet dubietas in sperandis, falsitas in credēdis, fatuitas in deligēdis, & seueritas in pœnis irrogandis. Scđa est annunciatio angeli cælestis in qua quatuor ponuntur, scilicet ꝙ natus est nobis saluator, natus est Christus, natus est dominus, natus est panis in Bethleē Iuda, ita ꝙ saluator attulit, æternā salutem, Christus unctionem, dominus legislationem, & panis suauissimā refectionē. Et ista quatuor remedia sunt contra quatuor incōmoda supradicta, propter quæ hæc dies est boni nūcij. Primo igit̃ in humano genere erat dubietas in sperādis. Cōtra hoc uenit nobis saluator portās æternā salutem.
Esa.15. Vrbs fortitudinis nr̃æ Syon saluator ponet̃ in ea murus, & antemurale. Multum ergo sperare debemus, quia saluator factus est fortitudo nostra, ex eo ꝙ nos defendit. Murus noster igneus uidetur, qa hostes cō sumit. Ego ero murus in circuitu igneus. Et antemura
Cha.2. le nostrū, quia Christus passionē pro nobis sustinuit. Secundo erat seueritas in pęnis irrogandis. Cōtra illud uenit Christus afferens unctionē. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitię prę cōsortib. tuis. Olim Deus, erat durus, sed modo est unctus, & factus est māsue-
Psal.44. tus, iō dr̃. Vnxit te Deus Deus tuus. Erat iratus, sed hodie factus est lætus, & recōciliatus, iō subditur. Oleo lætitiæ. Erat auarus, quia uix uolebat modicū gratiæ suæ elargiri, sed hodie factus est largus. ideo subdit̃. Prę cōsortibus tuis. Et ideo de plenitudine eius nos omnes accepimus. Tanta est modo abundātia unguē
Dura.4. erant. torum, quòd ea quæ erant dura facta sunt mollia. Quatuor quidē olim erant dura & inflexibilia, scilicet cęlum ut aliquem reciperet, angelus ut hominem diligeret, Deus ut hominem reconciliaret, & mors ut om
Psal.17. nes absorberet. Sed ista sūt uncta, & facta sunt flexibilia. Inclinauit cœlos & descēdit, & caligo sub pedibus eius. Factū est.n. flexibile cœlū materiale, ut homines sucipiat. Intellectuale, i. angelus ut homines diligat. Ipse Deus descēdit, & homines recōciliauit. Cali-

go sub pedibus eius fuit, qa mortẽ suppeditauit. Tertio erat fallitas in credendis. Contra hoc uenit dominus afferens nouam legislationem. Dñs iudex noster dñs legifer noster, dominus rex noster, ipse saluabit nos. Secundum autem Dionysiũ ad perfectum dominium tria requiruntur, idest præeminentia, continentia, permanentia. Sed Deus non uidebatur dominari in mundo, nec quantum ad præeminentiam. Facti sumus quasi in principio, cum non dominareris nostri. Nec quantum ad continentiam. Domine Deus noster possiderunt nos domini absque te. Nec quantum ad permanentiam, quia uidebat a dominio cecidisse. Tradam Ægyptum in manus dominorũ crudelium. Sed hodie ipsũ dominiũ recupauit. Hic erit magnus. & filius altissimi uocabit: Ecce p̃eminentia. Et dabit dominus illi sedẽ Dauid patris eius &c. ecce continẽtia. Et regni eius non erit finis. ecce permanẽtia. Quarto erat fatuitas, & insipiditas in deligendis. Contra hoc uenit panis totus suauitatis. Panem de cœlo præstitisti illis, omne delectamentũ in se habentẽ &c. vñ cantat ecclesia. Et est sumptum de Iohele & Amos. In illa die stillabunt montes dulcedinẽ, & colles fluent lac & mel. Per lac intelligitur Christi humanitas, per mel diuinitas, per dulcedinem totus Christus, qui totus erat dulcis & suauis. Quidam autem delectant circa ea quæ spectant ad humanitatẽ, isti fluunt lac. Quidam circa ea q̃ spectant ad eius diuinitatẽ, isti fluunt mel. Quidam circa totum Christum, isti fluunt & distillant dulcedinem. Secundo hæc dies est gaudiosa, ideo dr̃. Si tacuerimus. Non.n. debemus tacere corde, sed annunciare ore. Corde quidem non debemus tacere, sed magnam exultationem habere. Cantantes & psallentes in cordib. Gaudete in domino semper, &c. Istud enim gaudiũ debet esse magnum quantũ ad impermixtionem ideo dicit: Gaudete in domino. Quãtum ad ppetuationem, ideo dicitur: Semper. Quantũ ad intentionẽ, ideo dicitur: Iterũ gaudete. Quantum

Esa. 33. | Ad dominiũ reqrũtur. 3. | Esa. 66. | Ibid. 26 | Ibid. 11 | Luc. 1. | Sap. 16. | Eph. 16 | Phil. 3.

ad ostensionem, ideo dicitur: Modestia uestra nota sit. Quantum ad extensionẽ, ideo dicitur: Omnib. hominibus. Debemus etiam annũciare ore, uerbo, & signo.
Ps. 143. Verbo. In psalterio decacordo psallam tibi. Per psalterium decacordum intelligimus Christum incarnatũ, in quo fuerunt quinque cordæ, idest, uulnera quinq;, ostendentes suam humanitatem. Et quinque ostendentes maiestâtem. s. natiuitas supernaturalis, gloria resurrectionis, maiestas ascẽsionis, missio spiritus sancti, & iudiciaria potestas. Debemus etiam laudare signo, idest; corporis prostratione, ut Christo uicem rependamus qui totaliter se prostrauit & nihil sibi de se retinuit. Nõ proprium amorem. Etenim Christus sibi non complacuit &c. Nec propriũ sensum. Mea doctrina non est mea. Nec propriam uoluntatem retinuit. Non mea sed tua uoluntas fiat. Nec propriam operationẽ, A me ipso facio nihil. Nec propriam, sed cõem conuersationem. Post hoc in terra uisus est &c. Vade ergo & tu fac similiter, ut de te nihil retineas, nec amorem Qui amat animam suam &c. Nec proprium sensum, Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nec uoluntatẽ. Si quis uult uenire post me abneget semetipsum, &c. Nec propriã operationem, Operemur bonũ ad omnes. Nec propriam conuersationem. Conuersationem uestram inter gentes habentes bonam.

Notandum. Rom. 5. Io. 7. Luc. 22. Io. 5. Bar. 3. Io. 12. Ro. 10. Mat. 16. Gal. 6. 1. Pet. 2

De eadem sermo quintus. Natiuitatis festum in choro, et in capitulo præuenitur.

Sap. 16. OPortet solem præuenire ad benedictionẽ. Ortũ ueri solis crastino celebrandum hodie dupliciter præuenimus, scilicet, in choro, & in capitulo. In choro aũt tripl'r. Prima p̃uentio est, quia hæc festiuitas natiuitatis dominicæ hodie in laudib. inchoat', qđ est insolitum & singulare. Et hoc triplici de cã. Prima est quia hæc festiuitas incæpit a laudibus tam angelorum qui dixerunt: Gloria in altissimis Deo, quam pastorum. De quib. dr̃: Reuersi sunt pastores laudantes, & glo-

Natiuitatis festũ quare a laudibus inchoat'.

& glorificātes Deum &c. Secunda est,quia o ēs creatu rę ipsam laudant, vñ propheta inducit oēs creaturas ad laudādū Christi aduentū dicēs:Lætent̃ cęli & exul tet terra &c. Tertia rō est, quia in ea est materia & rō oīs laudis. Oēs.n.qui cātica laudis ediderūt,aut edide rūt pp immensum gaudiū,ut illud:Exultauit cor meū in dño. Aut pp cōpletū desideriū,ut illud. Nūc dimit- tis seruū tuū dñe. Aut pp receptū bñficiū,ut illud: Cā- temus dño gloriose &c. Et sicut fuit canticū Zach.& B.Mariæ. Recte igit̃ hæc festiuitas a laudib. inchoatur qa hodie uenit nostrū gaudium. Gaudete & laudate si- mul deserta Hierusalē &c. Nostrum desideriū. Veniet desideratus cunctis gentib. Et nostrum bñficiū nobis datū. Puer natus est nobis. Secunda p̃uentio est,quia fe stiuitas crastina hodie nobis crebro pronunciatur. Et facit ecclesia ad similitudinē alicuius ciuitatis regem aliquē expectantis. Venit.n.unus nuncius, q dicit ꝙ rex quidē uenit, sed adhuc multum longe est. Et istū nunciū mittit ecclesia in prima dñica de aduētu. Aspi ciēs a longe &c. Sed qm̃ audiētes regem longe esse ex hoc posset dubitari, ꝙ nimis tardaret,& ex hoc essent in aliquo mærore iō mittit 2m nūcium in scda dñica dicens,s.Hierusalem cito ueniet salus tua. quare męro re consumeris &c. Deinde mittit tertium in tertia dñi ca,qui dicit, ꝙ iam apparet persona regis dicens: Ec- ce apparebit dñs. Iam apparet millia regis cum subdi- tur. Et cum eo sanctorum militia. Iam apparent uexil- la regis cum subditur. Hñs in uestimento,& in fœmo re suo scriptum &c. Tunc etiam mittit præconem ut oēs conueniant & sint parati. Et hoc in quarta dñica, cū dicit: Canite tuba in Syon, uocate gentes &c. Quā do autem constat, ꝙ crastino est uenturus tūc nō unū, sed plures nuncios mittit. Vnus dicit Hodie scietis, quia ueniet dñs. Alius dicit. Cras egrediemini &c. A- lius dicit. Crastina die delebitur iniqtas terræ. Alius Cras faciet dominus inter uos mirabilia. Tertia præ- uentio est, quia nostra sanctificatio & præparatio

1. Re.2.
Luc.2.
Exo.15.
Esa.22.
Agg.21.
Esa.9.

Cant. 5. nobis prædicitur. Sponsa quidem debet se præparare secundum nobilitatem sponsi. De cuius nobilitate dicitur. Dilectus meus candidus,& rubicundus. Candidus quantũ ad carnem puram, rubicundus quantum ad animam charitate succensam, electus ex milibus quãtum ad di
Pro. vl. uinitatem uerã. Sponsa igitur, ut sponso assimiletur, debet assumere uestes albas puritatis, rubeas charitatis.
Ps. 44. Byssus,& purpura indumentũ eius, & uarias multiplicis uirtutis. Astitit regina a dex. tu. in uesti. deau. &c. Secundo præuenimus hanc festiuitatẽ in capitulo, & hoc tripliciter. Primo quia singulari mõ prænunciatur, cum dr̃, Anno Cęsaris Augusti xlij.&c. Et fit ibi annunciatio in triplici lingua, ut dictum est, s. in latina, hæbraica,& græca. Ille enim tres linguæ laudãt Christum in mundum uenientem, sicut patet hic. Laudant ipsum moriẽtem, quia crucis titulus scriptus erat græce, hebraice,& latine. Laudabunt ipsum in cęlo regnãtem, sicut patet in missa, ubi eius gloriam laudamus, latinè ut patet in epistolis, euangelijs,& cantu. Græce sicut in Kyrie eleison, & hebraice, sicut in alleluia & amen. Secunda præuentio est quia in terram nos prostramus, ut de sua uisitatione sibi gratias referamus.
Exo. 4. Audierunt quod uisitasset dñs filios Israel, & prostrati adorauerunt. Legitur Ionę iij. quod rex indutus est sacco,& sedit in cinere,& omnes serui idẽ fecerunt. Rex Christus sedit in cinere, quñ indutus est carne. Et ideo nos debemus sedere in cinere & nos profunde humiliare,& sibi gratias agere, tympanum assumentes & di
Exo. 15. centes. Cantemus domino. &c. in tympano est forma sphærica, pellis extensa,& melodia. Sic in Christo fuit diuinitas æterna, caro crucifixa, & aĩa oĩ iubilatione plena. Istum debemus assumere per meditationem,& sibi cantare per gratiarum actionem. Tertia præuentio est, quia sermo in uigilia pręponit̃. Dicit aũt Ambro. sup beati immaculati, quod sermo Dei hẽt illuminare, accendere,& mundare. Nos igitur expectamus ortũ uera lucis solis,& ignis. Cõuenienter igitur sermo ppo

nitur,

nitur, vt quia habet illuminare, disponamur ad illuminationem lucis refulgentis. Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis, quia habet calefacere, disponamur ad calefactionem solis in calescẽtis. Cras erit nobis salus, cum incaluerit sol. Quia mũdare, disponamur ad purificationem ignis consummantis, & purgantis. Ipse enim quasi ignis conflans. Esa. 9. 1 Re. 11 Mal. 3.

Sermo xxij In Natiuitate domini nostri Iesu Christi, Sermo primus. Multi Christum uenturum prænunciarunt, uenisse uero omnes creaturæ testatæ sunt.

IAcob genuit Ioseph uirum Mariæ. Aug. dicit in li. de tri. Testimonia quædam uenturum prænunciauerunt, quædam uenisse testatæ sunt creaturæ eum p quem factę sunt. Factum quippe creatorem, per quẽ facta est omnis creatura, oẽm creaturã testem hr̃e oportebat. Ex his uerbis duo eliciuntur. Vnum quia Christum uenturum multi prænunciauerunt. Scd̃m q ipsum uenisse oẽs creaturæ testatæ sunt Circa primum notandum, ꝙ ipsum multi prænunciauerũt sicut fuerunt prophetæ, qui eum prædixerunt, & patriarchę q ipsum in mũdũ p gñationẽ adduxerũt, quorũ genealogiæ hodie recitantur. Et iõ illa genealogia dẽt esse nobis valde speciosa ad uidendum, quia ex ea processit ille de quo dr̃. Speciosus forma &c. Dulcis ad audiendũ, quia ex ea processit ille q ſm Ber. hẽt & in ore mel, in aure melos, in corde iubilus; Dẽt esse delectabilis ad adorandũ, quia ex ea processit ille de quo dr̃. Sicut cinamomum, & balsamum odorem &c. Dẽt esse sapida ad prægustandum, quia ex ea processit ille de quo dr̃ ibidem. Qui edunt me adhuc esurient &c. dẽt esse suauis ad amplexandum, quia ex ea processit ille de quo dr̃. Qm̃ tu dñe suauis, & mitis, & cæ. Circa ſm notandum ꝙ omnes creaturæ Christi natiuitatẽ testatæ sunt. Primo creatura cęlestis, quæ ostẽdit eius ęternitatẽ. unde dicit Chri. ꝙ unus circa solẽ circulus aureus apparuit, in circulo aũt æternitas designatur. Matt. 1. Eccl. 24 Ps. 85.

Cant. 5. nobis prædicitur. Sponsa quidem debet se præparare ẜm nobilitatem sponsi. De cuius nobilitate dr̃. Dilectus meus candidus,& rubicundus. Candidus quantũ ad carnem puram, rubicundus quantum ad animam charitate succensam, electus ex milibus quãtum ad di
Pro. vl. uinitatem uerã. Sponsa igitur, ut sponso assimiletur, dẽt assumere uestes albas puritatis, rubeas charitatis.
Ps. 44. Byssus,& purpura indumentũ eius, & uarias multiplicis uirtutis. Astitit regina a dex. tu. in uesti. deau. &c. Secundo præuenimus hanc festiuitatẽ in capitulo, & hoc tripliciter. Primo quia singulari mõ prænunciatur, cum dr̃, Anno Cęsaris Augusti xlij. &c. Et fit ibi annunciatio in triplici lingua, ut dictum est, s. in latina, hæbraica, & græca. Iste enim tres linguæ laudãt Christum in mundum uenientem, sicut patet hic. Laudant ipsum moriẽtem, quia crucis titulus scriptus erat græce, hebraice, & latine. Laudabunt ipsum in cęlo regnãtem, sicut patet in missa, ubi eius gloriam laudamus, latinè ut patet in epistolis, euangelijs, & cantu. Græce sicut in Kyrie eleison, & hebraice, sicut in alleluia & amen. Secunda præuentio est quia in terram nos prostramus, ut de sua uisitatione sibi gratias referamus.
Exo. 4. Audierunt ꝙ uisitasset dñs filios Israel, & prostrati adorauerunt. Legitur Ionę iij. quod rex indutus est sacco, & sedit in cinere, & omnes serui idẽ fecerunt. Rex Christus sedit in cinere, qñ indutus est carne. Et ideo nos debemus sedere in cinere & nos profunde humiliare, & sibi gratias agere, tympanum assumentes & di
Exo. 15. centes. Cantemus domino. &c. in tympano est forma spherica, pellis extensa, & melodia. Sic in Christo fuit diuinitas æterna, caro crucifixa, & aĩa oĩ iubilatione plena. Istum debemus assumere per meditationem, & sibi cantare ꝑ gratiarum actionem. Tertia præuentio est, quia sermo in uigilia pręponiẗ. Dicit aũt Ambro. sup beati immaculati, ꝙ sermo Dei hẽt illuminare, accendere, & mundare. Nos igitur expectamus ortũ ueta lucis solis, & ignis. Cõuenienter igitur sermo ꝓpo-

nitur,

nitur, vt quia habet illuminare, disponamur ad illuminationem lucis refulgentis. Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis, quia habet calefacere, disponamur ad calefactionem solis in calescẽtis. Cras erit nobis salus, cum incaluerit sol. Quia mũdare, disponamur ad purificationem ignis consummantis, & purgantis. Ipse enim quasi ignis conflans. Esa. 9. 1 Re. 11 Mal. 3.

Sermo xxij In Natiuitate domini nostri Iesu Christi, Sermo primus. Multi Christum uenturum prænunciarunt, uenisse uero omnes creaturæ testatæ sunt.

IAcob genuit Ioseph uirum Mariæ. Aug. dicit in li. de tri. Testimonia quædam uenturum prænunciauerunt, quædam venisse testatæ sunt creaturæ cum ꝑ quem factę sunt. Factum quippe creatorem, per quẽ facta est omnis creatura, oẽm creaturã testem hr̃e oportebat. Ex his uerbis duo eliciuntur. Vnum quia Christum uenturum multi prænunciauerunt. Scdm̃ q̃a ipsum venisse oẽs creaturæ testatæ sunt Circa primum notandum, ꝙ ipsum multi prænunciauerũt sicut fuerunt prophetæ, qui eum prædixerunt, & patriarchę q ipsum in mũdũ ꝑ gñationẽ adduxerũt, quorũ genealogiæ hodie recitantur. Et iõ illa genealogia dẽt esse nobis valde speciosa ad uidendum, quia ex ea processit ille de quo dr̃. Speciosus forma &c. Dulcis ad audiendũ, quia ex ea processit ille q ẜm Ber. hẽt & in ore mel, in aure melos, in corde iubilus; Dẽt esse delectabilis ad adorandũ, quia ex ea processit ille de quo dr̃. Sicut cinamomum, & balsamum odorem &c. Dẽt esse sapida ad prægustandum, quia ex ea processit ille de quo dr̃ ibidem. Qui edunt me adhuc esurient &c. dẽt esse suauis ad amplexandum; quia ex ea processit ille de quo dr̃. Qm̃ tu dñe suauis, & mitis, &cæ. Circa ẜm notandum ꝙ omnes creaturæ Christi natiuitatẽ testatæ sunt. Primo creatura cęlestis, quæ ostẽdit eius ęternitatẽ. unde dicit Chri. ꝙ unus circa solẽ circulus aureus apparuit, in circulo aũt æternitas designatur. Matt. 1. Eccl. 24 Ps. 85.

Manifestauit suā potestatem sicut patet in stella, quæ Magis apparuit, quæ puero obsequiū præstitit, & quā puer de nouo creauit. Manifestauit eis cum patre & spūsancto æqualitatem, quia tūc tres soles in oriente apparauerūt, qui ad vnum corpus solare postmodum sunt redacti. Manifestauit suam cum patre puritatē, sicut patet in stella, quæ in forma puellæ puerum tenētis in ulnis apparuit. Stellæ.n.natura purissimæ sunt. Scdo testificata est creatura terrestis sicut patet in quatuor elementis. Terra n.induit nouam fœcunditatē, quia de vineis engaddi balsamum miraculosè proru-

Luc.2. pit. Aer induit nouam claritatem. Clarius Dei circūfulsit illos. Et aqua induit nouam saporis dulcedinē, quia tūc fons aquæ Romæ in oleū est cōuersus. Ignis induit nouam virtutem, quia cum ignis sit illuminare & comburere, habuit uirtutem illuminatiuam, & non consumptiuam. Hoc significatum est in rubo, q

Exo.3. ardebat, sed non comburebat. Quia virgo beata fuit igne spiritus Sancti inflammata, & nullo igne concupiscentiæ adusta, sed illuminata &c. Tertio eius natiuitatem testificata est creatura vegetatiua, quia tūc uinea engaddi induit nouū florē. Vinea nostra floruit

Can.5. nouum fructum. Fructus eius dulcis gutturi meo. Induitque nouum balsami liquorem. Quasi balsamum

Eccl.24 non mixtum odor meus. Quarto testificata est creatura sensibilis. Nam bos & asinus ipsum suum dñm cognouerunt Cognouit bos possessorem suū &c. Ipsum

Esa.1. flexis genib' adorauerūt Glorificabit me bestia agri,

Ibid.43 quia à comestione fęni, super quod puer iacebat, abstinuerunt. Quinto testificata est creatura rōnalis sicut patet in Cęsare Augusto, qui tunc publicas stratas per mūdum fieri iussit, Romanis debita dimisit, & uocari Deus renuit. Et quāuis horū significationē non intelligeret, spiritus tn̄ sctūs intellixit. Per hoc n.significabatur ꝙ Christo uenienti debemus pręparare uiam

Luc.3. cordium. Parate viam domini, quod ipse debebat. dimittere debita peccatorum. Omne debitum di-

misi

misi tibi &c. Et q̃ ueniebat ille qui erat naturalis dominus & rex uniuersorum. Vnde pp absentiam iustũ dñi humani genus conquerebatur. Dñe Deus noster posséderunt nos dñi absq; te. Sexto testificata est creatura intellectualis, i. angeli, qui quidẽ testificati sunt eum patenter, honorabiliter & lætanter. Christus quidem occultè uenerat, sed angeli non sunt passi ipsum pœnitus occultari. Et ideo angelus ipsum pastoribus patenter annunciauit dicens, Ecce euangelizo uobis gaudium magnum &c. Testificati sunt honorabiliter, quia non unus uel duo, sed exercitus militiæ cœlestis de cęlo uenit. Testificati lętentur dicentes. Gloria in altissimis Deo.

Mat. 28.
Esa. 26.

Sermo xxiij. De eadem Sermo secundus Virgo beata a matrimoniali fœdere, a nomine, atque a Virginali pudore describitur.

IAcob genuit Ioseph uirum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Virgo beata in his verbis tribus describitur. Primo à matrimoniali fœdere, cum dicit Ioseph uirũ Mariæ. Voluit enim Christus matrem suam habere spõsum multiplici de causa. Ipsa. n. erat tenera puella, ideo indigebat viro maturo & grandæuo, ut ab ipso custodiretur. Erat sola, ideo indigebat fideli socio, a quo in partu, & ante partũ, & post partum associaretur. Erat virgo uerecunda, ideo indigebat uiro sibi matrimonialiter copulato, ne tãquàm adultera infamaretur. Erat multis laboribus exponẽda, ideo indigebat magno adiutorio, quo releuaret. Erat diabolo suspecta, ne scilicet eẽt illa de qua Esa. prophetauerat. Ecce uirgo concip. & pa. &c. ideo debuit eẽe in matrimonio, ut illud mysterium diabolo celaretur. Secundo describitur a nomine, cum dr̃ Mariæ, quæ alio nomine dicitur domina. Et interpretatur stella & illuminatrix. Est ergo dña & imperatrix, & ideo tanquam dña cõtra diabolum tria potestatiuè exercuit.

Primo, Mariá Christ⁹ quare spõsum habere voluit.

Maria contra diabolũ tria ꝑtatiue exercuit. exercuit. Primũ quia ipſum de cordibus fidelium expulit Hoc ſignificatum eſt in templo pacis quod corruit. Sicut.n.boni ſunt tẽplum Dei, ſic & mali ſunt tẽplum diaboli. Ceciderunt igitur prout erant tẽplum diaboli,& facti ſunt tẽplum Dei. Secundũ quia principem dæmonum contriuit. Hoc ſignificatum eſt per illã magnã ſtatuam, q̃ erat Romæ arte diaboli in aere ſubleuata,de qua rñſum eſt ꝙ non caderet donec virgo pareret,quæ nocte qua peperit cecidit,per quod ſignificatur ꝙ ptãs principis dæmonum per uirginem contrita fuit. Tertium eſt,ꝙ cultum idolorũ euacuauit. Hoc ſignificatum eſt in ſtatuis idolorum,quæ in Ægypto corruerunt. Hieremias.n.in Ægyptũ deſcendens, ſignum eis dedit ꝙ tunc idola ſua corruerunt, qñ virgo pareret. Ideo ſacerdotes illi imaginem uirginis cum puero in ſecreto tẽpli adorabant, ſed in ipſa nocte qua peperit idola corruerunt. Secũdo dr̃ ſtella, iõ Romæ apparuit in forma ſtellæ puerum baiulãtis,quæ erat circundata aureo circulo, & erat iuxta ſolem,& audita eſt uox,hæc eſt ara cœli. per hoc ſignificatur quantæ fuerit puritatis, quia uiſa in ſpecie ſtellæ,quæ eſt naturæ puriſſimæ. Quantæ dignitatis,quia circũdata aureo circulo, Tota.n.curia cœleſtis in modum coronę ipſam circundat, & ornat. Vnde cantat eccleſia,Circundabant eam flores roſarum,& lilia cõuallium. Quantæ ſit poteſtatis,quia erat iuxta ſolem,

3.Reg.2 ideſt Chriſtum. Hoc ſignificatum eſt. Poſitis eſt thronus matris iuxta thronum regis. Quantæ ſit pietatis, quia uocata eſt ara cœli, Sicut.n.altare eſt medium inter Deum & populum, ſic ipſa eſt mediatrix inter Deum,& nos. Tertio dicitur illuminans ſiue illuminatrix,quia hominem cæcum illuminauit. Et hoc ſignificatum eſt,quod uinea Engaddi florẽ attulit, fructum produxit,& ẽt balſami liquorem emiſit. Homo quidem habebat oculum carnis ſanguinolentum, q̃ carnalia deſiderabat, ſed uirgo florẽ protulit q in paſſione attritus & excoctus, oculo carnis eſt appo-

ſitus

ſitus,& ipſum ſanauit. Habebat etiam oculum affectus inſipidum, quia ſpiritualia ſibi deſipiebant,ſed fructũ protulit cuius dulcedo ipſam inſipiditatem fugauit. Habebat.n.oculum intellectus obſcurum,quia Dei veritatem non recognoſcebat,ſed liquor balſami oẽm impuritatem abſterſit. Tertio deſcribitur, a uirginali pudore, quod nõtatur cũ dicitur, de quà natus eſt &c. non de quibus. Decuit ipſam uirginem eſſe,quia Deus ſibi committebat precium redemptionis humanæ iõ debuit & decuit eſſe uas integrum ne effunderetur. Virginitas enim perfecta, integritas eſt carnis & mentis. Sed de multis dicitur. Cor fatui quaſi uas confractum,&c. Committebat ſibi theſaurum diuinæ ſapientiæ,ideo debuit eſſe uas nouum. Virginitas enim totũ hominem nouum facit. Hoc ſignificatum eſt. Vbi dicitur quod Eliſæus,i.Deus pater,poſuit ſal.i.diuinam ſapientiam in uas nouum.i.in Mariæ uterum.Committebat ſibi balſamum diuinæ gratiæ, ideo debuit eſſe uas mundum. Virginitas enim dicit perfectam munditiam mentis & corporis. Vnde propheta petens ſpiritus Sancti gratiam primo petit uaſis munditiam dicens:Cor mundum crea in me Deus &c.Committebat ſibi ſplendorem paternæ gloriæ, ideo debuit eſſe uas ad mirandum. Vas admirabile opus excelſi.

Ecc. 21. 4. Re. 2. Ecc. 44. Eſa. 9.

Sermo xxiiij. De eodem Sermo. iij. Humani generis periculum, periculi magnum remedium atque præconium ponitur.

POpulus qui ambulabat in tenebris uidit lucẽ magnã. Et ſubditur. Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis &c. Quando rex aliquis eſt uenturus, multi nuncij deſtinantur. Sic etiam ante faciem huius regis,in qualibet trium miſſarum tres nũcius mittit,ſ. unum prophetam, unum euangeliſtam, & unum apoſtolum. Et iſti ſunt omnes fide digniſſimi. Nã propheta, ſcilicet Iſaias fuit a ſpirituſancto inſpiratus. Apo

ſtolus uſque ad tertium cęlũ fuit raptus. Euangeliſta .ſ. Lucas, qui in duabus miſſis ponitur, fuit a B. Virgine doctus. Ioannes qui ponitur in tertia miſſa, fuit à fonte pectoris Chriſti aqua ſapientiæ potatus. Verba igitur prçmiſſa ſunt unius de his tribus legatis; in quibus tria ponuntur. Primum eſt humani generis magnum periculum cum dicitur. Populus qui ambulabat

Tenebræ 4. incommoda ĩducũt. in tenebris &c. Tenebræ quidẽ quatuor incommoda inducunt, ſ. horrorem, obſcuritatem, triſtitiam, & frigiditatem. Homines igitur tunc erant in tenebris quia erant in horrore & in timore ex eo, ꝙ erant in poteſtate dæmonum traditi. Factæ ſunt tenebræ horribiles in

Exo.10 uniuerſa terra Aegypti. Erant in obſcuritate, quia

Iob.38. erant multiplici ignorantia inuoluti. Nos quidem inuoluimur tenebris. Erãt in triſtitia, quia Dei uiſione e-

Tho. 5. rant priuati. Quale gaudiũ mihi eſt, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non uideo. Erant in frigore, quia

Luc.2. igne diuini amoris alieni, illo ſcilicet igne de quo dicitur. Ignem ueni mittere in terrã &c. Sed populus q erat in his tenebris hodie uidit lucẽ magnam, illam

Pſ. 96. .ſ. de qua dr: Lux orta eſt iuſto. Lux autem habet aſſecu

Lucis natura. rare, illuminare, lætificare, & calefacere. Primo ego aſſecurauit hominem, expellens, & refrçnans dçmonis

Pſ. 103. poteſtatem. Ortus eſt ſol, ſcilicet Chriſtus, & congregati ſunt dæmones, & in cubilibus ſuis collocabuntur. Secundo nos illuminauit dans ueram Dei cogni-

Luc.1. tionem. Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis ſedẽt ad dirigendos &c. Tertio nos lætificauit

Pro. 15. reſtituens Dei uiſionẽ. Lux oculorum lætificat aĩum. Quarto lætificauit & inflammauit infundẽs diuinum

Pſal.77. amorem. Ignem miſit ut luceret eis per noctem. Iſta quatuor hodie Angelus de cœlo nobis attulit. Remouit enim obſcuritatem & induxit illuminationem, unde dicitur: Claritas Dei circumfulſit illos. Remouit timorem & induxit ſecuritatem, cum dixit nolite timere. Remouit triſtitiam & induxit lætitiam, cum dixit: Ecce Euangelizo uobis gaudium magnum. Remouit

frigi-

frigiditatem & adduxit uerum ignē, scilicet Christū cū ait. Natus est nobis hodie saluator &c. Secundo ponitur hmōi periculi magnum remedium cum dicit: Paruulus natus est nobis. Et licet Christus hodie fuerit paruulus quantū ad ætatem matrem, staturam, familiam, domum, lectum, cibum, & uestimentū. Potest tñ dici, quod ipse fuit paruulus triplici alia ratione. Primo quia offensus de facili potest placari. Qui enim olim uixerat tanquam implacabilis. Non parcet oculus meus super te & non miserebor. Modo dicit: Prædicate annum placabilem domino. Secundo quia in emendo faciliter pōt decipi. Paruulus .n. aliquando ꝓ uno pomo dat totam suam hæreditatem. Olim Deus regnum suum ualde care uendebat. quia nullus ipsum emere poterat, nec pro aliqua graui pęnitentia, nec pro morte aliqua, sed mō dat regnum pro calice aquæ frigidæ. Quicunque dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ &c. immo pro una bona uoluntate. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Ideo Deū quodammodo decipimus, quia eius regnum quasi pro nihilo obtinemus. Pro nihilo saluos faciet illos, Tertio dr̄ paruulus, quia instar paruuli debet concipi per bona proposita. Sed multi sunt qui aborsum faciunt, quia bonum propositum ad opus non producunt. Venerunt filij usque ad partum, & uirtus non est pariendi. Debet etiam parturiri per bona opera. A facie tua concepimus, & parturiuimus, & peperimus spiritum salutis. Debet nutriri per perseuerantiam. Accipe puerum istum, & nutri mihi. Debet portari per patientiam. Subijce humerum tuum, & porta illam scilicet sapientiam. Tertio ponitur istius remedij magnum præconium cum dicitur: Et filius datus est nobis. Magnum præconium est Dei patris qui tantæ erga nos fuit liberalitatis, quia dedit nobis quoddam sibi proprium scilicet suum filium, quoddam sibi, & filio commune, scilicet spiritum sanctum, quoddā sibi & filio spiritui sancto commune, scilicet, mundum

Christ⁹ paruul⁹ quare dicatur

Ezec. 7.

Esa. 61.

Mat. 10

Psal. 9.

Psa. 55.

Esa. 36.

Ibid. 26

Exo. 2.

Eccl. 6.

uniuersum

uniuersum & angelicum ministerium. Deniq; promittit vultum suum nobis. Domine quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis quoniã uisitas eũ.
Psal. 6. Bernar. Denique mittis ei unigenitum tuum, immittis spiritum tuum, promittis ei uultum tuum. Et ne quid in cœlestibus uacet ad opera solicitudinis nostræ, etiam illos beatos spiritus mittis in ministerium nostrum.

De eadem sermo quartus De Cæsare mundum describente. De Maria prægnante atque pariente mentio fit.

Luc. 2. EXijt edictũ a Cæsare Augusto ut describeret uniuersus orbis. In hoc euangelio fit mentio de Cęsare mundũ describente. De Maria prægnãte, Et Maria pariente. Circa primum notandum quod Cęsar tunc temporis tria fecisse legitur. Primum est, quod nomẽ mutauit, Cum .n. prius uocaretur Octauianus, uocari se fecit Cæsarem in honorem auunculi sui, & Augustum propter rempublicam augmentatam. Imperatorem quia fuit primus hoc nomine insignitus. Per qđ dabat intelligi quod ille ueniebat, qui electis suis nomina mutaturus erat. Seruos suos uocat nomine alio. Cum .n. prius uocarentur Hebræi, idest transitorij, qa
Esa. 65. erant terrenis actibus dediti. Postmodum uocati sunt Christiani, quia sancto spiritu sunt peruncti. Vltimo in cęlo uocabuntur filii Dei, quia per gratiam sunt in
1. Io. 3. filios adoptati, & Dei hæredes effecti. Nunc filij Dei sumus, sed nondũ apparuit &c. secundo mundum descripsit, per quod datur intelligi, qđ ille ueniebat, qui electos suos in æternitate sua scripturus erat. Deus q. dem nomine electorum suorum scripta habet in libro suo, ideo non possunt falsificari. In libro tuo oẽs scri-
Ps. 130. bentur, In palatio suo ideo non possunt deleri. Gaude
Luc. 10. te, quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. In mani-
Esa. 49. bus suis, iõ nõ possunt obliuioni tradi. Ecce in manibus

bus meis descripsi te. In corde suo, ideo non possunt
non amari. Epistola estis Christi scripta non attramē 2.Cor.3
to, sed spiritu Dei uiui. Tertio vl'em pacem fecit, per
quod dabat intelligi, ꝙ ille ueniebat, qui oēs discor-
dias remouere debebat. Erat.n. discordia inter Deum
& hominem, ideo fecit se mediatorem. Vnus est me
diator Dei & hominum Christus Iesus. Inter homi- 1. Tim.
nem & hominem, pp diuersum cultum, ideo fecit se 2.
lapidē angularem. Ipso summo angulari lapide Chri
sto Iesu. Inter hominem & angelos, ideo fecit se pa- Eph. 2.
storem. Ipse.n. est ille pastor de quo dicitur Qui reli-
quit nonagintanouem oues in deserto, i. nouem ordi Luc.15.
nes angelorum in cœlo, & uenit quærere ouem quæ
perierat. Secundo fit mentio de Maria prægnante. Ex
quo datur intelligi, ꝙ ipsa in utero gestabat ignem di
uinum, splendorem æternum, thesaurum sapientiæ,
& fontem misericordiæ, ideo dicitur. Ego mater pul-
chræ dilectionis &c. Nam inquantum habuit ignem
diuinum, facta est mater pulchræ dilectionis. Sicut Eccl.24
.n. aurum ad ignis pręsentiam liquescit; sic & eius ani
ma ad præsentiam istius ignis tota liquefacta fuit.
Anima mea liquefacta est. Inquantum habuit splen- Can.5.
dorem æternum, facta est mater timoris, i. dæmoni-
bus terribilis. Sicut.n. noctua solis splendorem fugit,
sic dæmones eius maximam claritatem. Terribilis Can.6.
ut castrorum acies ordinata. Inquantum habuit the-
saurum diuinæ sapientiæ, facta est mater agnationis.
Inquantum habuit fontem misericordiæ, facta est ma
ter sanctæ spei. De his duobus dicitur. Thesaurus de-
siderabilis, scilicet diuinæ sapientiæ. Et oleum mise-
ricordiæ in habitaculo iusti, id est in beata Virgine,
quæ fuit habitatio Christi. Tertio fit mentio de Ma-
ria pariente. Circa quod est notandum, quòd cæte- Prou.21
ræ mulieres prægnantes ante partum habent timo-
rem, in partu dolorem, post partum languorem.
Hæc autem ante partum timere non potuit, quia ha- Iud.13
buit angelum custodientem. Viuit dominus, quo-
niam

niam custodiuit me angelus eius &c. Patrem sanctificantem. Sanctificauit tabernaculū suū altissimus: Spiritum sanctum conceptum operantem, & filium eius uterum inhabitantem In partu ēt non habuit dolorē. Non.n.dolere poterat, sed multipliciter gaudebat pp prolis maiestatem, pp conseruatam virginitatem, pp humani generis saluationem, & pp angelicam iubilationem. Iuxta illud. Dum paris & gaudes cantant cęli agmina laudes. Post partum etiam non habuit languorem, quia pariebat Medicum peritissimum, qui omnem languorem sanat. Altissimus de terra creauit

Ecc. 39. medicinam &c. Gigantem fortissimum, qui omnem imbecillitatem sustentant. Exultauit ut gigas ad cur-

Psal. 18. rendam uiam &c. Cęleste umbraculum, quod refrige-

Luc. 1. rium dabat. Virtus altissimi obumbrabit tibi.

Sermo 16. De eadem sermo quintus. Temporis plenitudo Patris felicitas, matrisque ueritas declaratur.

Luc. 2. IMpleti sunt dies Mariæ ut pareret, & peperit filiū suum primogenitum. Tria ponit euāg. Primo tpis plenitudinē cum dicit. Impleti sunt dies Mariæ. Impleti sunt.n. ſm Aug. de ci. Dei li.viij. unde dicit Augu. ibidem. Octauo calendas Aprilis conceptus creditur Iesus Christus, quo & passus, natus aūt octauo calēdas Ianuarij. Ab illo aūt die vsq; ad istū, cclxxvj.

Vterus Virginis. reperiuntur dies. Quia igitur tanto tpe Christus in eius vtero habitauit, factus est eius uterus fons pietatis, speculum puritatis, & uas sanctitatis. Fuit.n. fons pietatis, cum.n. misericordia olim habitaret in cęlo.

Psal. 35. Domine in cœlo mīa tua. Et postmodum incluserit

Psal. 75. se in quodam angulo, i. Iudæorum populo. Notus in

Psal. 47. iudæa Deus &c. Tandem infundebat se uirginis utero. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio

Psal. 32. templi tui. Hodie aūt emanauit in toto mundo. Misericordia dñi plena est terra. Hoc significatū est Romæ in fonte, cuius aqua in oleum conuersa, largiter emanauit. Scdo factus est eius vterus speculum puri-

tatis. Spiritus Sancto enim purificauit eius mentem; filius inhabitauit eius ventrem, pater sanctificauit eius uentrem, & mentem. Sanctificauit tabernaculũ suum altissimus. Si quis igitur habet maculam superbiæ, debet speculari ad eius humilitatem, si quis maculam immunditiæ, ad eius puritatem, & sic de alijs. Psal.4.

Tertio factus est uas sanctitatis. In me omnis gratia uitæ & ueritatis &c. In illo, enim vase, scilicet in Mariæ uentre, Deus posuit unguenta, quæ habent uiuificare mortuos, ideo dicitur: In me omnis gratia uitæ. Posuit colliria, quæ habent illuminare cęcos, ideo subditur: Et ueritatis. Posuit balsamum, quod habet præseruare mortuos, ideo subditur: In me omnis spes uitæ. Posuit electuaria, quæ habent confortare debiles, & infirmos, ideo subditur: Et uirtutis. Eccl.24

Secundo ponit Euangelista uirginei partus fęlicitatem, cum dicitur: Vt pareret. Eius autem partus habuit tres laudabiles conditiones. Partus virginis condi-ctiones.

Prima, quia fuit multæ puritatis, ex parte matris, & ex parte prolis. Mater enim peperit diuini splendoris radium, ideo facta est magis lucida. Lux orta est iusto, scilicet de Mariæ utero. Peperit florem amænum, scilicet illum de quo dicitur: Ego flos campi, ideo facta est magis florida. Peperit thus odoriferum. Quasi libanus non incisus uaporaui habitationẽ meã. Et sic vocatur ibi libanus thus, ideo facta est magis odorifera. Fuit etiam purissimus eius partus, & ex parte prolis. In Christo enim sunt diuinitas, anima, & caro. Diuinitas est pura. Candor est enim lucis æternæ. &c. Anima pura. Sortitus sum animam bonam. Caro pura. Ibidem. Veni ad corpus coinquinatum. Ps. 96. Dan.2. Eccl.24 Sap.7.& 8.

Secundo eius partus fuit multæ paupertatis, quia nihil habuit de his quæ cæteræ parientes requirunt. Non enim habuit seruientium peritiam, sed anima-

lium præsentiam, s. bouis & asini. Nec pānorū copiā, quia uilibus pannis eum inuoluit. Nec ciborum abūdantiam, sed multam penuriam. Nec cameræ pulchritudinem, sed stabuli fęditatem. Nec lecti molliciem, sed fœni rigiditatē. Nec ignis præsentiā, sed frigoris

Esa. 66. asperitatem. Tertio fuit multæ nouitatis. Fuit.n. nouus, quia fuit sine dolore. Antequam parturiret peperit

Eccl. 7. rit &c. Fuit nouus, quia fuit sine peccati contagione. Vis de mille vnum reperi, scilicet sine peccato, scilicet Christum. Fuit nouus, quia fuit sine corruptione. ideo Christus vocat se uermen dicens: Ego autem sum uermis & non homo, &c. Vermis enim generatur de terræ humore a sole, & sic habet patrem in cœlis, & matrē in terris. Sic & Christus fuit nouus, quia de fœmina sine uiro. Fecerat Deus hominem secundum Ansel. sine uiro & fęmina, sicut Adam, de uiro sine fęmina sicut Euam, de viro & fœmina, sicut nos, de fœmina sine uiro sicut hodie. Fuit nouus, quia secundū Bernar. in Christo nouum & antiquum & æternum conuenerunt, natura suprema ac media & infima con iunctæ fuerunt. Tertio ponit euangelista matris ueritatem, cum dicit: Peperit filium suum &c. Veritati matris attestatur, quia totam corporis substantiam

Gal. 4. sibi ministrauit. Factum est ex muliere &c. Veritati matris etiam attestatur, quod ipsum in utero nouem mensibus & decimum attingens secundum Da-

Sap. 7. ma. portauit & fouit. Decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine. Veritati matris attestatur, quod ipsum nutriuit lacte uirgineo, Spiritusancto purificato, & de cœlo ministrato. Vnde cantatur: Sola virgo lactabat, vbere de cœlo pleno. Veritati matris attestatur, quod ipsa sibi materna cōpassione condoluit. Et quia naturaliter pater plus gaudet de prosperitate filij quam mater, & mater plus dolet de

Pro. 10. aduersitate, quam pater, iuxta illud: Filius sapiens lætificat patrem &c. & beata Maria fuit Christo loco patris & matris, ideo plus cæteris martyribus doluit

Iuit de Christi passione. Et plus gauisa est de eius resurrectione.

Sermo xxvij De eadem sermo sextus. Natiuitas Christi maxima iucunditatis, dignitatis, & vtilitatis extitit.

ECce euangelizo uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator &c. Circa natiuitatem Saluatoris Angelus tria ponit. Primo quod sit magnę iucunditatis, cum dicit: Ecce euangelizo uobis gaudium magnum. Fuit enim magnum quantum ad quadruplicem dimensionem. Nam fuit altum, quia usque in cęlum ascendit, & sic angelos lætificauit, quod cęlos reliquerunt, & ad pastores uenientes suum eius gaudium retulerunt. Fuit profundum, quia infernum penetrauit, & sanctos qui erant in limbo lætificauit. Habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Fuit longum, quia iuit usque in orientem & magos sic lætificauit, quod sua regna reliquerunt, & ad puerum cucurrerunt. Iuit etiam in occidentem, ubi Augustum lætificauit quod imagine uisa, thura obtulit. Attingit a fine usque ad finem fortiter &c. Fuit latum, quia perfudit præteritos. Abraham pater uester exultauit &c. Præsentes, unde dixit Angelus. Annuncio uobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Et extenditur ad futuros. Ambro. Hæc est gloria Natalis domini, ut in futurum transeat ad prædestinatos, & in perpetuum maneat ad deuotos. Secundo est multæ dignitatis, quod notatur cum dicitur. Natus est uobis, idest de uobis, de uestra progenie, quod ad maximam dignitatem hominis cecidit ex eo, quod maiorem cum Deo, quam angelus parentelam contraxit. Cum enim triplex sit cognatio, scilicet legalis, quæ est per adoptionem, spiritualis, quæ est per sacri regenerationem, & carnalis, quæ est per propagationem, angeli

[Margin notes: Gaudiũ magnũ natiuitatis. — Esa. 9. — Sap. 8. — Ioan. 1. — Cognatio triplex.]

tantũ Deo attinent cognatione legali, quia eos p suã gratiã in filios adoptauit. Hõ autem Deo attinet ex
Eph.1. cognatione legali, quia eũ per gratiã adoptauit. Qui prædestinauit nos in adoptionẽ filiorum per Iesum Christum, spirituali, quia per baptismum nos regene-
Ioan. 1. rauit. Dedit eis ptãtẽ filios Dei fieri &c. Et carnali, qa
Heb. 2. de nostra progenie carnem assumpsit. Nusquam .n. angelos appræhendit, sed semen Abrahæ. Tertiũ est magnæ vtilitatis, quod notatur, cum dr̃: Saluator mundi.

Infirmitates hominis qnq;, & contra eas remedia.

Homo quidem quinq; infirmitates patiebatur, s. tumorem superbiæ, cæcitatem ignorantię, insipiditatem in mente, uulnerationem culpæ, & fœtorem consuetudinis prauæ. Sed ab istis quinque infirmitatibus nos saluabit per quinque remedia quæ adduxit. Portauit .n. carnem de qua fecit emplastrum, sanguinem de quo fecit collirium, spiritum humanum de quo fecit mel dulcissimum, animam, quæ fuit uas unguentarium, & diuinitatem, quæ fuit balsamum præciosum. Prima igitur infirmitas erat tumor superbiæ, & iste primo ortus est ĩ cęlo, deinde in terrestri paradiso, tãdẽ sparsus est in uniuerso mundo, ideo Christus de sua carne fecit emplastrum, quod istum tumorem maturauit, & fregit. Fit autem emplastrum de herbis, & floribus abscissis, cõtritis, & coctis. Caro Christi fuit herba sicut,
Esa. 40. & nostra. Omnis caro fænum. Fuit flos, & hoc propter innocentiam & puritatem. Fuit abscissus per mortem.
Ibid. 53. Qui abscisus est de terra uiuentium. Contritus per flagellationem ibidem. Attritus est propter scelera nostra. Et Coctus per pęnarum nimiam adustionem. Os-
Psa. 101 sa mea sicut cremium aruerunt. Ecce humilitatis exẽplum, superbiæ medicamentum. Secundo infirmitas erat cæcitas ignorantiæ, ideo Christus de sanguine
Apoc. 3. suo fecit collirium, quo cæcũ illuminauit. Collirio inunge oculos tuos, ut uideas. Istud autem collirium factum est de saliua & terra, id est deitate; & humani-
Ioan. 9. tate, ut habetur. De melle & cera, idest de diuinitate
Reg 14. melliflua, & carne incorrupta. De Ionatha, qui gusta-

uit

nit fauum mellis,& illuminati ſunt oculi eius. Tertia infirmitas erat inſipiditas in mente, qua ſpiritualia ſibi diſipiebāt, ideo Chriſtus de Spiritu ſancto mel dulciſſimum,fecit, quod inſipiditatem hominis dulcorauit. Spiritus meus ſuper mel dulcis. Eius autem dulcedo, non ſentiebatur quandiu in uaſe corporis clauſa morabatur,ſed quando inclinato capite tradidit ſpiritum; tunc ſua dulcedo repleuit cęlum & mundum,vñ cantat eccleſia,hodie per totum mundum,melliflui facti ſunt coeli.Nam & pater ſic factus eſt mellifluus, qa fuit reconciliatus. Angelos ſic mellifluus, fuit pacificus. Homo, qui erat in limbo, ſic mellifluus, quia immenſo gaudio fuit repletus. Quarta infirmitas erat uulnus culpæ. Vulnus & liuor & pla.tu.non ſunt circuli &c.Ideo Chriſtus de anima ſua fecit uas,unguētarium, in quo continetur omnia unguenta omnium uulnerum & infirmitatum. Omnia enim uulnera animæ cauſantur, aut ex infirmitate, aut ex ignorantia, aut ex malitia. Sed dicitur: Vidimus gloriam eius, id eſt glorioſam miſericordiam eius, plenum gratiæ & ueritatis. Nam glorioſa miſericordia eius, ſanat uulnus cauſatum ex malitia, gratia eius,ſanat uulnus cauſatum ex infirmitate humana, ueritas eius, ſanat uulnus cauſatum ex ignorantia. Quinta infirmitas erat fętor conſuetudinis paruæ, ideo Chriſtus attulit diuinitatem,tanquam balſamum præcioſum,cuius odorem ſenſit Lazarus quatriduanus, fœtidus & reuixit. Eſt autem prima dies,mala delectatio, ſecunda malus conſenſus, tertia,malum opus,quarta, mala conſuetudo,& tunc homo efficitur fętidus coram Deo,& mundo. Qui ergo ad odorem iſtius balſami non reſurgit, magis eſt inſenſibilis, quam mortuus, fœtidus,& immundus.

Ecc. 14.
Eſa. 1.
vulnera aĩa vñ cauſent
Ioan. 1.

Sermo xxviij De eadem Sermo vij De quatuor quæ in Christi Natiuitate apparuerunt.

APparuit benignitas, & humanitas saluatori nri Dei &c. circa natiuitatē Christi quatuor apostolus apparuisse testat. Primo benignitas Dei, cú dicit:
Titū. 3. Apparuit benignitas. Quæ quidē apparuit in benigna erga nos dilectione. Cū enim amor tripliciter cōprobetur, s. dono, passione, & opere. Pater amorem suum nobis ostēdit dono, quando nobis filium suum dedit.
Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitū daret. Filius ostendit passione. Cum adhuc peccatores
Rom. 5. essemus. Christus pro nobis mortuus est Spiritus sanctus ostendit opere, quia dona sua nobis tribuit, & incarnationem Christi operatus fuit. Secundo apparuit humanitas Dei, & hoc in nostræ carnis assumptione qñ dicitur, & humanitas, de qua benigna humanitate assumpta, dixit Angelus pastoribus, quia inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in pręsepio. Ecce signa suæ humanitatis, s. humilitas eius, iō dixit. Inuenietis infantem. Paupertas eius, iō subdit: Pannis inuolutum, Et asperitas, iō dixit: Positum in pręsepio. Solent reges coram se deferre uexilla, sic Christus in hunc mundum ueniēs signum, & uexillum suum ante se portauit, in quo picta est humilitas, paupertas, & asperitas. Illi ergo qui habent humilitatem sunt de familia Christi. Hoc. n. sentire in uobis quod & in Christo

Humanitatis Christi signa.

Phil. 2. Iesu &c. Isti autem qui habent superbiam sunt de familia Diaboli. Ipsa est rex super oēs filios superbię. Il
Iob. 12. li qui hñt paupertatem de familia Christi sunt. Vade
Mat. 19. & uende omnia quę habes, & da pauperibus &c. Illi autem qui sequūtur auaritiam sunt de familia Diaboli.
Ephe. 5. Vnde auaritia uocatur idolorum seruitus. Illi qui hñt
Gene. 5. carnis asperitatem sunt de familia Christi. Qui autem sunt Christi carnem suā crucifixerunt &c. Illi autem
Thob. 6 qui sectantur luxuriam sunt de familia Diaboli. In eos qui libidini vacant habent potestatem dæmon.

Tertio

Tertiò apparuit pietas Dei , quod notatur cū dicitur: Se secundum misericordiā suam saluos nos fecit. Et hæc pietas attendit̃ in nostræ salutis operatione. Homo autē infirmus sanus non efficitur, nisi contraria remedia sibi dentur. Infirmatus fuerat homo p superbiam per quam secundum Dama. erexit se cōtra Deū idest contra ipsius præceptum usque ad Deū , idest usque ad diuinitatis appetitum, & supra Deum, idest supra uolūtatis suæ beneplacitum. Ideo Christus, ut hominē ab ista infirmitate sanum faceret, humiliauit se propter homines , idest propter ipsorum saluationē , usque ad homines. i. usque ad humanæ naturæ susceptionem , & infra homines propter passionis nimiā adiectionē, ita ut dicat, Ego sum uermis & nō homo. Quartò apparuit liberalitas Dei, quod notat̃ cum dicit̃: Vt iustificati gratia ipsius hæredes simus. &c. Eius autē liberalitas in hoc apparet, quod accepit a nobis uilia, & dedit nobis præciosa. Nā sicut dicit Aug. super, ut liberaret eos qui timore mortis &c. A uobis accepit tres merces nr̃as, scilicet nasci, laborare, & mori. Et dedit nobis tres suas, scilicet renasci, resurgere, & in ęternū regnare. De prima merce, quam accepit a nobis dicitur: Paruulus natus est nobis. De secunda. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. De tertia. Factus est pro nobis obediens usque ad mortē. De prima merce quā nobis dedit dicitur, Decidit eis potestatē filios Dei fieri, de secunda: Ego resuscitabo eum in nouissimo die. De tertia, Complacuit patri uestro dare uobis regnum. &c.

Heb. 1. Esa. 9. Ps. 37. Phil. 2. Io. 1. Ioan. 6. Luc. 2.

Sermo xxix. De eadem Sermo viij De fructibus Incarnationis.

Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ioan. 1. Ex eo quòd uerbum factum est, caro, sex causari uidentur. Primo in Patre magna charitas, quæ tanta fuit quod nostram sororem, scilicet humanam natu-

Parētela quomodo contrahať. ram filio suo in sponsam dedit,& sic nobiscum parētelam contraxit. Parentela autem contrahitur aliquando dando tantum. Aliquando accipiendo tantum, aliquando dando & accipiendo. Deus cum angelis parentelam contraxit tantum dando, quia imaginem suam eis dedit, sed non accipiendo, quia naturam eorum non assumpsit. Nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ &c. Cum homine autem contraxit,accipiendo & dando. Dando,quia suā imaginem ei dedit. Accipiendo,quia humanam naturam assumpsit. De hac tamen infinita charitate diciť:

Hier.3. In charitate perpetua dilexi te. Secundo in patre o-

Rom.8. stenditur magna liberalitas. Proprio filio suo nō pepercit,sed pro nobis omnibus tradidit illū. Quomodo etiam nunc cū illo nobis omnia donauit. Voluit

Liberalitas Dei. Deus ostendere se liberalē, ideo dedit terrena ad usum nostrum. Voluit Deus ostēdere se liberaliorem, ideo dedit nobis cœlestia in ministeriū. Voluit se ostendere liberalissimum, ideo dedit se in fratrem nostrum. Voluit ostendere se super liberalissimum, ideo promisit se daturum in prę̨mium nostrum. Per primū autem nō probatur secundum. Non enim sequitur, si dedit nobis terrena ad usum, qđ dabit nobis cęlestia in ministerium. Nec per secundum probatur tertiū. Nō enim sequitur, si dedit nobis cœlestia in ministerium quòd dabit nobis seipsum in fratrem nostrum. Nec per tertium probatur quartum. Non enim sequitur, sic dedit nobis seipsum intelligibilē, quod dabit nobis seipsum uisibilem. Si dabit seipsum in pręmiū: ꝙ nobis dabit seipsum prætium, & fratrem nostrum. Sed per tertium omnia probatur. Bene enim sequitur

Phil.7. si dedit nobis seipsum in fratrē nostrū, ꝙ dabit nobis

Humilitas Christi. & terrena in dominū & cęlestia in ministerū. Et tandem seipsum in pręmiū. Et tali probatione utiť apostolus cū dicit:Proprio filio suo nō pepercit &c. Tertio in filio ostenditur magna humilitas, de qua diciť: Hoc.n.sentite in nobis qđ & in Christo Iesu, q cū in:

forma

forma Dei esset. Et tangit apl's duplicẽ humiliationẽ in Xpo. Vnam usq; ad humanã naturã cum dicit: Formam serui accipiẽs. Aliam vsq; ad pęnã naturæ cũ dicit: Factus est obediens usq; ad mortẽ. Et sic Christus tm̃ se humiliauit, & descendit q̃tũ descẽdęrę potuit. Nam infra naturã diuinã, est natura angelica infra angelicã est natura humana. Infra naturã humanã est pęna. Infra pœnã, est culpa. Infra aũt culpam nihil est, quia nihil vilius culpas Christus aũt assumendo naturam passibilẽ, descendit infra seipsum, Exinaniuit seipsum formã serui accipiens, Descendit infra naturam angelicã, Minuisti eum paulominus ab angelis. Phil. 2.
Descendit infra naturã humanã; Vñ ipse ait, Ego aũt Psal. 8.
sum uermis, & non homo. Descendit vsq; ad pœnã. Ipse aũt uulneratus est pp iniquitatęs nostras. Vsque Psal. 21.
ad culpã aũt descendere non potuit, cũ Deus esset, & Esa. 53.
peccatũ in ipsum cadere non posset. Peccatum ẽt nihil est. Ideo infra peccatũ nihil est; Humiliãdo ergo se Christus usq; ad pęnã naturæ, se humiliauit q̃tum profundius potui. Quarto in nobis causatur magna puritas. Ex quo .n. Christus naturam nostrã assumpsit multa puritate uigere debemus, alias faceremus iniuriam patri nr̃o, qui ipsam naturã filio suo copulauit, & fratri nr̃o .i. Christo, qui ipsam in unitatẽ psonæ sibi assumpsit, & matri & sorori nr̃æ, i. beatæ Virgini, quæ est mater nr̃a, inquantũ fratrẽ nr̃m genuit. Et soror nostra, inq̃tum de pgenie nr̃a descendit. Iniuriã .n. faceremus toti cognationi nostræ .i. curiæ cœlesti quæ sibi iniuriã reputaret, q̃ñ aliqs naturã suã macularet. Quinto causat in iudicio magna securitas. Valde .n. in iudicio securi esse poterimus, q̃ñ fratrẽ nr̃m iudicem uniuersorũ esse uiderimus. Ptãtẽ dedit ei iu- Ioan. 5.
dicium facere, qa filius hoĩs est. Dæmones tunc eum timebunt tanquam iudicẽ suum, Princeps huius mun- Io. 12.
di iam iudicatus est. Angeli tanquam dominũ suum. Timebunt angeli, & territi purgabuntur. Homines Iob. 41.
uero de ipsi confident & ipsum amabunt tanquam

fratrem

fratrem suũ. Vnde Christus tunc dicere eis poterit il
Hest.15 lud, Ego sum frater tuus, noli timere. Et sic dæmones
cum tunc timebunt, ut iudicem punientem. Angeli ipsum honorabuntur, ut dñm præsidentem. Bern. Puto ꝙ iam me Christus spernere non poterit, os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Falsi tñ Christiani valde timere poterunt, quia a fratre suo non redimentur
Psal.48. quantumcunq; præces effuderint. Frater nõ redimet, redimet homo, nec redimuntur quantumcunque sanguinem Christi pro se allegarent, ideo subditur, Non dabit Deo placationem suam, & prætium redemptionis animæ suæ. Sexto causabitur in regno magna fęlicitas, qua tunc homo beatificabitur in corpore per uisionem humanitatis, & in animæ, per contemplationem diuinitatis. Ingredietur & egredietur, & pa-
Io.10. scua inueniet. Nam ingredietur ad contemplandum deitatem, & ibi inueniet pascaua miræ suauitatis, & egredietur ad considerandum humanitatem, & ibi inueniat pascaua miræ iucunditatis.

Sermo xxx. De eadem Sermo. ix. plures quæstiones per aduentum filij Dei in carnem solutæ sunt.

Ephe.2. VEniens euangelizauit pacem &c. Ante aduẽtum filij Dei in carnem, multæ quæstiones & discordiæ erant, quas ipse oẽs dissoluit & pacificauit. Prima qõ erat in sancta trinitate, si homo deberet redimi cũ angelus non redimebatur. Et diffinitum fuit quod sic
Redimi debuit potius homo quã Angelus. ꝑꝑ quinque rationes. Prima est, qm̃ angelus peccauerat ex se nullo suggerente, homo uero alio suggerente, & decipiente. Secunda quia angelus erat spiritus, & ideo dẽbat esse fortis, & prõptus, homo uero habebat carnem, quæ semper est ad bonum infirma, iuxta illud, Spiritus quidem promptus &c. Tertia, quia an-
Mat.26 gelica natura non tota cęciderat, humana uero tota cæcidit, quia in radice peccauit, & inconueniens erat, quòd tam nobilis creatura tota periret. Quarta quia Adam peccauit ex quadam infirmitate humana,

mana,& iō peccauit in Patrē Eua ex quadam ignoran tia fœminea, & ideo peccauit in filiū. Angelus autem peccauit ex certa malitia,& ideo peccauit in Spiritum Sanctum.Qui autem peccat in patrem & filium,remit titur ei,qui uero peccat in Spiritum sanctum, non remittitur ei, neç in hoc sæculo nec in futuro. Quinta quia casus Angeli est mors Angeli,& ideo, qn̄ Angelus cecidit,extra statum merendi erat, homo uero qn̄ peccauit, extra statum merendi non exiuit.Et ideo ad mīam consequendam disponere se potuit. Secunda quęstio erat in sancta trinitate,quis ad istam redēptionem iturus erat utrum.s. Pater uel filius, uel Spiritus sanctus. Et diffinitum est ꝙ filius. Siquidem Patri attribuitur potentia, filio sapientia, Spiritui sancto bonitas. Lucifer autem appetijt Dei potentiam,& iō iniuriā fecit patri,hō appetijt Dei sapientiam. Eritis sicut Dij scientiæ bonum & malum,& ideo iniuriam fecit filio Antichristus usurpabit sibi & bonitatem Spiritus sancti,simulatam religionem ostendendo,& simulata miracula, & ideo iniuriam faciet spiritui sancto. Ad illum autē spectat dare indulgentiā, qui recipit iniuriam.Si igitur Diabolus fuisset redimendus,spectaret ad Patrem, Antichristus, ad Spiritum sanctum, quia igitur homo redimendus erat,eius redemptio ad filiū pertinebat. Tertia quæstio adhuc in sancta trinitate erat, per quem modum homo redimendus erat.Et diffinitum est ꝙ non per potentiam, sed per sanctificationem condignam. Homo quidem peccauerat per superbiam, inobedientiam & delectationem prauam. Iō Christus satisfacere uoluit per humilitatem ueram obedientiæ promptitudinē & pęnarum afflictionem. Humiliauit semetipsū,ecce humilitas,uera factus obediēs,ecce humilitas prōpta,usque ad mortē, ecce afflictio magna.Quarta quæstio erat inter Deū, & hoīem. Deus.n.quærebatur de hoīe,qđ ipsum offenderat,homo uero conquærebatur de Deo, quod creaturam suā reliquerat.Istam quæstionem Christus soluit,qui mediatorem

Gen. 3.

Phil. 2.

diatorem

diatorem se fecit. Mediator autem debet habere cōitatem, auctoritatem, & strenuitatem, unde humanum genus conquærebat de non hñe mediatorē, qui haberet cōitatem dicens: Neque enim uiro, qui similis mihi est respondeo? nec auctoritatem, quæ. s. partes utrasq; possit arguere ideo subdit; Non est qui possit utrunq; arguere, nec strenuitatem, quæ. s. partes possit diuidere, & separare, ideo subdit. Et ponere manum in ambobus Christus ergo fuit uerus mediator, quia habuit ueram communitatem cum Deo inquantum Deus, &

Gal. 5. cum homine, inquantum homo. Mediator unus non est, s. naturę, sed duplicis, s. humanę & diuinæ. Habuit auctoritatem in arguēdo; Arguet in ęquitate pro mā-

Esa. 9. suetis terrę. Arguite me dicit dominus. Habuit stre-

Ibid. 1. nuitatem in diuidendo, Nam cum inter Deum & hominem esset discordia, Christus medium se posuit &

Col. 1. pacificauit. Pacificās per sanguinem suum, siue q̄ in cęlis siue quę in terris sunt. Cōtingit aūt, sæpe, ut mediator, utraque parte uulneretur sic Christus uulneratus erat a Patre, pp scelus populi mei percussit eum. Et ab

Esa. 53. homine. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Quinta quęstio erat inter hominem, & diabo

Zac. 13. lum. Diabolus enim contra hominem quatuor allega-

Allegationes diaboli quæ hominem bit. Primo instrumentum autenticum. Quacunque hora comederis ex eo, morte morieris. Repulsus est iam nostro aduocato, quia ipsum instrumentum falsificauit dicens: Nequaquam moriemini. Secundo allegabat præscriptionem, quia per multa millia annorum

Gen. 2. ipsum possederat, sed repulsus est propter interruptionem, tum quia ratio sæpe contradixit, tum quia Deus prophetas suos, sæpe destinauit. Tertio allegabat emptionem, quia hoīem pro comestione pomi se emisse dicebat, sed repulsus est, quia hominem deceperat ul-

Esa. 32. tra dimidiū iusti precij. Gratis uenundati estis, & sine argento redimemini. Quarta allegabat peccati ꝓprietatem, quæ est deorsum trahere cū sit pōderosum, sed repulsus est q̄ pœna Christi oībus peccatis plus pon-

dera-

derauit. Quasi arena maris hæc grauior appareret. Sex Iob. 6.
ta q̃stio erat inter uirũ & mulierẽ, uir. n. dicebat ꝙ mu
lier suæ pditionis cã extiterat, mulier uerò dicebat,
ꝙ non debebat sibi consentire, sed eam corrigere. Sed
Christus sciens utrosque causam fuisse suæ pditionis,
utrosq; fecit participes suæ redemptionis. Suscepit. n.
carnẽ de fœmina nõ de uiro, ne ipsa se exclusam puta-
ret, sed naturã suscepit in forma uiri non fœminæ, ne
uir ab ipsa se redemptione crederet esse alienũ. Sed su
scepit de humano genere corpus, & non de angelico
uel deifico, quia aliter ad humanum genus redemptio
non pertinet. Septima qõ erat inter diuites, & paupe-
res. Diuites. n. pauperes despiciebant. Execratio diui-
tum pauper. Pauperes uero regnum cœlorum suum es-
se dicebant: Beati pauperes spiritu, qm̃ ipsorum est re- Ecc. 13.
gnum cœlorum. Sed istam quæstionem Christus dis-
soluit, qui diues & pauper esse uoluit. Diues & paup si
mul in unum. Fuit enim diues inquantum Deus. Idẽ Matt. 5.
dñs omnium, diues in omnes qui inuocant eum. Sed
pauper inquantum hõ. Persecutus est hominem ino- Psal. 77.
pem, & mendicum. Christus ergo uoluit esse diues, & Ro. 10.
paup, ut ostẽderet ꝙ utriq; possunt puenire ad regnũ.
Sed tñ magis est usus pauptate, q̃ diuitijs, ut ostende- Ps. 108.
ret, ꝙ tutior uia ueniẽdi ad regnũ est uia paupertatis.
Octaua quæstio erant inter mulieres. s. inter uirgines,
nuptas, seu maritatas, & uiduas. Virgines enim dice-
bant se tm̃ esse in statu salutis. Fœlix sterilis, & incoin-
quinata habebit fructum in respectione animarũ san- Sap. 13.
ctarum. Nuptæ dicebant se implere Dei præceptum,
quo dr̃: Crescite & multiplicamini &c. Viduę dicebãt: Gene. 1.
ꝙ cũ multas tribulationes patiantur, sunt in uia qua
itur ad regnum, iuxta illud: Per multas tribulationes Act. 14.
oportet nos intrare in regnum Dei. Istã qõnem dissol
uit beata uirgo, q̃ fuit in statu uirginali, matrimonia-
li, & uiduali, quia Ioseph eius spõsus ante Christi pas
sionem creditur fuisse defunctus. Nona qõ erat inter
iustos & peccatores, nã isti peccatores despiciebãt, &
pecca-

peccatores de Dei misericordia desperabãt. Istã q̃onẽ Christus dissoluit, qui eum utrisque conuenit. Ipse.n. fuit innocens & iustus. Nubes pluant iustũ sed tñ ac-
Esa. 46. cepit carnem peccatrici similem. Deus filium suum
Rom.8. misit in similitudinẽ carnis peccati. In sua genealogia iustos cũ peccatoribus habere uoluit, remedia peccati suscepit, quando cum peccatoribus manducauit & cum eis conuersationem habuit, ut sic iustos ad com-
Luc. 5. passionem induceret, & peccatores ad spem. Non.n. ueni uocare iustos, sed pec. ad pęnitentiam.

Sermo xxxi. De sancto Stephano, Sermo vi.
De eius constantia.

STephanus plenus gratia, & fortitudine faciebat
Act.6. ꝓdigia, & signa magna ĩ populo. Describit hic Lucas B. Stephani passionẽ. Circa quã passionẽ notandũ ꝙ mundus persequit͛ sanctos, mõ per prospera, ut alliciat, mõ per astutiam, ut decipiat, mõ per aduersa, ut frangat, sed nullo istorum modorum beatus Stephanus potuit superari. Primũ nãque prospera ipsum non poterãt allicere. Fuit.n. archidiaconus ordinatus, fuit tpaliũ administrationib. præfectus, fuit fœminis prælatus, & tñ in tãto honore, seruauit humilitatẽ, in tãta rerũ administratione, seruauit paupertatẽ, in tanta fęminarũ multitudine, seruauit integerrimã uirginitatẽ. Ideo dr̃ fuisse plenus spiritusancto, fide, & boni testimonij. In eo ꝙ fuit plenus spiritusancto, datur intelligi ꝙ habuit uerã humilitatẽ, qa qd̃ dr̃ Deus super-
Iac. 4. bis resistit, & dat gratiam humilibus. In eo enim quod erat plenus fide, datur intelligi, quod habuit paupertatem. Aug. Qui ueram fidem habent de Deo, non cupiunt in his miserijs diuites fieri. In eo quod erat boni testimonij, datur intelligi, quod habuit sincerissimam castitatem. Aug. in hoc Stephanus prælatus est fęminis, quia testimoniũ habuisse dr̃ sincerissimæ castitatis. Secundo astutiæ malorum ipsum non poterant decipere. Surrexerunt enim quidam de synagoga dispu-

disputantes cum Stephano, sed tñ ipse eos superauit. Quia triplex adiutoriũ contra eos habuit.s.adiutoriũ Dei, seu spiritum Dei, angelũ Dei, & sapientiam Dei. Et sic fuit homo diuinus, hõ angelicus, & homo osculatus, & ideo decipi non potuit. Tres enim, sunt qui decipi non possunt, s. Deus, angelus, & hõ osculatus. Habuit quidem spiritum Dei, qui ei facundiam ministrabat, unde dr̃: Non poterant resistere sapientiæ, & spiritui qui loquebatur. Habuit angelum Dei, qui sibi diuinas illuminationes infundebat. Adeo quidem fuit diuinis irradiationibus illustratus, quod similis angelo est effectus. Et intuentes eum oẽs, qui sedebãt in cõcilio, viderũt faciẽ eius tanquã faciẽ angeli. Habuit sapientiam Dei, per quam tanquam homo osculatus eorum fallacias præuidebat. Considerate ex uobis uiros plenos sapientia &c. Frustra iacit rete ante oculos penatorum. Tertio aduersa non poterant ipsum uincere. Habuit.n.in suo martyrio quinque adiutoria, propter quę, tanquã miles strenuus fortissimè dimicauit. Primo habuit grande exemplum, uelut similes ante se uideret Regem fortiter dimicantẽ. Vnde uidit Iesum stantem à dextris Dei. Glosa ibidẽ. Ne lapidãdus hõ dubitet in terra, Deus homo crucifixus apparet in gloria. Cogitate eũ, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Secundo habuit grande spectaculum; qđ notatur per hoc quod uidit cęlos apertos. Apertum enim fuit cęlũ, ut Rex & tota curia cęlestis uiderent militem dimidicantem. Valde autẽ strenue mile dimicaret, quia Rege, & tota ciuitatẽ se spectari cognosceret. Spectaculũ facti sumus Deo, & angelis, & hominib. Tertio habuit coram se appositũ magnũ præmium, quod notatur cum dr̃: Vidi gloriam Dei, Gre. Cõsideratio præmij minuit uim flagelli. Apposui tibi ignẽ & aquã &c. Qoarto habuit grãde auxilium, quod notatur cum dr̃: Et Iesum stantẽ a dextris Dei. Glosa. Quia stare pugnantis, uel adiuuãtis est, recte

Stephano adiutorium triplex.

Act. 6.

Ibidem

prou. 1.

Stephani quinq̃ adiutoria.

Heb. 12

1. Cor. 4

Ecc. 25.

cte a dexteris stare uidit, quē inter persecutores, adiutorem habuit. Multum miles securus esset qui iuxta se
Exo. 14. pugilē fortissimū hr̄et. Dominus pugnauit pro uobis & uos tacebitis. Quinto habuit grande refugiū, qđ notatur in hoc, qđ cœlos apertos uidit, ad quod contra hostes resurgere potuit. Multū miles securus esset, qui iuxta se fortissimum castrū haberet, ad quod qn̄cun-
I. Cor. 5. que uellet resurgere posset, Scimus enim quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, sed æternam in cœlis &c.

Sermo xxxii. De eadem sermo secundus. De tribus animæ in beato Stephano repertis.

CVm esset Stephanus plenus spiritu sācto, intēdēs in cœlū uidit gloriā Dei &c. ut dicit Augu. in li. soliloquiorum. Animæ quidem tribus opus est, quod oculos habeat, quib. iā plenè uti possit, aspiciat, & uideat. Ista tria in uerbis præmissis de S. Stephano tāguntur. Oculos .n. spirituales habuit, quia plenus Spiritu sancto fuit. Deinde aspexit cum dr̄, attendens in cœlum. Deinde uidit, cum dicit, Ecce uideo cœlos apertos. In hoc igitur, quod Spiritu sancto plenus fuit, datur intelligi ꝙ oculos spirituales habuit, sicut dicit, Agnus habeat septem oculos, qui sunt septem spiritus
Apo. 7. Dei missi in omnem terrā. Habuit igitur oculos agni quia fuit plenus spiritu agni. Sed notandum, quod est quadruplex plenitudo. Prima est affluentiæ, quæ fuit
Plenitudo quadruplex in Christo. De plenitudine eius omnes accepimus. Secunda est excellentiæ, quæ fuit in B. Virgine quę præ omnibus sanctis excellentius gratiā accepit. Aue gra-
Ioan. I. tia plena. Tertia est abundantiæ quæ fuit in apostolis
Luc. I. qui gratiam in abundantia receperunt. Repleti sunt omnes &c. Quarta est sufficientiæ, quā habent omnes
Act. 2. fideles. Zacharias pater eius repletus est &c. Ista qua-
Luc. I. druplex plenitudo ostendi pōt ad similitudinē aquæ. Est .n. quædā plenitudo fluminis, & ista est affluentiæ,

quæ

quæ fuit in Christo. Flumē Dei repletū est aq̄s. Quædam est fontis, & hæc est excellentiæ, q̄ fuit in virgine, quæ instar fontis sp fluit. Fons hortorū &c. Quædam est riuuli decurrentis, & ista est abundantiæ, quę fuit in apl'is, vñ postquā propheta dixit: Flumen Dei repletum est aquis, statim subiunxit. Riuos eius inebriās &c. Quædā est uasis, & ista est sufficientiæ, q̄ est plenitudo mēsurata. Pete mutuo ab oīb. uicinis tuis uasa uacua non pauca &c. Istam quadruplicē plenitudinem Stephanus habuisse vr̄, s. effluentiæ, in continua doctrinæ emanatione, excellentiæ, in signorū, & prodigiorum operatione, abundantiæ in tam benigna inimicorū dilectione, sufficientiæ in operatione strenua, fide rectè, & dilectione sincera. Elegerūt Stephanum uirum, i. uirilem, ecce operatio strenua, plenū fide, ecce fides recta, & Spiritusancto, ecce dilectio sincera. Scđo necessarium est aīæ, ut aspiciat, qđ notatur cum dr̄, intendens in cœlū. Homo libenter ad quatuor consueuit respicere, s. ad thesaurum suum, ad amicum suū, ad auxiliū suum, & ad palatiū suū. Et qa Stephanus in cœlo ista quatuor uidebat, iō libenter in cęlū respiciebat. Primo nanq; ibi uidebat thesaurum suum, qđ notatur cum dr̄: Vidit Dei gloriam. Vbi est thesaurus tuus, & cor tuum. Iste est thesaurus de quo dicitur: Si quis superædificat super fundamentum hoc &c. Conficitur. n. iste thesaurus meritorum sanctorum ex auro fulgido conscientiæ, ex argento sonoro famæ, & lapide pretioso operationis bonæ. Secundo ibi uidebat amicum suum, qđ notatur cum dr̄: Iesum stantem a dextris Dei. Iste est ille amicus de quo dicitur: Omni tpe diligit qui amicus est. Dilexit enim Stephanum, in uita, quia omni gratia eum impleuit, in morte, quia ipsum adiuuandum paratus stetit, & post mortem, quia ipsum coronauit. Tertio uidebat auxilium suum, quod notatur cum dicitur: Et filium hominis stantem a dextris Dei. Cum ignoramus quid agere debemus, hoc solum habemus

Psal. 64.
Can. 5.
4. Reg. 5
Stephani plenitudo quadruplex.
Act. 6.
Respicit homo libenter ad quatuor.
Matt. 6.
Pro. 16.
2. Pa. 20

mus residui, vt oculos dirigam⁹ ad te. Glos. sup illud,
Psal. Firmabo super te oculos meos. Non auferas oculos
meos à te, quia tu sp leuas oculos tuos ad me. Quarto
videbat ibi palatiū suum; qđ notatur cum dr̄: Vidit cę
Hier. 51 los apertos de quo palatio dicit ꝓpheta. Quam dile-
cta tabernacula tua Dn̄e uirtutum. Sicut. n. peregrini
terram suā à longè aspiciunt, & quodāmodo salutāt,
sic & nos patriā cœlestem aspicere dēmus per fidē, &
salutare per deuotionem. Recordamini procul Dn̄i,
& Ierusalem ascēdat sup corda uestra. Tertiò neces-
sarium est aīæ, ꝙ uideat qđ notatur cum dr̄, Vidit cœ-
los apertos. Vidit. n. aut oculo corporali, aut mentali.
Si corporali, tunc tria mirabilia secutā sunt. Vnum ex
eo ꝙ vidit cęlos apertos; cum ſm naturam impossibi
le sit cęlum aperiri, diuidi, uel secari. Secundū ex eo,
ꝙ uidit Iesum in gloria patris; cum ſm naturam im-
possibile sit, ꝙ corpus glorificatum ab oculo mortali
in sua gloria, possit uideri. Tertium est, qa cū corpus
saluatoris nr̄i sit in cęlo empireo, uidendo ipsum vi-
dit ultra aereum, sidereum, cristallinum, usq; ad empi
reum cęlum. Impossibile est aūt ſm naturam, ut ocu-
lus corporalis in tanta distantia possit uidere. Nec tn̄
ista incredibilia uideātur, cum in scriptura similia le-
gantur. Sol. n. per spatium unius diei immobilis ste-
Iosue 10. tit. Decem lineis retrouersus fuit. In passione Christi
obscuratus fuit, cum luna tunc esset in pfecta distan-
Esa. 38. tia à sole. Si aūt uidit oculo mentali ꝙ cōiter credi-
tur, tunc dicendum est, ꝙ uidit, ex eo ꝙ habuit oculū
mentis purificatum, qa fuit plenus fide, quę hēt puri-
ficare. Fide purificans corda eorum. Illuminatum, qa
Act. 15. fuit plenus sapiētia &c. Reuela oculos meos &c. San-
Matt. 5. ctificatum, quia fuit plenus gratiā. Beati mundo cor-
Iob. 28. de, quoniam ipsi Deum videbunt. Irreuerberatum,
quia fuit plenus fortitudine. Vnde dicitur de aquila.
Oculi eius de longe prospicient. Deificatum, quia
fuit plenus Spiritusancto. Alias enim uidere non po-
tuisset, nisi uitam deificam habuisset.

Sermo xxxiii. De eodem. Sermo tertius. De magnis eius prærogatiuis.

ELegerunt Stephanum uirum plenũ fide, & Spiritu sancto. B Stephanus multas & magnas prærogatiuas habuit, propter quas ab apostolis electus fuit. Prima est, qa multæ dignitatis apparet ex eo, ꝙ inter apostolos prior quodammodo est effectus. Aug. Licet Stephanus ab apostolis diaconus ordinatus sit, ipsos tñ triũphali morte præcessit, & qui inferior erat ordine, primus factus est passione, & qui discipulus est gradu, magister cœpit esse martyrio, ab apostolis est ordinatus, sed prior est coronatus. Inter septẽ diaconus fuit primus. Augu. Inter diaconus Stephanus nominatus est primus, sicut primus ĩter apostolus nominatus est Petrus. Inter martyres, est signifer & primicerius Aug. Adhuc laicus diaconi meruit electionem, & martyrij leuita obtinuit principatum, inter confessores fuit præcipuus. Confessus est. n. ueram in Christo humanitatẽ, cũ dixit filiũ hominis, eiusdẽ cũ Patre æqualitatem, cũ ait. Stantẽ a dextris uirtutis Dei. Inter uirgines mente & corpore fuit incorruptus. Cuius signũ est sincerissima castitas, quia & fœminis fuit prælatus & in uultu angelico demõstratus. Secunda est, qa similis angelos electus fuit, & apparuit, & hoc propter angelicã puritatẽ, quã habuit, pp angelicam claritatem qua resplenduit, propter angelicam claritatem, qua contra persecutores efferbuit. Tertia est quia cęlorũ secreta penetrauit. Vidit Ioannes Baptista cœlũ apertum. Vidit Paulus Dei gloriam raptus in paradisum. Vidit Petrus, & quidam alij discipuli Christum transfiguratum. Stephanus autem & cęlum apertũ uidit, & gloriam Dei conspexit, & Iesum glorificatum intuitus fuit. Quarta est quia pro inimicis suis orauit. Orauit autem cum genuflexione, cum clamore, & cũ allegatione dicẽs, ꝑ ut addit ecclesia. Quia nesciũt qd faciũt. Pro se autem orãdo, nec genua flexit, nec clama-

Act. 6.

uit, nec allegauit Beda. Pro se stans orauit, ꝓ inimicis genua flexit, quia maior iniquitas, maius supplicandi remediũ flagitabat. Quinta est, qa eius passio passioni Xp̄i multũ similes fuit. Istud assignat glo. dicẽs: Sicut Christus, sic iste, falsis testibus accusatᷓ. Christus extra portam patitur. Stephanus extra portam lapidatur. Christus ait tanquam filius Patri. In manus tuas commendo spiritum meum. Stephanus tanquam seruus dixit: Domine Iesu accipe spiritum meum. Christus ait: Pater ignosce illlius peccatum. Stephanus autem. Domine ne statuas illis hoc peccatum. Sexta est quia Paulum conuertit, ut dicit Aug. Si Sthephanus non sic orasset, hodie Paulum ecclesia non haberet. De istis duobus discipulis sic ait idem In istis duobus discipulis geminum nobis monstratur salutis indicium, ut si quis bonus est, imitetur perseuerantiam charitatis in Stepnano, qui autem malus est, sequatur exemplum conuersionis in Paulo, nec bonum hominem præsumptio iustitiæ faciat negligentem, nec malũ iniquitatis consideratio faciat desperantem. Sed ille bonum fortiter teneat, & iste malum celeriter deserat. Septima quia iiij. coronas habuit, ideo merito corona interpretatᷓ. Habuit enim coronam roseam, inquantum
Apoc.7. fuit sanguine purpuratus. Lauerunt stolas suas, & de-
Eccl.3. albauerunt eas in sanguine agni. Esto fidelis usque ad
Ecc. 45. mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Habuit coronam
Sap. 7. auream, inquantum fuit uirgo incorruptus. Corona aurea super mitram eius. Sicut enim aurum est incorruptum, sic & ipsa uirginitas. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate, & subditur: Immortalis
Dan. 12. est enim memoria illius. Habuit coronam stellatam, inquantum fuit prædicator lucidus. Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ fulgebunt in perpetuas
Psal. 20. æternitates. Habuit coronam gemmatam, inquantum fuit uir perfectus. Posuisti in cap. eius coro. de lapi. p̄ci. Lapis præciosus habet claritatem, uirtuositatem, & soliditatem. Et significat uisionem Dei, quæ sanctos

facit

facit claros in aperta Dei uisione, uirtuosus in uirtuosa Dei dilectione, solidos atque securos in utroq; Octaua, qui multa miracula fecit, quorum quædam attestantur suę potentię. Offendit.n.se habere posse super creaturas superiores, quia cęlum suis meritis aperuit. Super creaturas inferiores, sicut super quatuor elemẽta, nam in sui inuentione & translatione terra contremuit, pluuiam destinauit, tempestatem maris sedauit. Ignem quem dæmones excitauerant, in eos retorsit. Quædam suæ misericordiæ attestantur. Quosdam. n. sanauit in corpore. Nam sicut dicit August. in li. de ciui. Dei, septem mortuos suscitauit, fratrem, & sororem concussione mẽbrorum sanauit, septuaginta infirmos a diuersis infirmitatibus, in sui inuentione liberauit. Quosdam sanauit, in anima, sicut Paulum, qui patiebatur duplicem infirmitatem in anima, scilicet culpæ & ignorantię, sicut ipse ostendit. Qui prius fuit blasphẽ mus &c. 1.Thi.1 Augustin. quo præcessit Stephanus lapidibus trucidatus, illuc Paulus secutus est orationibus Stephani adiutus. Quosdam sanauit simul in corpore, & in anima sicut refert August. in libro de ciuita. Dei, de Martiali infirmo, & infideli. Quędam ostendit quãtæ sit reuerentiæ; nam corpus eius in reuerentia habuit Deus, qui in loco despecto ipsum manere noluit, sed in monte Syon ad locum honorabilem ipsum transferri uoluit. Cum multa reuerentia disponis nos. Sap. 18. Habuerunt Angeli quorum uoces in aere sunt auditæ O fœlix Roma quæ corpus Stephani Hierosolymitani, & Laurentij Hispani, gloriosa pignora uno claudis mausoleo. Habuerunt apostoli, qui ipsum secũ Romæ morari uoluerunt. Vnde dæmon per filiam Theodosij clamabat, non exibo nisi Stephanus Romam ueniat quia sic est uoluntas apostolorum habuerunt & mortui, quia corpus Laurentij sibi cessit, & meditatem sepulchri uacuam dereliquit.

Sermo xxxiiij. De eodem sermo quartus. De quinque eius priuilegijs.

Ge. 49. RVbeus primogenitus meus, principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio. Inter cęteros Sanctos B. Stephanus quinq; priuilegia habuit, q̃ in uerbis præmissis notantur. Primum est, quia filium Dei a dextris Patris vidit. Rubē interpretatur uidēs filium. Sunt autem quatuor quæ requirunt ad uidendū.

Ad uidēdum, quatuor reqsita. Vnum ex parte videntis, sicut dicit Anselmus, s. ut oculos sanos habeat. Secundum ex parte medij deferentis, ut. s. lux clara refulgeat. Tertium est ex parte rei uidendæ, ne nimis remota existat. Quartum ex parte medij non impedientis, ut. s. nullum obstaculum se interponat. Ista quatuor B. Stephanus habuit, & ideo meritò filium Dei vidit, scilicet oculum purum, præsentē Deum, splendorem diuinum & nullum obstaculum. Et pp ista quatuor dr̄ fuisse plenus gratia, Spiritu sancto, & sapientia, ac fide. Habuit. n. oculum mundum, quia fuit plenus gratia, & ueritate, quæ habet mundare,

Eze. 27. Iuxta illud: Effundam super uos aquam mundā, & mundabimini ab oībus inquinamentis uestris. Habuit Deum præsentem, quia fuit plenus spiritu sancto, Spi

Sap. 7. ritus enim Sanctus est Deus, & ideo qui hēt Spiritum sanctum habet Deum. Habuit splendorem diuinum, quia fuit plenus sapientia, quæ est lux diuina: Præposui pro luce habere illam. Nullum habuit obstaculū, quia plenus fide, quæ peccata habet purgare. Per fidē

Pro. 15. & misericordiam purgantur peccata. Et quia ista qua-

2. Co. 3. tuor habuit, ideo cùm Apostolo dicere potuit. Nos autem reuelata facie gloriam Dei speculantes &c. Secundum eius priuilegium, est quia inter Christi discipulos, primus in cœlo natus fuit, ideo dr̄: Primogenitus meus Aug. Natus est Christus in terris, ut Stephanus nasceretur in cœlis. ideo obitus sanctorum non mors sed natale vocat̄. Puer enim de utero matris exire cupit, ut recipiat ampliorem locum ad manendum, ubeciorem cibum ad uescendum, liberiorem aerem ad re-

spiran-

ſpirandū & maiorū lucē ad uidendum ſancti quoq; quandiu ſunt in utero eccleſia habent locum, arctum quia terra exigua eſt punctus. Tanquam momentum ſtatere, ſic ante te eſt: orbis terrarū, ideo exire appetūt ut locum amplum habeant. De quo dicitur: O Iſrael quam magna eſt domus Dei &c. Habent etiā paruum cibum, quia ſunt in continua eſurie, ideo exire appetunt, ut ſint in plena ſatietate. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Non habent etiā libertatē aeris, ideſt diuinę refrigerationis; ut reſpirare poſſint, & iō exire appetunt, ut in Dei ęternitate reſpirēt. Vñ cantat eccleſia. Abſolue domine animas eorū, ut inter factos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent. Sunt autem in tenebris multiplici ignorantiæ, ideo exire appetunt ut ueniāt ad lucē claritatis æternę. Charitas Dei illumina bit iſtā. Iſta quatuor beatus Stephanus in cęlo ſibi reſeruata uidit, & ideo de utero eccleſiæ exire optauit. Vidit enim cœlum apertum, tanquam locum amplū ad manēdum, Vidit Ieſum tanquam dulcem cibū ad neſcendū: Vidit Dei dexteram tanquam beatā requiē ad reſpirādum. Vidit gloriam Dei tanquam æternam lucem, ad uidendum. Tertium priuilegium eſt, quia principatum martyrum obtinere promeruit, cū dicitur, Principiū doloris mei, ideſt martirū, cuius dolores reputo meos. Et qa primus, ideo merito honorādus. Maxime honoramus martires Dei. ſ. ut fidei principes, interceſſores mundi præcones regni, & cohæredes Dei. Ipſe fuit princeps fidei, inquantū pro fide paſſus eſt primus. Fulgentius, Hæri celebrauimus tēporalē ſempiterni Chriſti natalē, hodie celebramus triumphalē primi militis paſſionem. Fuit interceſſor mūdi, quia primus poſt Chriſtū pro inimicis, orauit Fulgentius. Plus illorū dolebat peccatum, quam ſua vulnera. Fuit primus preco regis. Homo quidē amiſerat habitationē cœli, gloriā paradiſi, & uiſionē Dei. Sed Stephanus præconizatus poſt reſtitutionē factū eſſe homini reſtitutam habitationē cœli, uiſionē Dei,

Exire de mundo, quare ſā cti optēt

Sap. 1.

Bar. 2.

Pſal. 16.

Apo. 21.

 & glo-

& gloriā paradisi, cū dicit: Ecce uideo cœlos apertos. Visionē Dei cū addi. Et filium hominis &c. & gloriā paradisi, cū dicit: Gloriā Dei &c. Fuit ēt prim⁹ cohæres Christi, quia prius hæreditauit regnum per tolerātia passionū. Tales enim possunt Deo cōuenire, sicut dicit Ambr. sup Beāti īmaculati. Vult Deus cōueniri, vt si quis bene certauerit, fructū remunerationis expectet: Seruus sū, expecto à Domino alimentū. Miles sum expecto ab Imperatore stipendium. Vocatus sum, postulo ab inuitāte promissum. Quartum priuilegium est, quia spiritu sancto plenus fuit, cum dicitur. Prior ī donis, scilicet, spiritus sancti. Quod enim donis spiritus sancti plenus fuit, patet ex multis signis plenitudinis. Primo, qa fuit valde pōderosus. Est aūt pōdus eleuans, sicut pōdus pennarū, & inclinans, sicut pondus coruorum. Stephanus habuit pōdus eleuans, quod est pondus amoris, quia in cęlum eleuabatur, cū dicit: Video cœlos apertos. Assumunt pennas vt aquilæ &c. Et pōdus inclinans, quod est pondus timoris quod ad sui inclinationem, & cōsiderationem inclinabat. Qui fecit uentis pondus. Secūdum signū est, quia stabilis & semper fixus fuit. Optimū est gratia stabilire cor. Tertium est, quia de plenitudine sua effudit, & plurimum redundabit, quod patet, quia difficillimum in quolibet amore habuit. Difficillimū in amore Dei est animā morti tradere, in amore ꝓximi pro inimicis orare, in amore sui sensualitatem totaliter rationi subiugare, quæ omnia habuit sicut patet. Quartum signū est, quia lapidibus percussus nō murmurauit. Nec impatiens fuit, nec uerbo, quia nō blasphemauit, nec facto, qa nō repercussit, nec signo qa turbatus nō apparuit. Quintum priuilegium est, quia prælationē habuit, cum dicitur: Maior imperio. Ipse enim fuit prælatus mensis, uiduis, altarib⁹ sacris. Mēsis apostolorum, collegio uiduarum. Et habuit archidiaconatus officium, ideo habuit triplex genus uitæ, ꝙ distinguit Aug. in lib. de ciuit. Dei, scilicet actuosum,

Margin notes: Esa. 40. — Iob. 27. — Heb. 13 — Vitæ genus triplex.

sum,ociosum,& ex utroq; compositum. Nam inquantum fuit Prælatus mẽsis, habuit genus uitæ actuosum quod consistit in labore actionis. Inquantum fuit plaŧus altaribus sacris, habuit genus uitæ ociosum, quod consistit in ocio contẽplationis. Inquantum fuit prę latus fęminis habuit genus uitæ compositum ex utroque, quod cõsistit in culmine perfectionis. Qui enim fœminis præficitur, necesse est, ut perfectione multiplici decoretur &c.

Sermo xxxv. De eodem. Sermo v. De quatuor lapidum differentijs.

Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt &cæ. In isto euangelio ponuntur quatuor drĩæ lapidum, s. iudæi, Christus Stephanus, & ipsi lapides materiales, uñ Au. Dũ iudæi ad lapides currẽt, duri ad duros iactabãt in ipsum pares suos petris lapidabãtur, q̃ pro petra lapidebatur & moriebatur. Dñr aũt iudæi lapides, q̃a sicut dicit Amb. sup Lucã lapides sunt deformes ad usum, nudi ad ornatũ, steriles ad fructũ, irrõnabiles ad profectũ. Sic pc̃tõres sunt deformes & turpes, iuxta illud. Denigrata est super carbones facies eorũ &c. Sũt nudi, q̃a nõ hñt ornatũ uirtutũ, Eras nuda & cõfusione plena; Nescis q̃a miser & miserabilis &c. Sũt ẽt steriles, quia nullum fructũ bonũ faciunt; Nam fructus eorũ mors est. Sũt ẽt irrationabiles ad profectum, q̃a non crescunt, sed potius decere sunt. Mali aũt hoĩes & seductores proficiunt in peius. Scđo Christus dr̃ lapis, pro quo Stephanus patiebatur. Est. n. lapis, qui in ædificio spũali ponitur in imo, quia est fundm̃, quod ædificium spirituale regit. Fundm̃ nemo potest ponere præter id &c. In medio autem, quia ipsum ædificium crescere facit. In quo omnis ædificatio constructa, crescit &c. In summo, quia tanquam lapis angularis Christo nos iungit, unde sequitur. Ipso summo, angulari

[Margin: Mat. 23 — Primo lapidis natura. — Thrẽ. 3. — Ezec. 3. — Apo. 3. — Rom. 6. — 2. Thi. 3 — 1. Cor. 3 — Ephe. 2]

Stepha- angulari lapide Christo Iesu. Tertio Stephanus dr̄ la
n⁹ qūo pis non quilibet, sed quadratus uiuus, & politus. Fuit
lapis. enim quadratus habens quatuor virtutes, s. temperan-
tiam in prosperis, quia fuit plenus fide, quę oĩa prospe
ra mundi facit despicere, habuit fortitudinem in ad-
uersis, quia plenus fortitudine habuit; prudentiam in
eligendis, quia fuit plenus sapientia, habuit iustitiam
in agendis, quia fuit plenus gratię. Iustitia. n. facit ho-
minem gratiosum, quia reddit unicuique ius suũ. Secũ
Ps. 16. do fuit lapis uiuus, ex quo tres ignes sunt accẽsi. Excu
tiebatur, s. ignes cæli qui malos arguebat dicens, Du-
ra ceruice &c. ignis amoris, quo pro persecutorib. ora-
bat, Ignis passionis qui uelut aurum ipsum probat. I-
gne me examinasti &c. Tertio fuit lapis politus. Nã &
Ro 13. Deus ipsum poliuit, qñ eum uultum Angelicum hr̄e
fecit. Et ipse se poluit, quia omnem tenebrositatem a
se abiecit, & lucem uirtutum induit. Abijciamus ope-
ra tenebrarũ & induamur &c. Iudæi ipsum poluerũt,
Pro. 25. qñ lapidibus rubiginem corporis abiecerunt. Aufer ru
Lapides biginem ab argento &c. Quarto fuerunt ibi lapides
in Ste- materiales, quia ibi ad quatuor fuerunt boni. Primo
ph. ad 4. in instr̄m destructiuũ carceris. Educ de carcere aĩam
boni meam &c. Secundo in oblectamentum dulcedinis, vñ
fuerũt. cantatur. Lapides torrentes illi dulces fuerunt. Vt sug
Deu. 32. geret mel de petra. Tertio in ornamentum diadema-
tis. Oẽs enim lapides in eum iacti, fuerunt in eius co-
Ps. 20. rona lapides præciosis. Posuisti in capite eius coronã
Ps. 128. de lapide precioso &c. Super dorsum meum fabricaue-
runt peccatores. Sicut enim faber super incudem fabri
cat coronã regalem, sic iudæi super Stephanum fabri
cauerunt sibi coronam triumphalem, quę tot habet di
stinctiones gemmarũ, quot sunt ictus lapidũ. Chry. Si
cut ex corona regali undique fulgores emittuntur, ita
martyrũ coronæ Christi uulneribus distinctissime oĩ
regnum diademate reddũtur delectabiliores. Quarto
fuerunt sibi in materia pontis. Ex illis enim lapidibus
factus est põs, quo Stephanus trãsiuit in cœlum. Olim

Deus

Deus posuerat Adam in naui innocentiæ, quia fractæ præparauerat homini tabulam pnīæ. Quibusdam tamen dedit pontem martyrij, & passionis pro Christo, assumptæ. Beatus aūt Stephanus per mare huius sæculi ad portum paradisi puenit per nauem, quia innocentiam seruauit. Et per tabulam, quia duram pęnitentiā nō deseruit. Et per pontem, quia martyriū passus fuit.

Sermo 36. De sancto Ioanne euangelista. Sermo 1. In quo propter quatuor aquilæ comparatur.

QVantum animal simile aquilæ. Cū p quatuor animalia quatuor euangelistæ figurentur: Ioannes tñ per aquilam designatur. Et hoc propter quatuor cōmendabilia, quę in ipsa aquila reperiuntur. Primo nāque habet in uolatu sublimitatem, sic ēt Ioannes tam sublimiter uolauit, quod omnia uisibilia deserens vsq; ad ipsum Deum ascendit. Augu. super Ioannem. Transcendit Ioannes omnia cacumina terrarum, oēs campos aereos, omnes altitudines siderum, oēs choros, & legiones Angelorum. Nisi enim transisset omnia ista, quæ creata sunt, non perueniret ad Deum, per quem omnia facta sunt. Idem etiam dicit super Ioannem, quod nisi esset super omnia eleuatus, & totus sanctus non ascenderet in Deum. Spiritus triplex. Distinguit autem Ricar. in li. de tri. tres Spiritus, s. spiritum humanum, Angelicum, & diuinum. Ioannes autem transcēdit spiritum humanum, & Angelicum, & peruenit usque ad diuinum. Ecce intelliget seruuus meus, & exaltabitur, & leuabitur, & sublimis erit ualde. Fuit. n. exaltatus super spiritum humanum, eleuatus super Angelicū, & sublimitatus in Deum. Dicit aūt Amb in lib. sermonum. Volare nō pōt nisi, quod purū, leue ac subtile est. Ioannes igitur tam sublimiter uolauit, quia purus fuit sine admixtione terrenæ auaritiæ Fuit leuis sine pōderositate carnalis concupiscentiæ. Fuit subtilis sine grossitiæ supbiæ. Scdo aquila hēt in uenādo gnositatem, cuius gnositas est, quia uicinis auibus parcit.

Apo. 4.

Spiritus triplex.

Esa. 52.

Volare qd possit.

Non

Non enim circa nidũ suũ uenatur, sed lõgè à nido. Cęteri euãgelistę in locis uicinis sũt uenati. Venatus est enim Marcus in locis uicinis. i. in euãgelio Matthęi, quia dicta sua collegit, & in euangelio suo reposuit. Venatus est Matthęus in locis uicinis, quia carnalem Christi gñositatẽ texuit. Venatus est Lucas in locis uicinis, quia infantiã Christi disseruit. Venati sunt oẽs in locis uicinis, quia conati sunt oẽs ea dicere, quæ Christus gessit in mundo. Ioãnes autem in locis uicinis uenari uoluit quia nec dicta aliorum replicauit nec texuit Christi natiuitatẽ carnalem, sed cęlestem, nec Christi infantiã: sed gloriã sempiternã, nec tm̃ eá q̃ Christus fecit in mundo, sed ẽt in cęlum ascendens ipsum uerbũ eduxit de cęlo, & in suo posuit euãgelio,
Eze. 17. Aquila grandis &c. Et sequitur, Venit ad libanum. i. ad cęlum, & tulit medullam cedri, i. Christi, quæ est alta per potentiam maiestatis, q̃ habet corticẽ. i. humanitatẽ, & medullã i. deitatem. Cæteri euangelistæ tulerunt corticem. i. uersati sunt circa humanitatẽ. Medullã autem. i. diuinitatem Ioannes accipit. Ideo sm̃ Greg. cæteri euangelistæ per animalia designantur, quia ut animalia in terra gradiũtur, hic aũt per aquilam, quia in cœlum uolauit, cũ Christi diuinitatẽ disseruit in hoc. Scd̃o cõsistit generositas aquilæ, quia prædã sola non comedit, sed partẽ alijs derelinquit. Paulus p̄dam q̃ in cęlo rapuit, solus mãducauit qa sibi retinuit, quod homini loqui nõ licuit. Sed Ioãnes; p̄dã quã sup̄ cœlos rapuit, solus nõ manducauit, sed eã & uerbis prædicauit, & nobis reliquit in scriptis. Origines. Quia igitur Paulus, uerba audiuit quę nõ licet homini loqui, Ioãnes intimæ ueritatis inspector in paradiso paradisorum, i. in causa oĩum audiuit unicũ uerbum per q; oĩa facta sunt, quod & licuit loqui, & potest hoĩbus prædicari. Tertio aquila habet in faciendo nidum astutia, & caliditatem, quia ibi ponit præciosos lapides hñtes uirtutẽ fugandi serpentes. Sic Ioãnes in nido, i. in suo euangelio ponit lapides p̄ciosos, qui fugãt oẽs hęreticos

ticos. Vnus lapis præciosus est. In principio, i. in æter nitate erat uerbũ. Iste lapis p̃ciosus fugat serpentẽ. De floreũ, qui dixit Christum habuisse principium. Alius est. Et uerbum erat apud Deum. Iste lapis fugat serpẽtem Sabellium, qui dixit, ꝙ nulla in diuinis est distinctio personarũ. Alius cum dixit. Et Deus erat uerbũ. Iste lapis fugat serpentem Arrium, qui dixit filium esse minorem Patre. Alius cum dixit, omnia per ipsum facta sunt. Iste lapis fugat serpentem Manichæum, q. dixit, uisibilia a Deo creata non esse. Alius cum dixit: Verbum caro factum est. Iste lapis fugat serpentes Machometti, qui posuerunt Christũ habuisse corpus, nõ tñ de uirgine sumptum, sed de cœlo delatum, ꝙ si esset, corpus illud, caro dici non posset, cum caro dicat aliquid contextum ex quatuor elementis. Quarto aq̃la habet uisus acuitatem, unde secundum Isid. aquila ab acumine est dicta. Sic Ioannes tantã hẽt uisus acuitatẽ, ꝙ in terra positus, cęlestia uidit. Vnde pp eius altissimum intellectũ, Dionisius uocat eũ euãgelij solẽ, & eius doctrinãm splendidissimum radiũ. Et sicut aq̃la pullos suos in solem aspicere facit, & quos irreuerberatis oculis radios aspicere conspicit, tanquam proprios nutrit, quos ad terrã respicere uiderit, tãquã degeneres abijcit. Sic Ioannes uiros spirituales, ac cœlestes diligebat, & fouebat, degeneres autẽ repellebat. Vnde dr: Deus lux est, & tenebræ in eo nõ sunt ullæ. Ioan. 1. Si dixerimus qm̃ societatem cũ eo habemus, & in tenebris ambulamus, mẽtimur. Ecce filij degeneres. Si autẽ in luce ambulamus, sicut ipse est in luce, societatẽ habemus adinuicẽ. Ecce filij spirituales, & cęlestes.

Sermo. xxxvij. De eodem Sermo ij. De quinque eius priuilegijs.

BEniamin amantissimus Domini, habitat cõfidẽter ĩ eo. Ipse in thalamo totã die morabit̃, & inter humeros illius requiescet. Deu. 33 In his uerbis notantur quinq; priuilegia Ioannis. Primum priuilegium, est uirginitas

tas integra cum dr: Beniamin,qui interpretatur filius dextræ. Cum.n. statui coniugali debeatur fructus tricesim⁹,& uiduali sexagesimus,ipsi tñ uirginitati debetur fructus cẽtesimus,ꝗ numerus de leua trãsit in dexterã,& ideo per dexterã uirginitatis designat. Merito aũt uirginitatis meruit multas ꝓrogatiuas,& in mũdo & in cęlo. Nã in mundo habuit ex hoc cũ Christo maiorẽ familiaritatẽ. Aug. super Ioan. Sunt qui senserũt Ioannẽ,ideo plus amatũ,quia neq; vxorẽ duxit, & ab ineunte pueritia castissime uixerit. Meruit sapientiæ sublimitatem. Hier. cõtra Iouinianũ Ioãnes quasi aqla ad superna uolat, & ad ipsũ Patrẽ peruenit dicens: In principio erat uerbum. Exposuit uirginitas,ꝙ nuptię nõ poterãt. Meruit cũ matre Dei societatẽ. Hie. cõtra Iouinianũ, ut breui sermone cõprehẽdã,doceã cuius priuilegij sit Ioãnes,immo ĩ Ioãne, uirginitas. A Domino uirgine mater uirgo uirgini discipulo cõmendat. Habet ẽt merito uirginitas prærogatiuas in cęlo.s.coronam aureolam in capite. Gloria & honore coronasti eũ dñe. Modulationẽ in ore. Cãtabant quasi canticũ nouũ &c. Fulgidã ueste in corpore. Ambulabunt mecũ in albis. Associationẽ Christi in profectione. Hi sequuntur agnũ quocunq; ierit. Et fructum cẽtesimũ in remuneratione. Aliud cecidit in terrã bonã, & ortũ fecit fructũ centuplũ. Secũdũ priuilegiũ est sincera dilectio,cũ dr: Amantissimus Domini, Distinguit aũtẽ ipse triplicẽ dilectionẽ.s.sermonis, operis, & cordis,dicens: Non diligamus uerbo,neq; lingua, tantum,sed opere & ueritate.est.n. triplex amor scilicet oris,operis,& cordis, ideo bene dicit non diligamus uerbo &c. Dilexit Christus apostolus dilectione sermonis,qa eos diligẽter instruxit,iõ fuerunt amati dilectione operis, qa omnia carismata gratiarum eis infudit,iõ fuerunt amati dilectione cordis,qa nunꝗ eos dereliquit. Ioãnẽ dilexit dilectione ꝑcordiali iõ fuit amãtissimus. Ideo uoluit ut supra pectus suũ, ubi est sedes cordis recumberet,ad innuendũ,ꝙ ipsũ pr̃ę cordiali

Marginal notes: Virginitatis ꝓrogatiuæ. — Psal. 8. — Apo.14. — Ibid. 3. — Ibid.14 — Luc.8. — Dilectio triplex. — 1.Ioã.3.

cordiali amore dilexit. Tertiũ priuilegium eſt mors ſecura, cum dr̃: Habitauit confidenter cum eo. Confidenter. n. in Chriſto mori potuit, qui habuit conſciẽtiam lætificantem. Gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ conſcientiæ noſtræ, bonorum operum affluẽtiam cõcomitantẽ. Ingredieris in abundantia ſepulchrũ &c. Chriſtum aſſociantem. Apparuit nanq; ſibi dñs Ieſus Chriſtus dicẽs: Veni dilecte mi, tp̃s eſt, ut epuleris mecum in conuiuio meo cum fratribus tuis. Apoſtolorũ turbam conuenientem, quia oẽs ad eius trãſitum cõuenerunt, ut dr̃ Ge. xlij. Duodecim fratres ſumus minimus domi remanſit, alius non eſt ſuper. Apoſtoli q̃dem duodecim fratres fuere, unus. ſ. Iudas non erat ſuper, minimus, ſcilicet Ioannes, qui cæteris erat iunior adhuc in domo remanſerat, & ideo ad ipſum deducendum, oẽs conuenerunt. Quartum priuilegiũ eſt matris Dei, ueneranda cuſtodia, cum dr̃: Quaſi in thalamo tota die morabat. Ipſe. n. factus eſt paranimphus ſponſæ regis, & ideo tota diẽ in thalamo habitabat, quia ſponſam regis cuſtodiebat. Quale autem, & quantus fuit ille theſaurus; talis & tantus fuit iſte theſaurus. Credendum eſt. n ꝙ ſi Chriſtus inueniſſet meliorem theſaurum ſibi commendaſſet. Secure ergo iuſti ad Ioannem deberent accedere, qui habet in p̃tãte matrem gratiæ. Securè & peccatores quia habet in p̃tãtem matrem mĩæ. Securè morientes, quia habet in poteſtate illam, quæ in morte ab hoſte nos protegit. Securè & animæ decedentes, quia habet in p̃tãte illam, quæ in hora mortis animas ſuſcepit, vnde cantat eccleſia, Maria mater gratiæ &c. Quintum priuilegium eſt honoris magnificentia, cum dr̃: Inter humeros eius requieſcet. Magnus honor & magni amoris iudicium fuit, qñ Ioannes in Chriſti pectore requieuit. Demus ergo nos ipſum honorare, quia ipſum honorauit Chr̃s, angelus, motus cętus apoſtolicus; oĩm ſctõrum laudabilis numerus. Chr̃s nãq; ipſum honorauit, qñ eum ſuper pectus ſuum requieſcere fecit. Vnde

1. Cor. 1
Iob. 5.

Vnde cantatur. Valde honorandus est B. Ioannes, qui supra pectus dñi in cœna recubuit Angelus ipsum adorauit, quia ab eo adorari recusauit, & se conseruũ
Apo.19 suum uocauit. Permisit quidẽ se adorari à Moyse, q̃a erat calciatus, ideo dixit: Solue calciamẽtum &c. Ioãnes autem pedes affectuum suorum ab omni amore mundi discalciauerat. Apostoli quoq; ipsum honora uerunt, qñ ipsum & Petrum columnas ecclesiæ ad Sa
Act. 8. maritanos miserũt. Omnes etiam Sancti ipsum hono rauerunt, quia ad eius transitum conuenerunt, & ideo totus mundus debet eum honorare & honore generali in quantum fuit apostolus, & spiriuali, inquantum Christi amicus; & singulari, inquantum recubuit supra Christi pectus, & custos est uirgini deputatus.

Sermo xxxviij. De eodem sermo tertius. Quare Christus eum dilexit, qua & huius dilectionis signa ostendit qua sit hac dilectio. Differentia dilectionis Petri, & Ioan. ad Christum, & è contra, patefaciens.

Can. 2. DIlectus meus mihi & eo illi. Istud uerbum nõ potest alicui melius conuenire, quam Ioanni, qui fuit a Christo dilectus, & q spiritũ in spirituali amore dilexit. Circa ipsam autẽ dilectionem quinq; per ordinem sunt uidenda. Primo quæ nam fuit huius dilectionis cã. Circa quod sciẽdum quod prima cã fuit
Pro.22. Ioãnis puritas, & incorruptio. Tales enim Christus amat. Qui diligit cordis munditiam pp puritatẽ, &
Eccl.27 gratiam labiorum, habebit amicum regem. Et quia a-
Psal. deo purus fuit, ideo Christus cum eo familiaritatem habuit: Volatilia ad sibi similia conueniunt, uñ unũ
Eccl.11 uolatile fuit Christus. Ascendit Christus super cherubin, & ualuit. Secundum fuit Beata Virgo, Breuis in uolatilibus est apis Tertium fuit Ioannes, qui in forma aquilæ est demonstratus. Ista aũt tria uolatilia cõuenerunt, q̃a spũalem familiaritatẽ habuerũt. Secũda cã est festiua conuersio, quia in iuuentute ad Christũ

conuersus fuit. Tales. n. Christus multū diligit, sicut innuitur, vbi dicitur, quod Christus paruulos amplexatus fuit manus eis imposuit, benedixit ipsis, nunquā alicui seni tales amicitias ostendit. Sufficit namque senibus, quod a Christo regantur. Iuxta illud, Senex puerum portabat, puer aūt senem regebat. Quod ad ipso non proijciantur. Ne proijcias me in tpe senectutis. Quod ab ipso non derelinquantur. Et usq; in senectam, & senium ne derelinquas me. Tertia cā est ipsius Ioannis feruens dilectio. Deus enim diligit diligētes se; Ego diligētes me diligo. Ipse. n. Ioānes dilexit Christum uiuentē, cuius signū est, quia ob sui amorem oīa dereliquit. Si dederit, homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione &c. Dilexit morientem cuius signum est, quia iuxta crucem ipse stetit. Dilexit mortuum, cuius signum est, quia ad monumentum ipse cucurrit. Bernardus, Qui amat ardētius, currit uelocius, & peruenit citius. Secundo uidēdum est, quæ sunt signa huius dilectionis. Primum quidem signum est, quia sua secreta sibi reuelauit, & ea q̄ faciunt ad instructionem fidei perfectæ, sicut in euangelio, & uitæ perficiendæ sicut in epistolis, & gloriæ consumandæ sicut in Apocalypsi. Secundum est, quia magnis gratijs ipsum notauit. Magnam. n. gratiam deputauit sibi Isaias, quando Deus fecit ipsum prophetam suum. Iacobus quando fecit ipsum Apostolum suum. Lucas quando fecit ipsum euangelistam suum. Augustinus quando fecit eum confessorem & doctorem suum. Agnes quando fecit eam uirginem & sponsam suam. In Ioanne autem hæc omnia reperiuntur. Tertium signum est, quia multam sibi familiaritatem ostendit, fecit enim eum suum familiarē, iō uocat discipulus quam diligebat Iesus. Amicus in domesticis fiducialiter aget. Fecit eū cameriariū, qa in thalamo sui sinus requieuit. Quasi in thalamo tota die morabitur. Fecit eū secretarium, quia secreta sua sibi reuelauit. Dabo tibi thesauros absconditos & ar-

Marginal notes: Mat. 10. — Luc. 1. — Psal. — Prou. 8. — Cant. 8 — Eccl. 7. — Deu. 33

Eccl. 15 chana secretorum. Fecit eum thesaurarium suum, quæ matrem suam sibi reliquit, quod ad magnam iucũditatem, & exultationem sibi fuit. Iucunditatem & exultationem thesaurizauit super eum. Per quæ ostẽditur, ꝙ Christus non tamen dilexit ipsum dilectione gñali, qua diligit sua præcepta seruantes Iuxta illud, Vos

Io. 15. amici mei estis, si feceritis quæ præcipio uobis. Non tñ dilectione spirituali, qua diligit sua secreta sciẽtes

Ibidem iuxta illud. Vos autem dixi amicos, quia quæcunq; audiui à Patre meo nota feci vobis, Sed ẽt dilectione singulari, qua diligit amicos intimos & pcordiales. Tertio uidendum est quæ sit ista dilectio. Dilectio, mundi nõ est uera, qa & in uita fallit & in morte deserit, & post mortem amicum obliuioni tradidit. Dilectio aũt qua Christus Ioannem dilexit est uera, quia ipsum dilexit in uita. Vnde uocatur discipulus quem diligebat Iesus. Dilexit in morte, quia cũ cæteris apostolis ad ipsum moriẽtẽ accessit. Dilexit post mortẽ,

Ps. 72. quia ipsum ad suum conuiuium introduxit. Tenuisti manum dextram meam, me. s. in uita in tui amore cõseruando & in voluntate tua, deduxisti me, s. in morte diligẽdo, & cum gloria suscepisti me, s. post mortẽ deducendo me ad conuiuium tuum. Quarto est uidendum, quæ fuit differentia dilectionis Petri & Ioãnis ad Christum. Circa quod sciendum sicut dicit

Christ⁹, quo diligendus. Bernar. Christus diligendus est fortiter, dulciter, & sapienter. Petrus ergo dilexit fortiter, quia secum, & in mortem, & in carcerem ire promisit. Ioannes dilexit dulciter, quia in sinu suo recubuit. Vterq; dilexit sapienter, quia nullis tentationibus diaboli nullis perturbationibus mundi, nullis uoluptatibus carnis a Christi amore poterant euelli. Quinto uidendũ est, q̃ sit dña dilectionis Christi ad Petrum, & ad Ioãnem. Videtur. n. quod plus dilexerit Ioannem, quam

Dilectio triplex. Petrum, & tñ Petrus plus uidetur dilexisse Christum quam Ioãnes. Circa qđ sciendũ, quod triplex est dilectio. Vna quæ consistit in familiaritatis ostensione,

&

& ista magis dilexit Christus Ioannem, quam Petrum quia magna signa familiaritatis Ioanni ostēdit, ex eo quod supra pectus suum recubit, & matrem suam sibi commendauit. Secunda dilectio est quæ cōsistit in donorum exhibitione, & ista magis dilexit Petrū, quia maiora dona sibi concessit, quia fecit eum principem apostolorum, & suum uicarium reliquit, & claues regni cœlorum sibi dedit. Tertia dilectio est q̄ consistit in præcordiali amore, & ista utrunque æqualiter dilexit. Ambos enim dilexit æqualiter affectione animi, quia ambo apud Deum erant æqualis meriti.

Sermo xxxix De eodem sermo quartus. Eius moriēdi auiditas, meritorum copiositas, atque fœlicitas exprimens.

INgredieris in abundantia sepulchrum Sicut infert aceruus tritici in tpe suo Ioannes Euangelista non fuit positus in sepulchro, sed sponte ingressus est & hoc ut iterum renouaretur, ut triticum, iterum renouatur. In uerbis igitur præmissis tria tanguntur. Primum est moriendi magna auiditas, in hoc quod sepulchrū, sponte ingressus est. Valde.n. mori affectabat, qa multum desiderabat gustare tam dulce conuiuium, unde ait, Gratias ago tibi, quia dignatus es me ad tuas epulas inuitare, sciens quia ex toto corde desiderabam te. Qui edunt me adhuc esurient. Desiderabat uidere tā dulcem amicum; unde ait: Odor tuus in me concupiscentias excitauit æternas. Quando ueniam & apparebo ante faciem Dei? Desiderabat uidere tam præciosum thesaurum, id est uirginem beatam sibi a Deo cōmendatam. Ibi.n. habebat cor suū, ubi thesaurus suus. Desiderabat adiungi ad tam iucundum consortium; unde ait. Suscipe me, ut cum fratribus meis sim. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in unum. Secundo ponitur meritorum copiositas cum dicitur. In abundantia. Est enim mortuus in abundantia dierum, quia erat 99. annorum. Mortuus est Abraham in senectute bona, & plenus dierum.

Iob.5.
Eccl.24
Psal.41.
Ps. 131.
Gen.25.

In abundantia meritorum, quia in sua iuuentute serui re incæpit, & usque ad decrepitam ætatem perseuerauit. Mane semina semen tuum &c. In abundantia præmiorum. Habuit enim coronam unam inquātum fuit Virgo incorruptus, aliam inquantum prædicator gratiosus, aliam inquantum fuit martyr inuictus, quia in oleo fuit assatus. Tertio ponitur sua fælicitas, cum dr̄, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo: Triticū enim in horreum infertur, ut homo inde nutriatur, & in suo tempore seminetur & iterum renouetur. Sic beatus Ioannes in cœlum est illatus, ut nos nutriat p̄ sua merita, & ipse renouetur in anima per impassibilitatem, & in corpore per immortalitatem. De morte q̄dem sua quatuor sunt opiniones. Quidam enim dixerunt ipsum in cœlo esse cum corpore glorificato, qđ conuenire dicunt Dei liberalitati, & Ioānes dignitati Deus quidem sibi ualde liberali fuit, quia corpus suū custodiuit ne corruptioni subiaceret, ne oleū adduret, ne uenenū noceret, ne gladius deseuiret, ne mortis dolorem sentiret. Si igitur Christus corpori Ioannis tam liberalis fuit in mundo, nō debuit minus liberalis esse in cœlo. Congruit, etiam dignitati Ioannis, qui in sinu Christi recubuit, qui Christo tam familiaris extitit, qui uirgini societatem fecit, a quo angelus adorari noluit. Si ergo aliorum apostolorum corpora sic honorantur in terris, manifestum est, quod corpus Ioannis sic honorari debuit, quia tanta excellētia dignitatis præditū fuit. Postquam autem nullus exhibetur sibi honor in mūdo, cōueniens est, ut corpus eius corpori Christi & matris eius societatem faciat in cœlo, sicut fecisse constat in mundo. Alij dicunt ipsum esse defunctum, & animam glorificatam in cœlo. Corpus uero in loco hominibus ignoto, Deo aūt cognito reseruari, sicut de corpore Moysi dicitur. Pōt quidem Deus in aliquo loco sibi cognito per angelorū ministerium corpori dilecti sui honorē exhibere diuinū prout decet suum habere dilectum. Quare autem diuina

Ecc. 11.

De Ioā. morte opiniones.

uina ꝓuidētia iudicauerat ipſum corpus eſſe occultā-dū, inter diuina ſecreta eſt hoc numerādū. Tertij dñt ipſum adhuc uiuere, & in paradisū terreſtrē translatū eſſe. Tp̄e aūt Antechriſti inde educet, & ab iſto occidetur, vñ dicit Theophilæ: Chriſtus nō negauit Ioannem moriturū, nam oē quod oritur, ſed dicit: Volo eū uiuere vſq; ad finē mundi, & tūc patietur pro me martyrium cū Helya. Poſtea ſubdit. Et ſi aſſignetur eius ſepulchrū, uiuēs intrauit illud, & poſtea diſceſſit. Quarti dñt ipſum adhuc uiuere & ſub terra dormire. Et hoc uolunt oſtendere per uerbum dñi qui dixit: Sic eū uolo manere &c. Et exēplo Moyſi, quem adhuc dñt ſub terra dormire, quia in eius ſepulchro nil, niſi māna inuenitur ꝙ adhuc ibi quaſi flatu quieſcētis ſcaturire vr̄. Sed huic opinioni obuiat Aug. qui ait. Paruam gratiā Chriſtus ſuo dilecto feciſſet, ſi cæteris Apoſtolis in gloria regnantibus, ipſe ſub terra dormire dicatur. Ad uerbū aūt dñi qui dixit, ſic eū uolo manere donec ueniā &c. Rñdet Chryſ. i. nolo ipſum per martyrium conſumari, ſed expectare donec ego ueniēs recipiā eū in æterna beatitudine. Ad exēplum aūt de Moyſe rñdet Aug. ꝙ ſcriptura ipſum teſtat̄ fuiſſe mortuū. Si tñ dr̄, ꝙ cum Helya uiuus apparebit, poterit Deus de facili ipſum ſuſcitare ad horam. Corpus aūt eius uoluit eſſe abſconditum, ne iudæi circa corpus eius idolatriam exercerent. De manna autem ipſum ſcaturiente, reſpōdet Aug. ꝙ forte propter hoc fit, ut eius mors præcioſa commendetur, quam mortem martyrium non commendat, uel fortè pp aliam cauſam quam ignoramus.

Sermo xl. De eodem. Sermo quintus. De nouem eius priuilegijs.

HIc eſt diſcipulus ille quē diligebat Ieſus. Magna ꝓrogatiua Ioānis in hoc ꝑpēdit̄, ꝙ ipſe ſpūalr dilectus fuiſſet pibet̄. Nos uero eius ꝓrogatiuas, & priuilegia uideamus. Primū priuilegiū eſt, qa Xp̄s ipſū ſpūali amore dilexit, nec mirū, qa ipſe pp amorē Xp̄i Io. vlt.

omnem alium amorem deseruit, s. amorem naturalē, i. patris, quem in naui deseruit, & amorem carnalem, s. uxoris suæ, quam ob amorem Christi contempsit, amorem mundanum, quia nauem, & retia, & oīa quæ habuit contempsit, & amorem proprium quia propriam
Mat. 19. uoluntatem dimisit, & Christo semper adhæsit. Ecce nos reliquimus oīa, hoc quantum ad desertionē amoris mundani, & secuti sumus te non nos, & hoc quantum ad desertionē amoris proprij. Et subditur. Et oīs qui reliquerit fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, hoc quantum ad desertionem amoris naturalis, aut uxorem, hoc quantum ad desertum amoris carnalis. Secundum priuilegium est, quia ad omnia secreta eum admisit, sicut ad puellæ resuscitationem, & gloriosam trāsfigurationem. Si enim Christus uolebat facere gratiam apostolis, ipse erat unus de tribus, sicut patet in illius puellæ resuscitatione, & gloriosa trāsfiguratione. Si uolebat facere gratiam duobus, ipse erat vnus de duob. Nā ipsum solum, & Matthæū fecit euāgelistā, & Apostolum. Si uolebat facere gratiā uni soli, ipse erat ille solus, quia ipsum solum in sinu suo admisit. Tertium priuilegium est, quia matrē sibi cōmēdauit. Christus nanque in hac uita possedit quatuor, s. corpus, animam, modicam tpalem substantiam ecclesiam, & matrem propriam. Corpus igitur commendauit Nicodemo, animam Patri, temporalem substantiā Iudę, ecclesiam Petro, matrē Ioanni, quod utique magni amoris indicium fuit, & ratione rei commēdatæ, quia. s. tantum thesaurum sibi commisit, & ratione cōmendantis, quia scilicet suorum uulnerum oblitus matris nō obliuiscebat᷑, & dilecti discipuli recordabatur. Et rōne modi commendandi, quia non dixit: Ecce seruus tuus, uel nepos tuus, sed ecce filius tuus. Nec dixit: Ecce dn̄a tua, uel matertera tua, sed ecce mater tua. Quartū priuilegiū est, quia profunda sapīa ipsum
Ecc. 15. repleuit. Aqua sapīæ salutaris potauit illum. Nec mirum si tanta sapīa fuit plenus, quia sedit ad fontem

diui-

diuinum, habuit intellectum angelicũ, intrauit in cau sam causarum, & totus transiuit in Deũ. Ad fontẽ qui dẽ diuinũ sedit, quãdo supra pectus domini recubuit. De quo fonte tam copiose hausit, ꝗ quasi quidam fluuius paradisi factus fuit. Vnde cãtatur, Quasi unus de paradisi fluminibus &c. Intellectum angelicũ habuit, Augu. Sapientia Dei, ut ait apostolus in cor hominis non ascendit, sed tãtum in cor Ioannis ascẽdit, inquã tũ ipse nõ homo erat, sed angelus esse ceperat. Intrauit etiã in causam causarum. Vnde Orig. dicit, quòd Paulus raptus est usque ad tertiũ cœlum. Ioãnes tran siuit omnes cęlum Paulus raptus est in paradisũ, Ioã nes supra omnem paradisum paradisorum. Transiuit etiã totus in Deum. Origines. Non enim aliter Ioannes potuit ascendere in Deum, nisi totus fieret Deus. Quintum priuilegiũ est quia supra pectus Christi recubuit. Pectus aũt Christi erat mensa cœlestis in qua sunt delitiæ angelorum. Gazophilatiũ, in quo sũt thesauri omniũ scientiarũ. Et fons diuinis in quo est plenitudo omnium gratiarum. Quãdo autem famelicus sedet ad mensam delitiarũ, ualde satiatur. Qñ egenus intrat. Gazophilatiũ thesaurorũ, ualde ditatur, Quan do sitibũdus peruenit ad fontem amænum, tũc ualde repletur. Beatus ergo Ioannes recumbendo supra pectus domini, sedit ut famelicus ad mẽsam angelorũ; & ideo fuit ualde satiatus. Intrauit tãquàm egenus gazophilatium omnium scientiarum, & ideo fuit ualde ditatus. Sedit ut sitibundus ad fontem omniũ gratiarum, & ideo fuit ualde repletos. Ista tria tãguntur cũ dicitur. Cibauit eũ dominus pane uitæ, & intellectus. Ecce qualiter famelicus est pastus. Aqua sapiẽtiæ potauit illum. Ecce qualiter sitibundus est potatus. Iucũ ditatem, & exultationem thesaurizauit super eum. Ecce qualiter ægenus est ditatus. Sextum priuilegiũ est quia Christus sibi proditorem, & nõ alteri reuelauit, prout Petrus Ioãni innuit. Ex quo ostẽditur eius magna auctoritas Petr⁹ Damianus. Profert Christus uer- Eccl. 15

bum in mediũ, & totus tacet senatus Apostolorum. Ioannes uero cum discipulorũ persona in se suscepta unus consultor accedit, ostenditur eius magna potestas. Idem quantum apud iudicem pro peccatoribus poterit, qui pro ipsius curię cęlestis senatoribus interuenit, ostendit magna nostra securitas. Idem quantũ flagitare debemus eius auxilium, quē sibi met apostoli intercessorem petierunt. Et quia aduocatus est summus, humiliter est à minimis implorãdus. Septimum priuilegiũ est, quia omnium sanctorum perfectionẽ habuit. Idem, quem in uirtutibus incõparabiliter Ioãnes nõ excedat; Apostolus nanq; est in epistolis. Euãgelista in euangelio. Propheta in Apocalypsi. Fuit & martyr inquantum in oleo adustus. Vnde dicit Policratus episcopus Ephesiorum. Ioãnes pontifex aureã laminã in fronte portãs, martyr, & doctor in Epheso obdormiuit. Octauum priuilegium est, quia Christus de ipso specialem curam habuit, cũ dixit Petro. Quid ad te? Curam ecclesiæ Petro commisit, curam autem Ioannis sibi reseruauit cũ dixit: Sic ego uolo eũ manere donec ueniam &c. Et matri cõmisit dicens: Ecce filius tuus. Magnum est esse in cura Vicarij Dei, idest Petri, maius est esse in cura matris Dei, maximum in cura Christi. Nonum priuilegium est, quia maiori eũ Christus sua charitate repleuit. Quod triplici signo ostenditur. Primo, quia ad monumentum prius cucurrit. Gregor. Illi prę cæteris cucurrerunt. Secundo, qa de charitate plus cæteris loquutus fuit. Ex abũdãtia cordis os loquitur. Chrysostomus. Mos est amantiũ uter amorem suum silentio tegere nequeat. Tertio, quia usque ad decrepitã ętatem charitatẽ docuit.
Mat. 12. Hic Ioannes cum Ephesi moraretur usque ad ultimã senectutẽ, & uix inter discipulorum manus ad ecclesiam deferreretur, nec posset plena uerba cõtexere, semper dicebat. Filioli diligite alterutrum. Tandem interrogatus cur hoc semper diceret. Respondit, quia præceptum domini est. Et si hoc solũm fiat, sufficit.

Sermo

Sermo xli. De Innocentibus. Sermo Primus. De eorum beatitudine, & gloria, ex quinque causata.

VIdi supra montem Syon agnum stantem &c. Gloria, & beatitudo istorum paruulorum ex multis causatur, prout ex præsenti lectione colligitur. Primo ex nobili associatione; quia associati sunt agno. Nec mirum si agnus libenter moratur cum eis. Homo quidem libenter moratur cum conciuibus suis, Christus igitur fuit Bethleemita, & isti Bethleemitæ. Libenter homo moratur cum ioculatoribus suis, & isti sunt ioculatores Christi. Vocem quam audiui sicut cytharedorum cytharizantium in cytharis suis. Libenter homo moratur cum domicellis, & seruitoribus suis, maxime cum sunt mundi, & honesti, & de his dicitur. Sine macula sunt ante thronum Dei. Libenter enim homo moratur cum consimilibus suis. Ipsi namque fuerunt uirgines martyres, & innocentes. Libenter igitur Christus cum eis moratur tanquã uirgo cum uirginibus martyr cum martyribus, innocens cum innocentibus. Secundo eorum gloria causatur ex descriptione cum dicitur: Habentes nomen eius, & nomen patris eius scriptum in frontibus suis. Tertium autem nomen quod in fronte scribitur hr̄. Et nomen ciuitatis nouæ Hierusalem. Ista ergo tria nomina, s. Deus Hierusalem, & Iesus, in frontibus eorum sunt scripta. Deus autem secundum Daniel. idẽ est quòd ardor. Hierusalem dicitur uisio pacis. Iesus Saluator, per quod datur intelligi, quòd ipsi habent plenam inflammationem in Dei dilectione. Dixit dominus cuius ignis in Sion, & caminus in Hierusalem. Plenam cognitionem aperta Dei uisione. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et habebunt plenam saluationem corporis, & animæ glorificationem. In terra sua duplicia possidebunt. Tertia consistit gloria ipsorum in iocundia iubilatione cum dicitur: Et cantabunt canticum

Marginalia: Apo. 14 — Apo. 14 — Apo. 3. — Noĩa in frõtibus Innocẽtum scripta. — Esa. 32. — 1. Co. 13 — Esa. 61.

ticum nouum. In quo quidem cantico tria sunt, s. nouitas, singularitas, & sonoritas. Nouitas cum dr̃. Cantabunt canticum nouum. Haymo. Canticum nouum cantare, est de incorrupta mentis, & corporis integritate gaudere. Singularitas cum dr̃. Nemo poterat dicere canticum nisi illa &c. Beda. Hoc canticum cæteri electi audire pñt, licet dicere nequeant, qa per charitatem quidam de eorum celsitudine læti sunt, quamuis ad eorum pmia non assurgant. Sonoritas uero notatur, cum dr̃. Tanquam uocem aquarum multarum. Illa aũt sonoritas assimilatur triplici sono, s. aquarum, tonitrui, & cytharæ. Sic. n. qui laudant Deum pro uictoria, quam habuerunt de persecutionibus tyrannorum, cantant canticum aquarum multarum, qa
Psal. 68. per aquas, tribulationes intelligũtur. Iuxta illud. Saluum me fac Deus q̄m intrauerunt aquæ, usq; ad animam meam. Qui uero laudant Deum pro uictoria dęmonum, qui stant in aere caliginoso, cantant canticũ tonitrui. Qui uero laudant pro uictoria carnis, cantant canticum cytharæ, In cythara quidam est lignũ attenuatum, & corda extensa, q corpus dẽt ieiunijs attenuari, & membra mortificari. Quarto causatur eorũ gloria ex perpetua incorruptione, cum dr̃. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Merito cuius incorruptionis semper agnum sequuntur. Vnde subditur. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Et eis-
Apo. 3. dem cum eo uestibus albis decorantur. Ambulabunt mecum in albis. Coram ipso continue modulantur, sicut supradictum est. Et corona aureola adornantur.
Eccl. 65 Corona aurea, supermittam eis. Quinto causatur eorum gloria ex primordiali passione, quia primi martyres extiterunt, quòd notatur cum dicitur. Hi empti
Exo. 22. sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno. De his primitijs dicitur. Decimas tuas, & primitias non tardabis offerre. Christus enim primitias Deo obtulit, quando istos paruulos ad Deum misit. Chrysost. Mittit infantes Christus ad cœlum, offert noua encęnia

Patri

Patri, primitias fructuum exhibet genitori. O paruuli beati modo nati, nunquam tentati nondum ablactati, & iam coronati. Augu. Has primitias misit Christus Patri, uenit infans, & ueniunt infantes. Infans ad nos, infantes ad cęlum. Non tantum Christus obtulit primitias sed etiam decimas quas quidem obtulit uiuus mortuus, & glorificatus. Nam uiuus obtulit decimas abstinentiarum, quando xl. dieb. & xl. noctib. ieiunauit. Mortuus obtulit decimas horarum, quando per xl. horas mortuus iacuit. Glorificatus obtulit decimas dierum, quando resurgens xl. diebus discipulis apparuit. Et quãquis xxxvj. dies sunt decimæ anni, Christus tamen uoluit superaddere, ad innuendum ꝙ in seruitio Dei semper homo debet plus facere, quam minus. Bene ergo dicit decimas & primitias, nõ tardabis offerre. Non enim tardauit offerre primitias, qui paruulos obtulit recenter natus. Non tardauit offerre decimas qui eas obtulit, & uiuus, & mortuus, & glorificatus.

Decima a Christo oblata.

Sermo xlij. De eisdem Sermo ij Quomodo eorum passio ex tempore numero causa, & loco commendabilis extitit, insinuans.

HI empti sunt ex omnibus primitię Deo & agno. Passio istorum beatorum paruulorum commendabilis est ex quatuor uidelicet, ex tempore, numero, causa, & loco. Ex tempore quia primitiæ pro Christo passi sunt, ideo dicitur. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ &c. & ideo facti sunt erumpentes ecclesiæ gemmæ flores primi nascentis ecclesię, & plantationes nouellæ & immaturæ. Primo neque fuerunt erumpentes ecclesiæ gemmæ. August. Isti iure dicuntur martyrũ flores, quos in frigore infidelitatis extortos, uelut primas erumpentes ecclesiæ gemmas, quædam persecutionis pruina decoxit. De istis gemmis dicitur; Videbam coram me uitem in qua erant tres propagines crescere paulatim in gemmas, & post flores

Innocẽtum nomina.

Gen. 40

res uuas maturas factas ista uitis est Christus, in qua fuerunt tres propagines, i. tres martyrũ distinctiones. Quarum una protulit gemmas, i. horum martyrũ primitias, qui fuerunt martyres actu, sed non uoluntate. Secunda protulit flores, i. sanctos confessores, qui fuerunt martyres uoluntate, sed non actu inter quos primatum tenet Ioãnes euangelista. Tertia protulit uuas maturas, i. martyres actu, & uoluntate, inter quos primatum tenet Stephanus. Secundo fuerunt primi flo-
Can. 2. res nascentis ecclesiæ. De quibus dicitur. Capite nobis uulpes paruulas, quæ demoliuntur uineas, nam uinea nostra floruit. Vinea, ideſt ecclesia floruit, qñ istos martyres produxit, & in floribus Vulpes demolitæ fuerũt, qñ Hærodes, & sui complices, istos martyres necauerunt, unde Herodes uocatur uulpis. Ite dicit uulpi
Luc. 18. illi. Licet autem isti flores fuerunt auulsi, nõ tñ suo odore priuati. Vineæ florentes odorem dederunt. Ter-
Can. 2. tio fuerunt plantationes nouellæ, & immaturæ. Ante
Esa. 18. messem totus effloruit, & immatura plantatio germinauit. Sunt.n. quædã plantationes, quæ fructum martyrij protulerunt in senectute sicut Petrus; q̃dam in sua immaturitate, seu nouella plantatione, sicut martyres
Ps. 127. innocentes. Filij tui sicut nouellæ oliuarũ in circuitu mẽsæ tuæ. Secundo eorũ passio est cõmẽdabilis ex numero. Et licet a nobis eorum numerus ignoretur, tñ ecclesia sed numero magno eos honorat, vñ dr̃ supra: Et cum eo centum quadraginta millia. Quia ergo illa beata societas est tam numerosa, iõ digna est maiori
Innocẽtium dignitas. ueneratione. Si.n. unus miles Regis honorandus est multo fortius militum multitudo, & maxime qñ esset de cognatione Regis, & esset familiares Regis, & induti eiusdem Regis uestibus. Sic tales fuerunt isti paruuli qui fuerunt de cognatione Christi, cũ fuerint de Bethleẽ Iuda, & Christus de Iuda originẽ duxerit. Sũt
Apo. 14 etiã sibi familiares. Hi sequuntur agnum quocunque
Ibid. 3. ierit. Sunt etiã induti secum eiusdẽ uestibus. Ambulabũt mecũ in albis, quia digni sunt. Secũdo sunt digni

faciliore

faciliore exauditione. Si.n. Deus exaudiuit pces unius sancti, multo fortius praeces multorum. Nã impossibile est praeces multorum nõ exaudiri. Vnde, & ipsa uirgo beata ad rogandum Deũ sola non accedit; sed magna societas cum ea uadit. Astitit regina a dextris tu. &c. Tertio sunt digni maiori exultatione. Cum.n. multi sunt q gaudẽt, gaudiũ unius aget ex gaudio singulorum. Et iõ gaudiũ istorũ paruulorũ tanto amplius auget, quanto amplius ab inuicem inflammantur. Ecce q̃ bonum, & quam iucundum &c. Aug. in li. confess. Quando cum multis gaudent in singulis uberius est gaudium, quia feruere faciunt se, & inflammant ex altero. Quarto est idonea Dei laude. Si.n. Deo est accepta laus unius sancti, multo fortius multorum. Ex ore infantium & lactentiũ pfecisti laudẽ &c. Tertio eorũ passio cõmendabilis est ex causa, qa pp Christum sunt passi, & ideo iure in numero martyrum computantur. Et hoc quidẽ, accidit rõne personae, quia pro Christo passi sunt, imo in singulis Christus passus est. Hostis noster est cuius crudelitas redundat in regem. ff. ad l. aquil. l. qui occidit. §. pen. qui occasionem damni dat, damnum dedisse vr̃. Debuit ergo Christi pietas illis dare uitam gloriae, quibus occasio aliter abstulit uitã naturae. Secundo hoc accidit rõne singularis gratiae. Rex. n. terrenus qñ coronatur multos milites secum facit. Christus ergo qui coronatus erat corona paterna, hodie coronatus est corona materna. Et iõ nouus Rex nouos milites sibi uoluit congregare. Tertio hoc accidit rõne innocentiae in baptismo sanguinis assecutae. Bern. Ille pro Christo trucidatos infantes dubitet coronari, qui generatos in Christo non credit inter adoptionis filios generari. Et sicut tunc circũcisio, nũc uero baptismus sine ullo uolũtatis usu sufficit ad salutẽ, sic p Christo susceptũ martiriũ illis sufficit ad sanctitatẽ. Quarto commendabilis est ex loco, qa in Bethleem Iudae passi sunt, ex quo tres ꝓgatiuas assecuti sunt. Primo magnã cũ Christo familiaritatem ex

Psal. 40.
Psa. 132
Psal. 8.
Hest. 7.

eo,

eo, ꝙ in ciuitate Christi nati sunt. Homines.n.eiusdē ciuitatis magnam solēt adinuicem familiaritatē habe-
Apo.14. re. Magnam familiaritatē Christus eis ostendit, quia fecit eos de camera sua. Cantabant quasi canticum &c. De societate sua ibidē Hi sequuntur agnum quocunque ierit. De militia sua, quia tanquam commilitones
Ibid. 3. eisdem uestibus eos induit. Ambulabunt mecū in albis. Secundo magnam in Christo societatem, quia Bethleem domus panis interpretat̄. Satiant̄ illo pane, de
Ioan. 6. quo dr̄. Ego sū panis uiuus &c. Sicut ablactatus est su-
Psa.130. per matrem suam, ita retributio in anima mea, idest sicut paruulus lacte nutritur, postea grandiusculus ablactatur, & ad mensam patris recipitur, sic fiat retributio in anima mea, ut.s. hic lacte matris ecclesiæ nutritus, tandem ad mensam cęlestis patriæ se recipiat, ubi iā non nutriatur lacte paruulorum, sed pane solido perfectorum. Hinc est ꝙ Abrahā nō in natiuitate Isaac, sed in eius ablactationē grande fecit conuiuium, ad significandum, ꝙ non est plena satietas ad ubera matris, sed ad mensam patris. Tertio meruerunt spiritualē Dei laudationem, ideo nati sunt in Bethleem Iudæ, quæ interpretatur confitens. Magnum.n.est cōfiteri Domino corde. Maius est cōfiteri domino corde & ore. Maximum corde, opere & ore. Super maximū ei cōfiteri cū sanguinis effusione. Taliter cōfessi sunt isti paruuli de quibus dicit ecclesia, nō loquendo, sed mo-
Phil. 1. riendo confessi sunt. Magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem &c.

Sermo xliij. De eisdem. Sermo tertius. In quo nouem dubitationes dilucidantur.

SVrgē, & accipe puerū, & matrē eius, & fuge in Ægyptū &c. Circa istud euangeliū plura vidēda occurrūt. Primo quare Christus fugit, qđ quidē fecit multiplici de causa. Primo secundum Chry. propter ostēsionem humanæ naturæ. Quantum.n.ad diuinam nō ha-

buit

buit necesse fugere, sed potius nullus eũ potuit effuge re. Quo ibo a spiritu & tuo a. f &c. Secundo propter ui ctoriam suæ sapientiæ. Fugien do Herodẽ uicit, & sibi Ps. 113.
milites acquisiuit. Petrus Raue. bellicosus si in bello fu git, artis est non timoris. Tertio propter documẽtum, ut ex hoc nos doceat nullũ debere indignari, si innocẽter ab impijs patiatur Si me persecuti sunt & uos p sequẽter. Hiero. A cunabulis ecclesiæ nõ defuit iniqtas præmens, iustitia patiens. Quarto pp exemplum, Io. 15.
ut ex hoc informemur ut nobis fugiẽdũ esse. Mõ fuga prouidentiæ, qñ. s. maiori utilitati reseruamur. Cũ per sequentur uos in ciuitate ista, fugite in aliam. Modo Mat. 10.
fuga cautelæ. Sunt enim quædam uitia, quæ non possunt uinci nisi fugiendo. Fugite fornicationem. Mõ 1. Co. 6.
fuga compassionis, qñ a facie malorum fugimus, ut oc casionem subtrahamus. Secundo uidendum est de per sonis q̃ fuerunt in ista fuga, q̃ fuerunt Maria Ioseph, et puer Iesus. Istud consortiũ est in Bethleem a pastori- Not.
bus in fugiẽdo in Ægyptũ & ĩ redeũdo. Siue ergo hæ redem. i. Diabolum fugias, siue de Ægypto, i. de pecca to redeas, siue in Bethleem, i. in gratias maneas semper tecum habeas Mariam, i. amaritudinem pnĩæ. Puerum, i. puritatem conscientiæ, & Ioseph, i. augmẽtum uirtutis, & gratiæ. Tertio uidendum est de contingen tibus in uia. Ibi enim Christus manifestauit suam maiestatem. Nam sic legitur in historia tripartita. Arbor quędam procera in uia existens usque ad terram incli nata puerum simpliciter adorauit. Secundo manifesta uit suam bonitatem, in eo quod parentes suos in uia pauit. Nam sicut legitur in libro de infantia Saluatoris, cum sub quadã palma altissima quiescerent, & esurirent atque sitirẽt, palma ad pręceptum pueri usq; ad terram se inclinans, fructus colligendos obtulit, & de sua radice fontem produxit. Tertio manifestauit suã ptãtem, quia parentes suos a latronibus defendit. Cũ enim in latrones irruissent, qui eos expoliare uolebãt unus eorũ respiciens puerũ ait. Vere dico uobis si pos

ſibile eſſet Deum incarnari, dicerē iuſtū puerū Deum eſſe, & ſic ſocios ſuos īduxit, ut eos illeſos abire pmitterent. Iſte dr̄ fuiſſe ille latro, cui poſtea Dominus dixit, tñ dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo. Quartò uidendum eſt de ira Herodis, pro eo quod dicitur, Iratus eſt ualde. Iratus eſt quidem propter regni zelū, ſicut fremitus leonis, & ſic ira regis. Aug. Quid erit tribunal iudicantis, qñ ſuperbos reges curia terrebat infantis? Propter ſui contemptum. Chry. Magi contemnentes Herodem addidere cauſas dolorum propter Cæſaris metū, qui præceperat ne ſine ſui imperio aliquis Rex diceretur, uel eſſet. Quintò uidendum eſt de ſæuitia Herodis pro eo, quod dr̄: Occidit omnes pueros. Exceſſit. n. in tribus, ſcilicet in numero, quia cum deberet occidere unum, occidit omnes. In loco, quia cum deberet occidere Bethleemitas, occidit etiam finitimos. In tempore, quia cum deberet occidere anniculos, occidit etiā bimatos, & infra. Huius autem tanti exceſſus quadruplex fuit cauſa. Prima eius implacabilis ira. Ira non habet miſericordia, nec erumpēs furor. Secūda eius ſeuitia, quia in ſanguine delectabat. Quaſi aūt nihil eſt ante eū ſanguis. Tertia eſt aſtutia, ut. ſ. omnes occidēdo, ille non poſſet euadere, quem q̄rebat. Sed dr̄, Apprehendit ſapientes in aſtutia eorum. Quarta eſt diuina prouidentia, quæ ex tanta Herodis ſæuitia, tantam ſibi martyrum multitudinem copulauit. Sexto quidem uidendum eſt de tempore occiſionis pro eo, quod dicitur: Videns quòd illuſus eſſet a Magis, per quod datur intelligi, quod facta fuit eorū occiſio poſt Epiphaniam, ſed tamen ſecundum Glo. poſt annum, & quatuor dies puerorum occiſio facta fuit. Diſtulit enim triplici de cauſa. Primo propter diſcredentiam, quia ſecundum glo. Magis diſcredidit, putans eos falſa ſtellæ apparitione deluſos. Secundò propter aſtutiam, ut ſcilicet diſſimulando, puer in medium deduceretur. Tertio propter moram contractā, Iuit enim Romam a Cæſare citatus. Et ſic ferè per annum

Marginalia: Pro. 19. — Herodis ſæuitia contra pueros in tribus exceſſit. — Prou. 16 — Eccle. 8. — Iob. 5. — Innocētes, quo tēpore occiſi.

nū impeditus fuit. Septimo uidendū est de fletus matrū ꝓ eo ꝙ Rachael, & nō Iacob inducitur ad plorādum. Matres.n.cum sint magis passibiles consueuerūt plus dolere de filiorum aduersitate quā patres, & patres plus gaudere de eorū ꝓsperitate, quā mr̄es. Istud innuit Salomon dicēs: Filius sapiēs lætificat patrē, filius aūt stultus męstitia est matris suæ. Mater.n.plus diligit, & iō plus dolet, qn̄ filiū ꝑdit ꝙ aūt plus diligit ostēditur triplici rōne. Prima est, qm̄ mr̄ dat plus de subāa sua filio, q̄ pater, & iō maiorem partē vr̄ hr̄e. Secunda causa est, qm̄ matrem plus laborat circa filium, q̄ pater. Istud aūt circa quod magis laboramus, magis diligimus. Tertia cā est, qm̄ mater plus est certam, quā pater. Et iō mater diligit filium, tāquā rem certam, pr̄ uero aliqn̄ minus diligit, tanquam rem dubiam. Octauo uidendum est, de morte Herodis, pro eo quod dr̄. Erat usq; ad obitum Herodis. Mors.n.sua fuit mors pessima, quia manu propria se occidit. Herodes quidem iniustè effudit sanguinem paruulorum, & iō bibit sanguinem proprium, quem gladio in uētre immerso effudit. Bibit sanguinem filiorum, quia filios proprios interemit. Vnde Augustus Cæsar hoc audito, dixit. Mallem esse Herodis porcus, q̄ filius, quia cum sit proselitus, porcis parcit & filios occidit. Legit̃ ēt in quadā chronica, ꝙ Herodes quēdam filiū suū paruulū in Bethleē tradiderat nutriēdū, q cū cæteris paruulis occisus est. Et quia Herodes sic sitiuit sanguinē paruulū, sic bibit sanguinem propriū, & domesticum furorem diuinum: Iō pōt sibi cōuenire, qđ dr̄. Iustus es dn̄e, qui hoc iudicasti, quis sanguinem sanctorum tuorum fuderūt, & sanguinem dedisti eis bibere, ut digni sunt. Nono est uidendum de subtractione laudis, quia ecclesia subticet cantica laudis, & lætitiæ. Et hoc primo in signum fletus, quem mr̄es habuerunt. Secundo in signum status, quia.s. in limbum descenderunt. Tertio in signum incolatus, quem uirgo beata puer & Ioseph fugiēdo in Ægyptū fecerūt.

Prou.10

Mr̄ quare pl' filium diligat.

Apo.16

Magna compassione dignum fuit propter pueri tenerам ætatem, propter puerperij nouitatem, & propter Ioseph senectutem.

Sermo xliiij. Eodem Die sermo iiij. Herodis iniquam sententiam, Sæuitiam, paruulorumque innocentiam demonstrans.

Mittens occidit oēs pueros. In his uerbis tria tāguntur. Primo Herodis iniqua snīa cū dr̄. Mittes. Scdo eius sæuitia cum dr̄. Occidit. Tertio paruulorum innocentia cum dr̄. Oēs pueros. Sn ia aūt dr̄ iniusta tribus modis. Aut ex aīo, qñ ex ira uel turbatione profertur. Aut ex ordine, qñ ordo iuris omittitur, Aut ex cā quando sufficiens cā non suffragatur. pp hæc autem sententia Herodis iniusta fuit. Primo ex animo, quia ex ira, & perturbatione ipsam ꝑ rotulit. Nam in aduentu Magorum dr̄ ꝙ turbatus est, hic autem dr̄, ꝙ iratus est ualde. Ibi.n.turbatus est pp prodigij nouitatem, uel pp Romanorum timorem. Hic autem turbatus est pp Magorum deceptionem & timens regni sui amissionē. Et in tali turbatione, & ira snīam protulit. Et ideo eius sententia ex animo iniusta fuit.
Ioan.1. Ira enim uiri, institiam Dei non operatur. Secundo fuit iniusta ex ordine. Videtur.n.ad pueri inquisitionem ordinatè processisse. Primo.n.quæsiuit de loco natiuitatis a doctoribus legis; Secundo de tpe ab ipsis Magis. Tertio inquiri mandat de persona dicens. Ite, & interrogate diligenter de puero &c. Istum aūt triplicem inquisitionis ordinem insidiose faciebat, non ut puerum adoraret, sed ut perderet, & ideo eius snīa ex tali ordine fuit iniusta. Iō. Dan.7. assimilat ur so, in cuius ore erāt tres ordines dētiū. Iste uersus est
Thre.3. insidiator Herodies. Versus insidiās factus est mihi. Hic habuit in ore suo tres ordines, qa ab ore tres de Christo emanauerūt inquisitiones, sed tñ fuerunt ordines dētium & ursi, q̄a insidiose faciebat, & lacerare

intca•

intendebat. Tertio fuit ex causa, quia innocentes dãnauit. Nunc peccata tua ue. quæ operaberis prius iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens & dimittẽs noxios, iõ ipsi beati paruuli innocẽtes dãnati uindictam petunt a Deo dicentes. Vsquequo domine sanctus & uerus non iudicas & uindicas sanguinẽ nostrũ de his qui habitãt in terra. Secundo ponitur Herodis sæuitia cũ dr̃. Occidit. Et quia sanguinẽ innocentẽ iniuste damnauit, ideo iuste damnatus est. Vnde effusiõ sanguinis paruulorum nõ poterit in iudicio occultari, sed manifestabitur a terra reuelante. Reuelabit terra sanguinem suum &c. Terra ne operiaris san. meũ. Ab ipso paruulorum sanguine proclamante. Vnde dicit Iudex, Vox sanguinis fratris tui clamat de terra ad me. A tota cœlesti curia interpellante. Vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est. A Dei iustitia requirente, Sanguinem autem de manu tua requiram. Tertio ponitur paruulorum innocentia, cum dr̃, Pueros. In Herode quidem erat malitia, in istis innocentia. In illo caliditas, in istis simplicitas. In illo potentia, in istis infirmitas. Pugnabat ergo cum innocẽtia malitia, cum simplicitate caliditas, cum infirmitate potentia, & crudelitas. Sed in isto bello innocentia malitiam uicit astutiam simplicitas fregit, potentiam infirmitas superauit. Istud triplex bellũ adhuc quotidie gerit. Verti me ad alia, & uidi calumnias q̃ sub sole gerunt. Ecce quõ impugnat astutia simplicitatem, & lachrymas innocentium. Ecce quõ impugnant malitia innocentiam, nec posse resistere eorum uiolentiæ. Ecce quomodo impugnat potentia infirmitatem.

Dan. 13. Apoc. 1. Esa. 26. Iob. 16. Gen. 4. Psa. 78. Eze. 3. Eccle. 4.

Sermo xlv De S Thoma Cantuariensi sermo primus. A legitima causa ab intentione recta, a fineque commendatur perseuerantia.

PRo iustitia agonizare, ꝓ anima tua, & usq; ad mortẽ certa pro iustitia. Pugil fidelis, & miles strenuũ Eccl. 4.

in sua pugna tria dẽt habere, s. causam legitimā, intẽtionem rectā, & finalem perseuerantiā. Ab his tribus B. Thomas in sua passione commendatur. Primo à legitima cā cũ dr̃: Pro iustitia agonizare. Describitur autem iustitia, ꝙ sit uirtus reddens unicuique ius suũ, s. Deo obedientiam, superiori reuerentiam, pari concordiam, inferiori disciplinam, inimicis patientiam, miseris, & afflictis compassionem operosam, & sibi sāctimoniā. Pro tali iustitia S. Thomas pugnauit. Dedit .n. primo Deo obedientiam, quia maluit obedire Deo, quam regi contra Deum, & ideo regis iram contra se prouocauit. Obedire oportet Deo magis, q̃ hominib. Secundò dedit superiori reuerentiam, idest summo Pontifici. Nam cum quadam uice a rege arctatus toto eius annuisset, ab altari postmodum se suspendit, donec per summum pontificem est restitutus. In medio fratrum rector illorum in honore. Tertio dedit pari concordiam, unde dr̃ de eo, ꝙ saluo semper rigore sub decentia uestium, & apparatu vtensilium, concordabat morib. singulorum. Si fieri pōt, ꝙ in uobis est cũ omnibus hominibus pacem habentes. Quartò dedit subditis disciplinam, unde dr̃ de eo. Sapientia qua ꝑditus erat, in ecclesia malignorũ prohibebat insultus. Stultitia colligata est in corde pueri, & virga disciplinæ fugabit eam. Quinto dedit inimicis patientiam, quia in exilio positus pro Rege, ac Regno Angliæ ſp orauit, & suis occisorib. nullum impatientiæ verbum dixit. In patientia vestra possidebitis animas uestras. Sextò dedit miseris cōpassionem operosam, quia quotidie xiij. pauperũ pedes curuatis genibus abluebat, & post refectionẽ, cuilibet quatuor argenteos ꝓ eorũ vsibus cōsumẽdos erogauit. Septimo habuit in se sanctimonia, quia virginitatẽ seruauit, & carnem suā ieiunijs, & cilicio macerauit. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimonia &c. Et qa sic iustitiam seruabat pōt dicere. Iustitia indutus sum, & uestiui me sicut vestimento. Ille qui est indutus ab omni parte est tectus.

Iustitia quid.
Act. 5.
Ecc. 10.
Rom. 12
Pro. 29.
Luc. 21.
Heb. 12
Iob. 29.

Sic

Sic beatus Thomas iustitia fuit indutus à dextris, qa ipsam defendit in apice põtificialis dignitatis. A sinistris qa ipsã defendit in exilio relegatus. Ante se, qa ea q̃ sui prædecessores in piudiciũ ecclesiæ concesserant ipse noluit confirmare. Post se, quia in his q̃ petebat Rex assẽtire uoluit uidẽs imminere futurũ periculum animarum. Secundò cõmendatur ab intentione rectã, cùm dr̃ pro aĩa tua. Multi.n.sunt qui pugnãt pro substãtia sua, & pro pelle sua, & gloria sua, sed pauci pro aĩa sua, cum tñ ibi magna pugna requiratur. Regnum cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud &c. Et ponitur ibi triplex uocabulum uiolentiam designans.s. uim, & uiolenti rapiunt illud, ad designãdum q̧ tales triplicẽ uim debent inferre.s.rõni, intellectũ captiuando. In captiuitatẽ redigẽtes intellectũ. Voluntati, ipsã a suis cõcupiscentijs auertẽdo. Post cõcupiscẽtias tuas non eas &c. Et operatiuè opera fortia aggrediendo. Manum suam misit ad fortia. Vel potest dici, q̧ ponitur ibi illud triplex uocabulũ innuendũ, q̧, qui uult habere fortissimũ cœli castrum, debet hr̃e audacem animum, ne sit formidolosus, strenuũ conatũ, ne sit ociosus, tollerãtiam contra quodlibet aduersum, ne sit delitiosus. Ista tria genera hoĩem de bello deijciũt. Quis est hõ formidolosus, & corde pauido? ecce formidolosi. Quis est hõ, qui ædificauit domum nouã &c. Ecce qui ociosi uolũt in domo quiescere, & non ire ad laborem. Quis est homo qui desponsauit uxorem &c. Ecce deliciosi, qui delitijs uolunt uacare. Sed B. Thomas habuit audacem animum, quia contra Regem causam ecclesiæ audacter defendit. Strenuum conatũ, quia antequã uellet excedere in exiliũ se mitti pmisit. Tolerantiã contra quodlibet aduersum, quia mortẽ sustinuit. Tertio cõmẽdat a finali pseuerãtia, cũ dr̃, usq; ad mortẽ certa p iustitia. Verè vsq; ad mortẽ p iustitia pugnauit, qa pro ipsa defendẽda quadruplex martyriũ substinuit. Primũ fuit in rerũ ablatione quia fuit oĩb. reb. ecclæ spoliatus. Et q̃uis sãcti uiri ablatio-

Mat. 1.
Notandum.
2. Cor. 10.
Ecc. 18.
Pro. 40.
Deu. 20.
Thomæ martyriũ quadruplex

rem rerum libenter sustineant, dolent tñ inquantum erant substentamentum pauperum, & inq̃tum uideant ea cõsumi usibus impiorũ. Ista aũt talis patientia, qđdam martyrium est. Grego. Sine ferro martyres esse possumus, si patiẽtiam ueraciter in animo custodimus. Secundum fuit in suorum propinquorum persecutione, quod magnum dolorem & compassionem gñauit sibi. Greg. Qui dolorem exibet in aliena necessitate, crucẽ portat in mente. Tertium fuit in exilij relegatione, qa a patria sua fuit expulsus, & ꝑ diuersas prouincias exul effectus. Fuit. n. de numero eorum de quibus dr̃.
Heb. 11 Circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis egentes, angustiati, afflictionibus dignus non erat mũdus. Ipse. n. circuiuit, quia per diuersas patrias, & terras peregrinatus fuit, & in pellibus caprinis, quia cilicium deferebat, fuit egens, quia omnibus bonis spoliatus, & angustiatus propter compassionem afflictorum, affli-
Esa. 57. ctus propter perditionem inimicorum. Et quia mũdus eo dignus non fuit, ideo Deus de mundo ipsum abstulit. A facie malitię collectus est iustus. Quartum fuit in sua occisione, quia eius cerebrum sparserunt, & eũ crudeliter occiderunt, fuit enim de numero illorum,
Heb. 10 de quibus dicit̃. In occisione gladij mortui sunt. Gla-
Ps. 36. dium euaginauerunt peccatores &c. Sed certè gladius eorum intrauit in corda ipsorum, quia alij digitos discerpentes, alij sanie defluẽtes, alij paralypsi dissoluti, alij ementes effecti, miserabiliter mortui sunt.

Sermo xlvi. De eodem Sermo ij. Quomodo septem conditiones in morte repertæ, sanctitatem eius, atque iustitiam ostenderunt

IVstus iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. B. Tho. licet in uita ista fuerit, & iustus & sanctus in passione tñ sua fuit magis iustus, & sanctus ostensus, & hoc propter septem conditiones, quę in passione sua reperiuntur. Primo nanque fuit passus in loco sancto, i. in ecclesia ad innuẽdũ ꝙ ipse ecclesiã consecrabat,

sectabat,& ecclesia ipsum magnũ, & sanctũ ostẽdebat locus siquidẽ aliqñ sanctificat locatũ, sicut templum sanctificat aurũ. Quis maius est, aut aurũ aut tẽplum quod sanctificat aurũ? Aliquãdo uero locatũ sanctificat locũ, sicut corpus Christi,& reliquiæ sanctorũ, q̃ sanctificãt locũ in quo recundunt. Aliqñ uero locus sanctificat locatũ,& econuerso. Sicut patet in arca, q̃ tabulas sanctiores ostendebat,& tabulę arcã sanctiorẽ reddebãt. In hoc igit, ꝙ Thomas passus est in ecclesia, ipse ecclesiã sanctorum reddidit, & ecclesia ipsum sãctiorẽ ostẽdit. Secũdo passus est, in officio Sãcto, ad inuẽdũ, ꝙ de laude uiæ trãsibat ad laudem patriæ, ubi oĩa quæ sunt in homine conuertuntur ad laudẽ. Nã uisus allectus Dei admirabili uisiõe, clamabat. Valde admirabilis es dñe, & facies tua plena est gratiarum. Odoratus affectus tã mirabili. Odore. Trahe me post te curremus in odorẽ unguẽtorum tuorum. Auditus recreatus angelica iubilatione, dicit. Sonet uox tua ĩ aurib. meis &c. Os dulcoratũ laudẽ Dei. Repleatur os meũ laude &c. Manus iucundatæ Christi amplexatione. Oẽs gentes plaudite manibus. Tertio passus est in membro sancto, idest in capite sacro, oleo delibuto. Est aũt quadruplex caput, primũ est supersubstantiale. scilicet Deus istud nõ erat in beato Thoma lęsũ, sed diligenter cõseruatũ, nam instar serpentis corpus exposuit,& caput conseruauit. Secundum est rationale, qđ est ipsa mẽs, siue supior pars rõnis istud similiter non erat læsum pðr aliquã impatientiam, uel murmurationem. Vñ dicitur de martyribus: Non murmure sonat, non quærimonia &c. Tertiũ est spirituale, scilicet ipse prælatus, qui est caput ecclesiæ, & quantũ ad hoc psecutoribus, restitit,& corpus ecclesię defendit. Adimpleo ea, q̃ desunt passionibus Christi in carne mea pro corpore eius, ꝙ est ecclesia &c. Quartum est corporale,& istud feriendum exposuit, & caput Christi in se cõseruauit. Sicut opponit quis brachiũ, ut ab ictibus caput custodiat. Quartò passus est in tempore

Mat. 23. Hest. 15 Can. 1. Ibid. 5. Psal. 25 Psal. 46 Caput quadruplex. Col. 1.

sancto, s. in tpe Dominicæ natiuitatis, ad innuendū, quod sicut Christus natus erat in terris, sic ipse nascebatur in cœlis. Anima enim sancto modo cōcipit per bona proposita, parit autem per bona opera, nutrit uero per Dei uerba. Hoc autem hic gemendo, tunc autē faciet gaudēdo. Mulier amicta sole &c. Tunc anima est ami-
Apo.12 cta sole, qñ sequitur Christi conuersationē. Tunc hēt coronā duodecim stellarum, qñ seruat doctrinā duodecim apostolorum. Tunc habet lunam sub pedibus, qñ habet terrena subter affectibus. Clamat aūt quādo parit, quia in præsenti sęculo ingemiscit. Tandem raptus est filius eius ad thronū Dei, quia post generationem, quæ fit cū dolore in mundo, generātur filii eius cum honore in cœlo. Quintò passus est pro cā facta, quia pro libertate ecclesiæ defendēda. In ueteri lege nulla erat libertas, sed seruitus, licet em̄ haberēt liberū patrem, scilicet Deum, habebant tñ ancillam matrē, scilicet synagogā. Populus aūt sequitur uentrē, & uentris cōditionem quantum ad libertatem, & seruitutē. Erant tamē ibi quidā totaliter serui, qui scilicet habebant ancillam matrem, scilicet synagogam, & seruum
Ioan. 8. patrē, scilicet diabolū. Vos ex patre diabolo estis. In noua autem lege est libertas, quia nascimur ex libero patre scilicet Deo, & libera matre .s. ecclesia. Non su-
Gal.4. mus ancillæ filij sed liberę. Sunt tamen, & ibi quidā serui qui uidentur esse filij Dei, & ecclesiæ per fidē, &
Io.8. sunt filij diaboli per operationē. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Christus ergo uos seruos re-
1.Cor.7 demit. Pręcio empti estis. Redēptos, manumisit, idest
Io.8. extra potestatē Diaboli posuit. Si filius uos liberauit,
Ro.8. uere liberi eritis, liberos in filios adoptauit. Nō enim accepistis spm̄ seruitutis &c. Et de hoc chirographū
Esa.49. fecit. Ecce in manibus meis descripsi te. Talē igitur libertatē Thomas defendit, & ideo martyrium passus fuit. Sexto passus est inter manus sāctas, scilicet inter monachos. Corpus Christi postquā patri īmolatū fuit, a nullo prophano fuit cōtactū, sed a iuris sāctis fuit a

cruce

cruce depositum, & sepultum. Corpus aũt S. Thomæ fuit organũ Spiritus sancti, Margarita Dei, & hostia Christi ipsi aũt persecutores fuerunt canes, ideo non debuerunt tangere organum. Spiritus sancti, & quia erant porci, non debuerunt conculcare Margaritam Dei. Nolite sanctum dare canibus &c. & quia perse- Mat.7. cutores erant prophani, iõ non debuerunt contractare hostiam Christi. Corpus ergo B. Thomæ a ministris Dei tm̃ tangi debuit, postquam tãquam sacra hostia immolatũ fuit. Nam & in ueteri lege hostia Deo immolata nõ tãgebat, nisi manibus sacerdotum. Septimo erat approbatus ab angelis sanctis. Nam sicut dr: Dum requiem æternam diceretur, audite sunt uoces angelorum dicentium. Lętabitur iustus &c. Et hoc fecerunt angeli pp dubium tollendum. Cum enim nõ fuerit passus ab infidelibus, nec pp fidem, sed a Christianis & pro iustitia, uoluerũt angeli, ostẽdere hunc uerum esse martyrem pp consimile officium, qa officium angeli est ecclesiam defendere & custodire. Super muros tuos Ierusalem constitui custo. &c. Homi- Esa. 62. nes aũt eiusdem officij, & artis, honorem sibi impendunt pp priuilegium, angeli. n. sunt uirgines per naturam, & Thomas fuit uirgo per gratiam, & ideo tanquam sibi similem priuilegio speciali ipsum honorãt per laudem diuinã. Omne animal diligit sibi simile. Eccl. 13.

Sermo xlvij. De eodem sermo tertius. De quatuor eius præconijs.

QVi mihi ministrat me sequatur &c Beatus Tho- Io. 12. mas habuit quatuor magna pconia. Primo nãq; habuit plationem dignã, qua fuit Dei minister, vñ dr. Qui mihi ministrat, &c. Ad bonũ aũt ministrũ tria requirũtur. s. munditia, fidelitas, & prudentia. Nemo .n. vult ministrũ immũdũ, uel infidelẽ, seu fatuũ. De primo. Ambulãs in uia immaculata. hic mihi ministrabat. De alijs duobus. Quis putas est fidelis dispensator, & prudens &c. Beatus ergo Thomas fuit minister Dei pp munditiam, quia integram castitatem seruauit,

Ad ministrum bonum tria requiruntur.

Psa. 100.
Luc. 11.

uauit,& pp ſapientiam, quia iura eccleſiæ ſapiẽter defendit,& pp fidelitatem,quia de tribus,quæ ſibi cõmiſit,ſibi fideliter deſeruiuit,ſ.& de corpore per macerationem,de anima per ſinceram dilectionem, & de rebus per liberalem diſtributionem.Scđo habuit compaſſionem Chriſto conſimilem,& acceptam,iõ ſubditur,me ſequatur. In paſſione qdem Chriſti multa cõmendabilia fuerunt.Primum eſt libera uoluntas.Oblatus eſt qa ipſe uoluit. Similiter & Thomas uolũtariæ paſſus fuit.Vñ cũ monachi fores eccleſię clauderent, B.Thomas eas reſerans dixit,non eſt eccleſia vt caſtrum cuſtodienda,& ſic occiſoribus obuiauit.Secũdum eſt immenſa charitas, quæ tanta fuit in Xp̃o, ꝙ ſolus mori uoluit,& cæteros illæſos ſeruari pręcepit dicens . Si ergo me quæritis, ſinite hos abire . Silr & Thomas dixit,ſi caput meum q̃ritis, præcipio ex parte Dei,nę cuidam clerico,uel layco noceatis. Tertiũ eſt magna utilitas, quia Xp̃s paſſus eſt pro iuſtitia eccleſiæ acquirenda. Annunciaui iuſtitiã tuam in eccleſia magna.Silr & Thomas paſſus eſt pro iuſtitia eccleſiæ defendẽda. Quartum eſt deuotionis ſuauitas, qua Chriſtus tam plenus fuit, ꝙ inter uulnera Patri ſe cõmendauit dicens. Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum . Similiter & S. Thomas dũ occideretur dixit.Deo,& B.Mariæ,& ſanctis omnibus,& B. Dionyſio, cauſam ſanctæ eccleſiæ, & meipſum commendo.Quintum eſt conſtantiæ firmitas,tam conſtans.n. fuit Chriſtus,ꝙ non ceſſit pp iniurias uerborum,nec pp ſupplicia tormentorum . Similiter,& Thomas recepit contumelias cum ei dixerunt,Capite furem, ſuſpendite latronem,& proditorem.Multas iniurias in rebus proprijs,quia fuit oĩbus ſpoliatus.Et multa ſupplicia in tormentis,qa fuit in omnib. membris punitus &excerrebratus;ſed tñ in nullo potuit cõmoueri. Tertiò habuit uitam ſanctam,& hoc notatur cum dr: Siquis mihi miniſtrat &c. Ipſe.n. ſe totũ miniſtrauit Deo quia ſe totum diuinis obſequijs mãcipauit.Et ſicut

In paſſione Chriſti cõmendabilia.

Isa. 53.

Pſal.39.

eut in passione, sic & in uita se Christo conformauit. Christus namque habuit humilitatem, quæ maxime apparuit in pedum ablutione. Communitatem, quę apparuit in benigna conuersatione. Post hæc in terris uisus est, & cũ hominibus conuersatus est. Asperitatẽ, quæ apparuit in aduersorum perpessione. Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Similiter & B. Thomas tantam habuit humilitatem, quod singulis diebus pedes pauperum tredecim abluebat, & quatuor argenteos cuilibet tribuebat. Tantam habuit etiam communitatem, quod saluo honestatis honore, se omnibus conformabat. Seneca. Id agamus, ut meliorem uitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam, alioquin quos emẽdare uolumus, fugamus a nobis, & auertimus. Tantam habuit asperitatem, quod ieiunijs corpus suum macerabat, & cilicio membra sua donabat. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentiis. Quartò nunc habet claritatem æternam, cum dicitur. Vbi ego sum illic & minister meus erit. Circa quod notandum, ꝙ Christus est in dextra Patris. Sedes à dextris Dei, Et in gloria patris. Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris, Et in lumine patris Lucem habitat inaccessibilẽ. Et throno patris. Sicut & ego uici, & sedi cũ pr̃e meo in throno eius. Beatus ergo Thomas est in dextera Dei, quia recepit omnium beatorum affluentiam. Delectationes in dex. tu. vsque in finem. Est in lumine Dei, habet uisionem apertam. Videmus nunc ꝑ speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Est in throno Dei, quia habet regiam dignitatem. Nobilis in portis uir eius cum sederit cum senatoribus terræ. Est in gloria Dei, qui habet omnium bonorum securitatem, & æternitatem Aug. in li. confessio. ipse erit finis desideriorum nostrorum, qui sine fine uidebitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur.

Thomas in uita Christo fuit cõformis
Bart. 3.
Ps. 16.
Gala. 5
Mat. ultimo.
Phil. 2.
1. Thi. 6
Apo. 1.
Ps. 15.
1. Co. 13
Prou. ultimo.

Sermo xlviij. De S. Syluestro Papa sermo j. Constantini curatio, eiusque grata recognitio ostenditur.

Ecc.38. A Deo est oĩs medela, & a Rege accipies donationem. Constantinus imperator cum lepra esset pfusus, a Syluestro est curatus, & curanti non fuit ingratus. In uerbis præmissis primò ponit̃ eius miraculosá curatio, cũ dr̃. A Deo est omnis medela. Secundò Constantini grata recognitio, cum dicitur. A Rege accipies donationem. Circa primum notandum, ꝙ Constántinus curatus est per Syluestrum per uirtutẽ baptismi. Circa quẽ baptismũ quatuor personæ considerantur, s. Apostoli, Cõstantinus, Syluester, & Christus. Ex parte apostolorum fuit intimata materĩa & figura. Vñ dixerunt Constantino in uisu apparentes, quia horruisti effusionem sanguinis innocentis, Syluester ostẽdet tibi piscinam (ecce materia) in qua immersus tertio curaberis ab omni lepræ morbo, (ecce figura.) Materia enim baptismi est aqua, quæ fuit sanctificata tactu dñicę carnis, cum in Iordane ostendit uirtutem institutionis, cum dixit. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto &c. Aqua regenerationis quæ de latere emanauit, & bñdictione sacerdotis. Aug. Accedit uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Trina autem immersio fit ad designandum triduanã Christi sepulturam, & qđ à Trinitate habet efficaciam, & quod triplicem remittit culpam. s. originalem, actualem, & uenialem. Secundo ex parte Constantini fuit dispositio præambula. Disposuit enim se ad baptismum per tria, s. per contritionem, confessionem, & satisfactionem. Vñ legitur, quod ad ecclesiam sancti Petri uenit, & se de peccatis suis lamentabiliter accusauit. Baptizabantur a Ioanne confitentes peccata sua. Per opera pœnitẽtiæ, quia Syluester ante baptismum, unius hebdomadæ ieiunium sibi indixit. Christus nõ ieiunauit ante baptismum, quia nõ indigebat aliqua dispositione. Ieiunauit autem post baptismum, ad innuendum, quod qui

Marginal notes: Io.3. (beside "tutionis, cum dixit. Nisi quis renatus"); Mat. 3. (beside "de peccatis suis lamentabiliter accusauit").

qui in baptiſmo naſcitur, nouus homo efficit. Paulus autem & Conſtantinus ante baptiſmum ieiunauerũt, quia indigebãt diſpoſitione. Per opera miſericordię, quia añ baptiſmũ carceres aperire fecit. Beati miſericordes, qm̃ ipſi mĩam conſequentur. Tertio ex parte Syluestri fuit forma debita, & recta intentio, per quã ipſum intendebat uirtute baptiſmi ſanare in corpore & mente, vnde poterat dicere illud. Totũ hominẽ ſanum feci in ſabbatho. Tunc.n.fuit ſabbathũ pp pacẽ, quæ fuit eccleſiæ reſtituta. Quartò ex parte Chriſti fuit efficacia virtuoſa, quæ fuit triplex. Prima eſt, qa ipſum in baptiſmo curauit a morbo lepræ. Reſtituta eſt caro eius ſicut caro pueri paruuli. Secunda eſt, qa ſibi infudit lucem gratiæ, & hoc ſignificatur per hoc, ꝙ in baptiſmo eius mirabilis ſplendor lucis emicuit. Super apoſtolos deſcendit ſpiritus ſanctus in linguis igneis, quia in p̃dicatore requiritur lingua ignita ad inflammandum. Super Conſtantinum apparuit in ſpecie lucis, quia in principe requiritur lux ſapientię ad iudicandum. Tertia eſt, quia ipſum dignum fecit ſua uiſione, hoc ſignificatur per hoc, quòd Chriſtus Conſtantino in baptiſmo apparuit. Legitur enim, quòd Abſalon duobus annis facie Regis non uidit, tertio aũt uidit. Quia in lege naturæ contra peccatum originale inſtituta fuerunt ſacrificia, in lege Moyſi circuncisio, ſed neutrum iſtorum cœlos aperiebat, in lege autem gratiæ quaſi in tertio anno inſtitutus eſt baptiſmus, q cœlos aperuit, & homines dignos Dei uiſione fecit. Secundò ponitur Conſtantini grata recognitio, cum dr̃: Et à Rege accipies donationem, ipſe enim eccleſiam, Chriſti fundauit, unde legitur, quod de fundamẽto eccleſiæ ſancti Petri 12. cophinos terræ proprijs humeris aſportauit, unde dicit quædam glo. ſuper Iſa. 40. Edificabunt filij peregrinorum muros tuo. Sicut Conſtantinus, q Romæ. 12. Eccleſias in honore duodecim apoſtolorum fecit. Secundò fundatam dotauit, quia totam Italiam in dotem donauit. Dotauit me

Mat. 5. Io. 7. 2. Reg. 4. 2. Re. 12. Gen. 30

Dominus

Ecclesię filij. Dominus dote bona, mecũ erit vir meus, eo q genuerim ei sex filios. Et potest esse uerbum ecclesiæ, q hic dotatur, in futuro Christo cõiunget, eo s. q sex filios sibi generauit, apostolos, martyres, confessores, virgines, continentes & cõiugatos. Tertio dotatam priuilegijs cõiuit. Dedit .n. legem, quicunq; fugeret in ecclesiam saluus esset, & plures alias leges fecit. Christus

4. Reg. 9 tñ ecclesiam nobiliorib. priuilegijs communiuit, de quibus dr. Sanctificaui domũ hanc, ut ponerẽ nomen meum ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis dieb. Ecce quia Deus in ecclesia posuit nomen suum, oculos suos & cor suum. Et sic nominať nomine Dei, uidet oculis Dei, & vidit corde Dei. Propter primũ est famosa, & cognoscibilis nomine, i. ab ortu solis vsque ad occasum magnum est nomen

Prou. 1. meum in gentibus. Propter secundum est circunspe-

Esa. 33. cta, & infallibilis. Frustra iacitur recte a nte oculos pẽnatorũ. Propter tertium est perpetua, & immortalis. Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. Quarto priuilegiatam dignitatibus exornauit. Dedit .n. Siluestro coronam imperialem, & equum album.

Psal. 44. Voluit .n. ecclesiã ornare, quia sciebat ipsam esse summi Regis sponsam. Astitit regina &c. ipsam esse ad dexteram Dei collocandam, unde sequitur. A dextris tuis, ipsam immortalitatis stola induendam, ideo subditur, uestitu deaurato, ipsam angelorum multitudine, & obsequijs mancipatam, ideo subditur. Circunda ta uarietate.

Sermo xlix. De eodem sermo secundus Constantini necessitas, honorisque sublimitas, qua Siluestrum honorauit, exprimitur.

Eccl. 38 Constãtini necessitas triplex. HOnora medicum propter necessitatẽ. In uerbis præmissis duo ponuntur, s. Constãtini necessitas in quam incidit, & honoris sublimitas, qua Siluestrũ honorauit. Circa primum notandum quòd Constantinus triplicem necessitatem patiebatur. Prima erat corpo-

corporalis, quam patiebatur in carne sua, & ista erat morbus lepræ. Secūda erat spiritualis, qui erat in mē tem suā, & ista erat morbus idolatriæ. Tertia erat in gēte sua, & ista cābatur ex draconis infectione. Primum morbum curare volebat per innocentum sanguinis effusionem. Secundū augere uolebat per Christianæ religionis extirpationem. Tertium sedare uolebat per cerimonialium exhibitionem. Sed affuit cęlestis medicus, s. Syluester qui hunc triplicem morbū salubri remedio curauit. Primum namq; curauit per baptismi regñationem, quia, s. mox ut fuit baptizatus ab omni lepra fuit curatus. Restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli & mūdatus est. In carne quidē 4. Reg. 5
sua patiebatur triplicem morbum. Primus causabatur Constātini morbus triplex.
ex lepræ aspersione, & quantum ad hoc dixit restituta est caro eius. Secundus causabatur ex fomite concupiscētiæ, & isto per baptismum debilitatus est. Et quātum ad hoc dicit, Caro pueri &c. Tertius causabatur ex uetusta conuersatione quia in baptismo spoliatus est. Spoliantes uos ueterem hoīem &c. Et quantum ad hoc dicit. Mundatus est secundus erat morbus spiri- Col 3.
tualis, s. morbus erroris. Notandum autem quòd tunc erat triplex error. Primus gentilitatis & idolatriæ, & Error triplex.
iustum curauit, Syluester miraculis. Dabit uoci suę uocē uirtutis in miraculis, s. miraculosa curatione Cōstātini. Secundus erat iudaicæ perfidiæ, & illum curauit doctrinis, quia disputando cum Helena, & iu- Psal. 67.
dæis ipsos conuicit. Ego. n. dabo uobis os, & sapien- Luc. 21.
tiam &c. Et miraculis, s. resuscitatione tauri. Iudæi signa petunt, græci sapientiam quærunt. Syluester aūt græcis siue gentilibus sapientiam & iudęis signa pręb- 1. Co. 18
ebat. sapiētes. n. acquiescunt rōnibus, simplices miraculis, sed qñ utrūq; datur tunc, & rōnis miracula cōmendat, & miracula rationes confirmant. Tertius erat error prauitatis hæreticæ, & ille fuit Arrij, qui statim post Syluestrum adhuc tamen uiuente Constātino incœpit, qui dicebat Christum esse puram creaturam

turā. Et ille morbus curatus est doctrinis, quia Nicenū concilium congregatum est, ubi apertis rōnibus eius error confutatus est, & miraculis, quia Arrius crepuit medius & nephando ore, quo Christū blaspemauit ui scera sua euomit. Tertius morbus cābatur ex infectio ne draconis, & hunc morbū Syluester curauit p potētiam, quia ad praeceptum Petri & Pauli apostolorum ad ipsum descendit, & ibi tria fecit. Nā sibi praecepit, quod ibi Christum uenientem iudicem expectaret, os eius filio ligauit, & cum sigillo hēnte crucē sigillauit. Christus namq; uicit diabolum per potentiam; hoc significat prȩceptum, qđ ei fȩcit, per sapientiam; hoc significat ligationē, qua eū ligauit, per iustitiam qua apparuit in passione hoc significat sigillationem factam cū cruce. Secūdo ponitur honoris sublimitas. qua Syluestrum honorauit cum dr̄. Honora medicū.

Ecclesiȩ nomina Circa quod notādum quod ecclesia est uicaria Christi, uxor agni, thesauraria Dei, ostiaria paradisi. Primo igitur, quia ecclesia est uicaria Christi: Constantinus in se decessit. Dimisit.n. sibi sedem Romanae vrbis, & ipse in Costātinopolim sibi sedem locauit. Vnde ait in suo testō, ubi principatus sacerdotū, & Christianae religionis caput a cȩlesti Imperatore institutū est; iustum est, ut illic Imperator terrenus nō hēat p tātem. Secundo quia est sponsa agni, ipsam tanquam fidelis paranimphus nobiliter exornauit. Nam sicut legit in suo testō, dedit Syluestro coronam imperialē; super humerale & oīa imperialia ornamenta. Ordinans ēt, quod cardinales essent cōsules & patritij & imperialibus dignitatibus adornati. Tertio quia est thesauraria Dei, imperium occidentale sibi custodiendum commisit, & ipse ad partes orientales accedens. Costantinopolim aedificauit. Dabo tibi thesauros asconditos &c. Quarto quia erat ostiaria paradisi, iudicio suo se ligandum, & absoluendum supposuit. Vnde legitur in historia ecclesiastica, quod cum in Nicȩno cōcilio diuersi epi diuersos libellos Constantino praesentassent

Esa. 45.

sent,& ipse inter eos iudicaret,oēs libellos in ignem proiecit dicens, Deus uobis potestatē dedit de nobis iudicare,& ideo a uobis recte iudicamur. Vos aūt nō potestis ab hoībus iudicari. Vos.n.nobis a Deo dati estis dij,& cōueniens nō est ut homo iudicet Deos,sed ille de quo dicitur, Deus stetit in sinagoga Deorum.

Sermo I. De eodem Sermo iij. De quadruplici eius statu, & quomodo in omnibus Deo placuit.

IN diebus suis placuit Deo. Tota uita sanctorum est dies. Omnes uos filij lucis,& filij diei,& quia sancti uiri sæpe mutant status,ideo quot status habēt, tot dies continent. Beatus aūt Syluester fuit in quadrupli ci statu.s.subiectionis,prælationis,cōsummationis,& glorificationis. Et ī his dieb.i.statib.suis lucidis sp placuit Deo. Primo nanq; placuit in statu pfectionis per gratiam. Sunt aūt tria signa p q̄ pōt homo cognoscere utrū placeat Deo p gratiā. Primū ē exercere opera misericordiæ. Eleemosina uiri quasi sacculus cū ipso & gratiam hominis quasi pupillā conseruabit. Sicut.n. manus opponitur ut pupilla ab ictibus custodiatē,sic p eleemosinam tentationib. Diaboli anima conseruatē. Istud Siluester adhuc laicus habebat. De quo dr̄ quia hospitalitatem summopere exercebat. Hospitalitatē nolite obliuisci,per hanc.n.quidā placuerunt angelis hospicio receptis. Secundū signū est firmitatē cōscientiæ habere. Homo acharis; idest sine gratia quasi fabula uana. Et dicitur, Homo sensatus manet in sapiētia sicut sol &c. Istud Syluester habuit. Nam cū olim quēdā Xp̄ianū noīe Timotheū oēs Xp̄iani timerēt recipere,ipse eū recepit,& secū manere fecit. Tertium signū est habere spiritum prophetiæ. Spiritu sācto inspirati locuti sunt sancti Dei hoīes. Istud Syluester habuit. Nā cū p̄fectus sibi in crastinū diuersa tormēta minaretē, ꝓphetica uoce rn̄dit. Stulte hac nocte morieris tu, & uelis nolis uerū Deū quē colimus recognosces. qđ ita factū est. Secundo placuit in statu prælatio

Ecc.74. 1. The. 5. Signa p quæ pōt cognosci, non placeamꝰ Deo Ecc.17. Heb.13 Ecc.20. Ibid.37 2. Pet. 1.

nis per curam solicitam. Ipse.n.populum suum pauit uerbo prædicationis, per quod iudæos cõuicit, gẽtiles conuertit, & fideles instruxit. Pauit etiam exemplo reformationis, Vnde dicitur quod non solum a Christianis, sed etiam a paganis miro diligebatur affectũ. Erat enim aspectu Angelicus, sermone nitidus, & fide catholicus, charitate diffusus. Pauit tẽporali subsidio; Vnde dicitur quod omnium orphanorum, uiduarum; & pauperum nomina scripta habebat, & eis in necessa

2.Thi.2 rijs subueniebat. Propter ista tria dicitur. Exemplum esto fidelium in uerbo, s.prædicationis, in conuersatione, scilicet informationis, in charitate subministrationis. Tertio placuit in statu consumationis siue mortis, quia tunc gratiosum testm̃ fecit, in quo tria subditis delegauit, scilicet ut inter se charitatem haberent, ecclesias suas diligentius gubernarent, & gregem a luporum morsibus custodirẽt. Ista tria Paulus discipulis

Act. 20. suis pro testamento legauit dicens, Attendite uobis, & uniuerso gregi; ut, s.ipsum sincere diligatis, in quo uos sanctus Spiritus posuit episcopos regere ecclesiã Dei, scilicet diligẽtius gubernetis. Ego scio qm̃ intrabunt post discessionem meam lupi rapaces, non parcentes gregi, & ideo ipsum a luporum morsibus custodiatis. Et intelliguntur lupi dęmones, hæretici & tirãni. Debent quidem prælati custodire ecclesiam a mor

Luc.22. sibus dæmonum per orationem assiduã, Ecce satanas expetiuit uos &c. Et tu aliqñ conuersus confirma fratres tuos, s.per orationem sollicitam. A morsibus hære

1.Pet.3. ticorum per sanam doctrinam, Parati semper ad satisfactionem oĩ poscenti &c. A morsibus tirãnorum per firmam constantiam. Vnde quidam repræhenditur.

Eze.12. Nõ ascendisti ex aduerso &c. Quarto placet nũc Deo

Ps. 114. in statu glorificationis; Placebo dño in regione uiuo-

Beati tria Deo placẽt. rum. Sunt aũt tria per quæ beati placent Deo. Primum est identitas uoluntatis. Modo enim in malis uolũtas est Deo contraria, ideo Deo displicent. In bonis enim semiplena, & ideo imperfectæ placẽt, sed in bea-

tis

tis est perfecta,ideo perfecte placent. Vocabetis volũtas mea in eis. Secundum est identitas similitudinis: Similitudo quidẽ Dei in malis est deleta,ideo nõ cognoscuntur. In bonis est obscura, quia in corpore qđ corrumpitur,aggrauat. In beatis est clara. Simus,quia cum apparuerit similes ei erimus &c. Tertiũ est identitas amoris. Mali autem habent cor frigidũ. Sicut frigidam facit cisterna aquam suam &c. Boni habent cor calidum Concaluit cor meum intra me. Beati uero habent cor in ignem amoris totaliter conuersum, ideo vocantur scintillæ ignis. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundinetto discurrent.

Esa. 62. 1. Io. 3. Hier. 6. Psalm. Sap. 3.

Sermo li. De circuncisione domini sermo primus. Quomodo circuncisus fuit Christus à parentibus in parte corporis, & à Iudæis in omnibus sensibus.

INfans octo dierũ circuncidet in vobis. Quamuis Iesus fuerit infans octo dierũ, tñ circũcisione non indigebat. Cum.n. circuncisio data fuerit cõtra peccatum,& Christus fuerit sine peccato, non indigebat tali remedio. Ber. ꝙ non fecerit peccatum ætas ipsa manifestat, ꝙ non contraxerit, multo fortius probat patris diuinitas, & matris integritas. Est.n. sibi pater ab æterno,sed Deus est,in quem non cadit peccatum. Est sibi mater ex tẽpore, sed uirgo, nec parere potuit incorruptio corruptelam. Notandum autem,ꝙ circuncisus fuit Christus a parentibus in parte corporis, & à Iudæis in omnibus sẽsibus corporis. Primam autẽ circuncisionem voluit accipere,non pp indigentiã, sed propter congruentiam Cõgruum.n. fuit multiplici ratione. Primo ut legem impleret. Dico.n. Iesũ Christũ fuisse ministrũ circuncisionis &c. Secundò ut incarnationis ministerium diabolo occultaret. Sicut.n. piscis volens capere escam capit ab hamo, sic Diabolus uidens Christum circuncidi;uoluit ipsum capere, tanquam purum hominem in carne,& captus est diui

Gen. 8. Ro. 14.

nitate. Nunquid illudes ei quaſi auis? Tertio ut com-
Iob. 11. munitatem commendares. Bernar. Amator communi-
tatis, quomodo illā desereret, & alios ſcandalizaret?
ſicut enim ſcādalizantur chriſtiani uidentes aliquem
de genere chriſtianorum non baptizatum, ſic & iudęi
videntes ipſum non circuncisum. Quartò ne Iudæi
ſe excuſarent dicentes. Ideo te nō recipimus, qa con
tra legē facis, & de populo noſtro debes perire. Iuxta
illud. Maſculus cuius præputij caro circunciſa nō fue
Gonz. rit, delebitur anima eius de populo ſuo. Quinto vt no
17. ſtram naturam ſanaret. Sicut enim fit cauteriū in vno
membro, ut totum corpus ſanetur, ſic Chriſtus voluit
circuncidi, ut corpus eccleſiæ totum ſanaret. Circunci
Col. 2. ſi eſtis circunciſione non manufacta. Secundò fuit cir
cunciſus a Iudæis in omnibus partibus corporis, &
omnibus ſenſibus ſui corporis. Primo quātū ad aures,
Mat. 91 quia detraxerūt ſuæ potētiæ. In Belzebub principe dę
moniorum eijcit dęmonia. Et ſapientiæ ſuæ. Tu de
te ipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum
Io. 8. non eſt verum. Suæ miſericordiæ. Murmurabant pha-
Luc. 15. riſęi, & ſcribæ dicētes, quia hic peccatores recipit, &
manducat cum illis. Secundò quantū ad uiſum emi-
Luc. 19 ſit enim lachrimas compaſſionis. Videns ciuitatem
fleuit ſuper illam &c. Lachrimas amoris. Lachrima-
Io. 11. tus eſt Ieſus, ſcilicet ſuper Lazarum amicum ſuum.
Lachrimas doloris in ſua paſſione, ut habetur. Ter-
Heb. 5. tium quantum ad olfactum. Habuit enim odorē gra-
uem, fœtidum, & fœtidiſſimum. Odor grauis cauſaba-
tur ex poculo myrrhato, & abſinthiato. Odor fœti-
dus cauſabatur ex ſputis Iudæorum, & cadaueribus
mortuorum. Odor fœtidiſſimus cauſabatur ex ſpur-
citijs peccatorum. Peccata enim aerem inficiunt, & fę-
tidum reddunt. Corrupti ſunt, & abominabiles facti
Pſa. 13. ſunt &c. Quartò quantum ad guſtum, quia amarum po
tum ſibi propinauerunt, ſcilicet mixtum cum felle,
aceto, & mirrha, ut ſcilicet fel venenaret, myrrha ama
rificaret; acetum, quòd eſt penetratiuum; uenenum, &

amari-

amaritudinem per totum corpus deduceret. Quintò quantum ad manus, habuit enim manus ligatas uinculis amoris, qñ. s. fuit flagellatus ad columnam. Ne accideris in uinculis eius. Habuit manus perforatas largitate muneris. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Habuit crucifixas in exemplum pœnitentiæ finalis. Clauus aũt quo homo affigitur est timor Dei: confige timore tuo carnes meas. In his qnque sensibus, ideo voluit circuncidi, vt culpam Euę sanaret, & nos circuncidi doceret. Eua quidem incircũcisas habuit aures, quando suggestioni serpentis eas accommodauit. Oculos, quando pomum vetitum aspexit. Olfactũ, quando pomi odorem sensit, & sua mens inde allectata fuit. Gustum, quando pomum comedit. Manus, quando ipsas ad illud extendit. Nos etiam debemus in his quinque sensibus circuncidi, scilicet in visu, lasciuiæ consideratione. Quia dicitur, Ascendit mors p fenestras nostras. In auditu, de nociua auditione. s. detractionis. Si mordeat me serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detraxit. In loquela adulterationis prauæ. Syrena in delubro uoluptatis. In olfactu, a superuacua odoris requisitione, quia dicitur. Erit pro suaui odore fętor. In lingua, in verborum consideratione. In circuncisus labijs ego sum. In manibus remissa operatione. Remissas manus, & soluta genua erigite &c.

Eccl. 6. Ps. 144. Ps. 118. Circũcidendi quinque sẽsibus dẽmus. Hier. 9. Ecc. 10. Esa. 13. Esa. 3. Exo. 6. Esa. 10.

Sermo lij. Eodem die sermo secundus. De remedijs contra peccata, quæ Christus humilitatis causa assumpsit.

POstquã consumati sunt dies octo, vt circuncideretur puer &c. Humana natura in Adam adeo fuit corrupta, quòd omnes ab ipso propagati, corruptionem traxerunt, quia tota massa corrupta fuit, & delineatio uitiata. Et quamuis Deus animam puram infundat; tamen ex vase, id est corpore corrumpitur & Luc. 2.

uitiatur. Ideo Deus a principio posuit remedia, & cōtra ipsum peccatum instituit, quæ etiam Christus humilitatis causa assumpsit, quæ quidem sunt quinque sicut dicit Hug. de S. Victore. Primum fuit oblatio, & istud incepit in Abel, & durauit usque ad diluuium. Et istud remedium Christus assumpsit, qui quatuor ꝑ nobis Deo obtulit, s. carnem in satisfactionem. Adam. n. debebat satisfacere, & pœnam portare. Christus autem pœnam sustinuit, & sic satisfecit: Quæ non rapui, tūc exsoluebā. Disciplina pacis nostrę super eum. Leo. n. timet, qn̄ Catulus flagellatur, quanto magis Catulus timeret, si leonem flagellari videret, Sic & nos dēmus timere, qn̄ Christum uidemus sic flagellatum esse. Secūdo obtulit sanguinem in redemptionē nostram: Non corruptibilibus auro uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione, sed ꝓcioso sanguine agni immaculati Christi. Solent nāque, qui preciū persoluunt ipsum preciū numerare, uel appendere, uel mēsurare. Christus aūt sanguinem suum dedit in precium sine numero pondere & mensura. Tertio obtulit aīam suā in reconciliationē: Oīa autem ex Deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum. Et quia reconciliator dum se interponit, aliqn̄ a partibus vulneratur, sic Christus vulneratus fuit a Deo. Propter scelus populi mei percussi eū. ab hoīe fuit vulneratus. His plagatus sum in domo eorum, qui dilexerunt me. Quarto obtulit diuinitatem in fruitionem, & ista est beatitudo cōis nobis, & Angelis, Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum &c. In Christi tn̄ humanitate, homo in quinque sensibus beatificatur præ Angelis. s. in uisu, quia uidebit Christi humanitatem. In auditu quia audiet Christi dulcissimam uocem. In olfactu quia sentiet de corpore Christi mirum odorem. In ore, quia loquetur ore ad os cum Christo. In tactu; quia amplexabitur ipsum Christum. Secundum remedium fuit sacrificium. Et istud incœpit in Noe, & durauit usque ad Abraham. Istud autem Christus obtulit qn̄ in ara

Obtulit pro nobis Christ⁹ quatuor.
Ps. 68.
Esa. 53.
1. Pet. 1.
2. Co. 5.
Esa. 53.
Zac. 13.
Ioā. 17.
Not.

crucis Patri se in sacrificiũ immolauit. Omne sacrificiũ sacerdotũ igni cõsumetur. Et iõ Christus vt acceptabile sacrificiũ fieret fuit quintuplici igne inflãmatus; scilicet igne diuinitatis. Deus noster ignis cõsumens est. Igne amoris: Ignem veni mittere in terram: Igne doloris: Tristis est anima mea vsque ad mortẽ. Igne passionis. Ossa mea sicut cremium aruerunt. Et igne compassionis. Videns n. matrem sic angustiari & sic Apostolos dispergi, magno cæpi in corde cõpassionis igne cremari, Concaluit cor meũ intra me &c. Et quia isto quintuplici igne fuit circũdatus, ideo à planta pedis vsque ad verticẽ capitis fuit inflãmatus. Ab aspectu lumborũ eius, & deorsum ignis, & à lumbis eius sursum quasi aspectus splẽdoris visio electri. Tertiũ remedium fuit decimatio, & istud incœpit in Abrahã, & in Melchisedeh, & durauit vsque ad Christum. Sed tamen notandum, quòd sunt decimæ rerum: istas Christus nõ soluit, quia nihil habuit. Vulpes foueas habẽt, & volucres cœli nidos &c. Et sũt decimæ dierum: Istas Christus soluit quando xl. diebus, & noctibus ieiunauit. Sũt decimæ præceptorũ. Deus enim multa præcepta homini dedit. Decem autem sibi retinuit; istas etiam Christus seruauit & soluit, quia legẽ perfectè adimpleuit. Non veni soluere legem, sed adimplere. Sunt decimæ ordinũ, Deus enim fecit nouẽ ordines angelorum, & decimum hominum; Christus autẽ nouẽ oues, idest nouem ordines dimisit in deserto, i. in cœlo; & decimum, idest hominem venit quærere in mundo, & ipsum tanquã decimã repræsentauit Patri suo. Quartũ remedium fuit circuncisio, & istud Christus hodie accepit, cum tamen non indigeret. In peccato nanque originali quatuor sunt, scilicet culpa fomes, priuatio gratiæ, & carẽtia visionis diuinæ. In circũcisione enim auferebatur culpa nostra, debilitabatur cõcupiscentia, cõferebatur gratia, tollebatur diuinæ visionis carentia. Sed qa ianua nondũ erat aperta, iõ homo nõ poterat frui visione diuina. Christus

Leuit. 6. Igne quintuplici Christus fuit inflãmatus. Heb. 10 Luc. 12 Mat. 26 Ps. 101. Ps. 38. Eze. 28. Decimarum differẽtiæ. Mat. 8. Ibid. 6.

stus ergo nō indigebat circũcisione, qa in ipso nulla fuit originalis culpa, nec in carne sua aliquis fomes, vel aliqua cõcupiscẽtia, nec habuit priuationem, sed plenitudinẽ gratiæ. Etiam in terra degẽs, fruebat diui na uisione. Voluit tamẽ circuncidi, vt verũ corpus hu manum se assumpsisse ostenderet. Cũ enim Christus fuerit verus Deus, & verus homo. Quidam tamẽ dixe runt ipsum non fuisse Deum, sicut Arriani. Quidã ip sũ nõ habuisse verus corpus humanũ, sed fantasticũ, sicut Manichęi, ideo Ioannes vtrunq; errorẽ exclu- dẽs dicit. Tres sũt q testimoniũ dant in cœlo, Pater, Verbũ, & Spiritus Sanctus. Quia. n. Christus fuerit na turæ cœlestis. i. diuinæ, testimonium dat Pater cũ di- xit: Hic est filius meus dilectus, &c. Testimoniũ dat filius, cum ait: Ego, & pater vnum sumus. Testimoniũ dat Spiritus Sanctus, qui super ipsum in specie colũ- bæ apparuit. Quod autem fuerit verus homo, testimo niũ dat spiritus, aqua, & sanguis. Ad cõpositionem. n. hominis duo requirunt. s. anima rationalis, & corpus humanum. Quòd autem habuit animam rationalem, patet ex eo, ꝙ inclinato capite tradidit spm̃. Quod vidẽs Centurio ait. Vere filius Dei erat iste. Quòd ve ro habuit verum corpus humanum, patet ex eo, ꝙ ex corpore eius exiuit sanguis & aqua, & ideo postquã Ioannes dixit. Spiritus, subdit, aqua & sanguis. Cũ. n. ad compositionẽ corporis humani quatuor elementa concurrant, s. terra, aqua, aer, & ignis. Et ad vegetatio nem eiusdem quatuor humores consimiles illis con- ueniãt, videlicet sãguis, colera, flegma, melãcolia. Iõ vt veritatẽ humani corporis Ioannes demonstraret, vnum ex elementis scilicet aquã, & vnũ ex humori- bus; scilicet sanguinẽ, aperte posuit, vt ex hoc ostẽde ret corpus Christi ex quatuor elementis cõponi, & ex quatuor humoribus vegetari. Quintum remediũ fuit baptismus. Est autem triplex baptismus, quẽ Christus assumpsit, scilicet, fluminis, sanguinis, & flaminis. Ba- ptismũ fluminis accepit, vt aquas sãctificaret. Omnia enim

Christ⁹ verus De⁹, vt verum homo.

1. Ioã. 5

enim elementa erant immunda, sed ipse sanctificauit. Terrā scilicet per ipsam gradiendo. Aquam, in ipsam se baptizari faciendo. Aerem, non sub tecto, sed in aere patiendo. Ignem Spiritum sanctum in specie ignis mittendo. Secundò baptizari uoluit baptismo sanguinis, vt scilicet nos à peccatis nostris lauaret. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et ibidem. Lauerūt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ex quo patet, quòd sanguis Christi habet dealbare, instar lactis. Lac enim dicitur sanguis dupliciter coctus, scilicet igne amoris, & doloris. Verè igitur sanguis Christi est instar lactis, qui non dupliciter, sed quadrupliciter fuit excoctus, s. igne amoris, doloris, passionis, & compassionis, de quibus supra dictum est. Tertiò fuit baptizatus, baptismo flaminis. Iesus autem spiritu sancto plenus, regressus est à Iordane, ut plenitudine sua nobis effunderet. De plenitudine eius omnes accepimus. In alijs enim sanctis fuit plenitudo instar vasis, quia habuerunt gratiam sufficientem. In B. Virgine plenitudo instar fontis, quia habuit gratiam iugiter emanantem. In Christo plenitudo instar fluminis, quia habuit gratiam omnibus affluentem.

Baptismus triplex baptismus in quē Christus assumpsit

Apo. 1.

Luc. 4.

Io. 1.

Sermo liij. De eodem festo Sermo iij. De nominibus atque cognominibus Christi.

VOcabitur nomen eius Emanuel. Circuncisio s͞m Bernard. pertinet ad veritatem humanitatis. Nomen uero gloriam indicat maiestatis. Habuit autem Christus quatuor nomina ꝓpria, & quatuor cognomina. Propria nomina sūnt Christus, Iesus, filius Dei, & Emanuel. Primum ergo nomen eius est Iesus, qđ interpretatur saluator. Ipse enim saluauit nos a peccato originali, mortali, & ueniali, ideo dicitur: Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Ad ista tria peccata sananda, Christus triplex vulnus accepit, scilicet vulnus lateris, ut sanaret

Esa. 7.

Primo.

Mat. 1.

originale

originale peccatũ, quia Eua de latere viri est formata a qua originale incepit. Vulnus manuũ, vt sanaret actuale, q̃a in manibus operatio designatur. Vulnus pedum vt sanaret veniale, q̃a per pedes designantur effectus. Secundum nomen est Xp̃s, qui interpretat̃ vn

Psal.44. ctus à Patre vnctione carismatis. Vnxit te Deus &c.

Tho.10 A matre vnctione lacrimationis .s. in morte. Flebat igitur eius mater irremidiabilibus lachrymis &c. A Magdalena vnctione deuotionis. Maria accepit li

Io. 12. brã unguenti nardi pistici &c. A Iudæis vnctione san

Gen.37. guinis. Tulerunt tunicam eius, & in sanguine hędi, quẽ occiderant, tinxerunt. Tertium nomen est filius Dei. Et ꝙ hoc nomen sibi cõueniat multis modis o-

Luc. 1. stenditur, vt dicit Hylarius de triplici noĩe. Filius al

Psa. 109 tissimi uocabitur; Natiuitate, q̃a ex eo non põt nasci

Io. 10. nisi Deus. Ex utero ante luciferum genui te. Natura,

Ioan. 5. q̃a eandem cũ Patre habuit naturam. Ego & pr̃ vnum sumus. Potestate. Quæcũq; Pater fecerit, hæc & filius silr̃ faciet. Professione, q̃a professio siue ꝓtestatio fa-

Mat.1. cta est à Patre de cęlo. Tu es filius meus dilectus. Ab

Mat.16. aplõ in mundo. Tu es Xp̃s filius Dei viui. Ab ange-

Luc. 1. lis de Paradiso. Hic erit magnus, & filius altissimi uo

Luc. 8. cabitur. A dæmonib. de inferno. Quid mihi, & tibi Ie

Heb.1. su filij Dei summi? Quartũ nomen est Emanuel, qđ

Mat.17. interpretatur nobiscũ Deus. Ipse.n. est nobiscũ gñalr̃

Ioan. 1. per potentiam. Portans oĩa uerbo uirtutis suæ. Specia

Mat. vltimo. liter per gratiã, Vbi sunt duo vel tres congregati in noĩe meo &c. Singulariter per naturæ unionem. Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sacramen

Gen.27. taliter per sui corporis dimissionẽ. Ecce ego uobiscũ sum oĩbus diebus &c. Secũdo habuit quatuor cognomina, quorum primum traxit à patria. Et sic dr̃ Iesus

Can.2. Nazarenus, qui interpretat̃ flos. Ipse.n. floridus fuit,

Esa.53. & odoriferus. Iuxta illud: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni &c. Ipse.n. tãquã in agro liliũ cãdẽs in natiuitate. Ego flos cãpi & liliũ conualliũ. Fuit viola liuida in flagellatione. Liuore eius sanati sumus. Fuit

rosa

rosa rubens in passione. Quasi plantatio rosæ in Hierico. Secūdum cognomen traxit à prouincia. Et dictus est Iesus Galilæus a Galilæa. Galilæa namque interpretatur transmigratio. Christus assumpserat mortalitatem quo ad corpus. Passibilitatem quo ad animam. Multiplicem miseriam, quo ad utrunque. Sed in resurrectione transmigrauit de ipsa mortalitate ad immortalitatem quò ad corpus. De passibilitate ad impassibilitatem quò ad animam. De miseria ad gloriā quo ad vtrunq;. Leo Papa post passionem. Infirmitas in uirtutem. Mortalitas in æternitatem. Contumelia in gloriā. Tertium cognomen traxit à parētela, & progenie sua. Et sic dictus est Iesus filius Dauid. Inter cæteras virtutes Dauid habuit humilitatem, & pietatem, ac gratiæ plenitudinem. Fuit filius Dauid non tm̄ carne sed morum similitudine. Habuit enim humilitatem. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Pietatem Videns ciuitatem fleuit super illam &c. Gratię abundātiam. Vnxit te Deus. Deus tuus oleo lętitiæ &c. Quartum cognomē traxit ab ipso euentu. Et sic dictus est Iesus crucifixus. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Pulchrum enim est cognomen, quod ostendit eius victoriam, & triumphum, quia per passionem de dæmonibus triumphauit, Expolians principatus, & potestates &c. quod ostendit eius meritum. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, quod nobis præbet exemplum, ut si uolumus cum eo regnare in cœlo, studeamus pro ipso pati in mundo. Christus passus est pro nobis, nobis relinquēs exēplū.

Ecc.24. Mat.11. Luc.19. Ps. 44. Col.2. Phil.2. 1.Pet.1.

Sermo liiij. Eodem die Sermo quartus. De nominibus officialibus, & communibus Christo competentibus.

VOcabitur nomen eius magni consilij Angelus. Angelus enim nomen officij, non creaturæ est. Christus ergo dicitur angelus, non quantum ad Esa. 9.

naturam,

naturam, sed quantum ad officium. Notandum autem quòd Christus habuit quatuor nomina officilia, & quatuor nomina communia. Primum est Angelus, quod sibi competit ab officio nunciandi. Homo quidam afficiebatur circa vana, circa carnalia, & terrena: Venit
1. Io. 2. Christus, & nobis contra uana nunciauit æterna. Hæc est promissio, quam ipse pollicitus est, vitam ęternam.
Eph. 1. Contra carnalia annunciauit spiritualia. Benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo. Contra carnalia, & terrena annunciauit cœlestia. Vnde quosdam obstinatos repræhendebat dicēs.
Ioan. 3. Si terrena dixi uobis, & non creditis &c. Secundum est magister, quod nomen sibi competit ab officio docendi. Docet enim tres vtiles lectiones, de quibus dicit Augustinus. Christus est qui docet, audiamus, timeamus, & faciamus. Debemus enim ipsum audire si-
Esa. 50. cuti magistrum discipuli. Dedit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum. Timere sicut dominum serui.
Mal. 1. Si ego dominus; vbi est timor meus. Ipsum honora-
Ibid. re, eius præcepta faciendo, sicut patrem filij. Si pater ego sum, vbi est honor meus? Tertium est medicus, quod nomē sibi competitur ab officio sanandi. Homo fuerat infirmatus ex nimia commestione, quādo, scili
Ecc. 37. cet Adam pomum vetitum comedit. Propter crapulā
Esa. 1. multi obierūt. Ex corrupto sanguine. Manus vestrę sā
Hier. 6. guine plenè sunt. Ex nimia infrigidatione. Sicut frigi
Ps. 13. dam facit cisterna aquā suā &c. Ex superfluo, & corrupto humore. Corrupti, & abhominabiles facti sūt &c. Primam infirmitatem sanauit per dietæ obseruationem, quando quadraginta diebus ieiunauit. Secūdam per minutionē, quando in pedibus, & brachijs perforatus fuit. Tertiò per sudorem, quando sanguineum sudorem effudit. Quarto per amaræ medicinæ sumptionem, quando uinum myrrhatum, & fel in cruce assumpsit. Quartum nomen est aduocatus, quod sibi competit ab officio aduocandis. Allegat autem in sua aduocatione, Dei innatam misericordiam. Scio quia

tu

tu Deus es clemẽs, & misericors es &c. Hominis mul tiplcem miseriam. Sensus, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua., Et suiipsius sanctificationem exhibitam: Opus consummaui, quod dedisti mihi, ut facerem. Secundo habuit quatuor nomina communia, ut dicit Isidorus. Primum est Eloy, idest Deus. Est autem secundum Damascenum, idem quòd currere, & fouere, ardere, & considerare. Ipse enim in nobis currit, & currere nos facit per operationem sollicitam. Non est uolentis, neque currentis &c. Fouet dando perseuerantiam. Deus est qui operatur in nobis uelle, & perficere. Ardet dando charitatem ignitam. Deus noster ignis cõsumens est. Considerauit per sapientiam profundam. Oculi Domini multo plus lucidiores super sole. Secundum nomen est Adonai, idest dominus. Sicut enim dicit Cyprianus, Dominus debet habere terrorem, ordinationẽ & amorẽ. Quis non timebit te, ò rex gentium? Debet amari. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Debet eius ordinatio seruari, quia sapienter ordinat vniuersa. Ipse sapientiæ dux est, & sapiẽtiũ emẽdator. Tertium est Sabay, idest omnipotens, quamuis autem sit omnipotens, tria tñ sunt quæ non potest. Nõ enim potest pœnitenti ueniam denegare. Negare semetipsum non potest. Nec potest inuito gratiã afferre sicut Anselmus ait. Nec potest innocentem punire. Festina & saluare, quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illic. Quartũ est Helyon, qđ est excelsus. Deus enim habet excelsum sapientiæ, potẽtię, & misericordiæ. Habet autẽ hõ humile, infirmitatis humanæ quo ad corpus, ignorantiæ quo ad animam, & multiplicis miseriæ, quo ad utũque. Deus .n. de excelso potentiæ respicit humile infirmitatis humanæ, dando uirtutem malo resistendi. Omnia possum in eo qui me confortat. De excelso sapientiæ respicit humile nostræ ignorantiæ dando lumen cognoscendi. Io. primo. Illuminat omnem hominem venientem in hunc

Io. 4. Gen. 8. Io. 17. Eloy quã Christ⁹ competat. Rom. 9. Phil. 2. Deut. 4. Eccl. 23. domin⁹ qd habere debet. Hie. Io. Mat. 22. Sap. 7. Not. 2. Ti. 2. Gen. 9. Phil. 4.

hunc mundũ. De excelso misericordiæ respicit humi le nostræ miseriæ, dando effectum miserẽdi. Q̃uo mi-
Ps. 102. seretur pater filiorum. Propter ista tria. Excelsus dñs,
Ps. 137. & humilia respicit. Licet enim sit excelsus per poten tiam, patientiam, & misericordiã; respicit tñ humilia, .s. infirmitatem humanam, ignorantiam, & miseriam.

Sermo LV. De eodem festo Sermo quintus.
De Nomine Iesu.

VOcatũ est nomen eius Iesus. Istud nomẽ Iesus est gloriosum sua sublimitate; virtuosum sua potestate & delitiosum sua suauitate. Sublimitas. n. eius ostẽdit, Cũ dr̃: Deus illum exaltauit, & dedit illi nomen,
Phi. 2. qđ est sup oẽ nomẽ &c. Ipsum quidem nomen hẽt in reuerentia Deus; ideo dr̃, quia Deus exaltat illũ. Habet in reuerentia angelus, vnde dr̃. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiũ. Habet in reuerentia, & timore Diabolus; ideo dr̃: Infernorum. Habet in reuerentia creatura, & rationalis, ideo dr̃: Terrestrium. Habet in reuerentia creatura .s. rationalis, ideo dicit̃, Et omnis lingua cõfiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Secundo est uirtuosũ sua potestate, cuius verbis notatur. In nomine meo dęmonia eijcient &c. Deus quidem volens infirmitatẽ nostram sanare, primo radices huius infirmitatis ꝑ hoc nomen euellit. Aufert etiam radicẽ superbiæ, ideo dr̃.
Iob. 41. In nomine meo dæmonia eijcient. Dęmon enim est rex super omnes filios superbiæ. Aufert etiam radicẽ auaritiæ, ideo serpentes tollẽt. Auarus enim instar serpentis terram comedit. Aufert radicem luxuriæ, ideo dicit̃. Et si mortiferum quid biberint, non eos nocebit &c. Luxuria enim totum hominem uenenat. Iux-
Pro. 23. ta illud. Sicut regulus uenena diffundet. Ablatis radicib. infirmitatis, sanantur accidentia, quæ cõsueuerũt remanere post infirmitatem, sicut languor, & põderositas ad bonum, ideo subdit̃. Super ægros manus imponent, & bene habebũt. Deinde totus hõ renouatur, &

ad ſtatum priſtinũ perducitur,ideo ſequitur, Linguis loquentur nouis. Tertiò eſt delitioſum ſua ſuauitate. Delectat namq; guſtum ſua dulcedine. Si quis bolum in ore ſuo haberet, qui ex omni parte melle circũdatum eſſet multã dulcedinem ſentiret. Iſtud nomẽ Ieſus triplici dulcedine eſt inuolutum, ſ.dulcedine diuinitatis,carnis,& animæ. Iſte.n.tres ſubæ dulciſſimæ ſunt in Chriſto,quibus nomẽ Ieſus eſt inuolutũ. Et ideo ſuaue eſt atq; dulciſſimum. Secundo delectat auditum per melodiæ ſuauitatem. Sonus namq; melodiæ conſurgit ex flatu in uas muſicum. Flatus eſt diuinitas,uas muſicum eſt corpus dñicum. Et ex hac duplici natura,diuina.ſ.& humana, conſurgit tanquam ſonus muſicus hoc nomen Ieſus, quod ſpiritualẽ auditum delectat. Bernar. Ieſus in ore mel, in aure melos, & in corde iubilus. Tertio delectat uiſum per ſpeciei amænitatem. Oculus non delectatur circa colores extremos,ſ.album uel nigrum,ſed circa medios colores. Color albus qui uiſus diſgregatiuus eſt ipſa diuinitas, ad cuius aſpectum oculus cordis non põt aſſurgere præ ſuę locis immenſitate. Color niger eſt humanitas eius in paſſione eius nimiũ denigrata, ad cuius aſpectũ oculus non põt aſſurgere prę nimia cõfuſione. Iõq; Chriſtus quoddam temperamentũ fecit,& nomẽ Ieſus ſibi imponi uoluit, qđ eſt quaſi color medius ex albo diuinitatis & nigro humanitatis cãtus,cum ſibi competat rõne utriuſq; naturæ. Quarto delectat olfactũ præ odoris magnitudine. In Chriſto nãq; fuerunt tres ſpecies aromaticæ,ſ.balſamũ naturæ diuinæ;cinnamomum deuotæ aĩæ,& mirrha carnis mortificatę. Sicut cinnamomum & balſamum aromatizans. Ex his conſurgit aromaticus ſ. hoc nomen Ieſus,qđ eſt conditum balſamo diuinitatis precioſæ, cinnamomo deuotæ aĩæ,& myrrha carnis mortificatæ. Quinto delectat tactum præ ſui mollitie & lenitate. Tactus non delectatur circa dura ſed mollia,nec circa aſpera,ſed manſueta,nec circa rigida,ſed flexibilia.

Eccl.24

Sap. 11.

Sap.11. bilia. Olim Deus erat durus ad inferendũ iustitiã: Illos tãquã durus rex ĩterrogãs cõdemnasti. erat rigidus & inflexibilis ad ueniã. Habebat asperitatẽ, Per seueritatẽ nimiã mutatis es mihi in crudelẽ. Sed mõ Chri-
Iob. 30. stus est unctus. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ
Psal.44. prę consortibus tuis &c. Et iõ factus est mollis ad misericordiam, flexibilis ad ueniam, mitis ad gratiam.

Sermo lvi. De Epiphania domini sermo 1. Magorum Sapientia, & diligentia, & quare moti sunt Christum quærere, ponitur.

ECce magi ab oriente uenerunt &c. Christus in hũc mundum venit, ut regnũ suũ recuperaret, & Dia-
Matt.2. bolũ inuasorẽ eijceret. Nunc iudiciũ est mundi, nunc princeps huius mũdi eijciet foras. Et ideo milites suę curię, s. angeli ad ipsum uenerũt, ut sibi gratias agerẽt
Ioã.12. dicẽtes, Gloria in altissimis Deo. Deinde uisitauerunt eũ populares, idest pastores, ut eius Dominũ recognoscerent. Hodie uisitauerũt eũ principes & barones, vt sibi fidelitatem facerẽt, & munera offerrẽt, iõ dr̃. Ecce magi uenerunt &c. Circa istos magos tria ponuntur. Primo eorũ sapientia. Dicuntur. n. magi a sapĩa. Nam gracè philosophus. hebraicè scriba, latinè sapiẽs, per
Magorũ diligẽtia in q̃rendo Christũ se magus vocatur. Eorũ autem sapĩa in hoc apparet, q̃ Christũ sapiẽter q̃siuerũt, ex eo. s. qđ habuerunt desiderium in q̃rendo, studium in interrogando, & mansuetum animum in acquiescendo & quia ista habuerunt, ideo Christum inuenire meruerunt. Magnum. n. desiderium habuerunt, quia singulis annis super montem victorialẽ ascendebant, & Deum, ut stellam a Balaam propheta prædictam eis ostenderet exorabãt. Sap. vj. Præoccupat, q̧ se concupiscunt, ut sese illis prior ostẽdat. Secundo habuerunt studiũ in interrogãdo dicentes. Vbi est q̧ natus est &c. Interogauerũt eũ a sapienti-
Heb. 4. bus, s. legis doctoribus. Consilium semper à sapiente perquire, ideo magi vt sapientes interrogauerunt in

Hierusalem

Hierusalem. Vbi erant scribæ, & legis doctores, de re vtili, & necessaria, nõ curiosa. Ne dicas, q̃d putas cau Eccl. 7.
sę est, ꝙ priora tpa meliora fuerunt, q̃ nunc sunt &c. Interrogauerunt animo inueniendi, & addiscendi, non tentandi. Vnde dr̃. Interrogauit eum vnus legis Mat. 22.
doctor tentans eum &c. Tertio habuerunt quietũ ani Magorũ
mum acquiescẽdo. Triplex. n. instructio facta est eis. triplex
Vna a cœlo per stellam, alia ab hoĩe per prophetam, instru-
tertia a Deo per reuelationem internam. Acquirunt ctio.
ergo stellæ eius ducatum sequentes, prophetiæ locũ quærentes, & inspirationi diuinæ ad Herodem non reuertentes. Sed multi sunt qui instructionibus crea- Roma. 1
turarum non acquiescunt, cum tñ dicatur inuisibilia Dei a creatura mundi per ea, quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, & verba Dei contemnunt. Sapiam atq; doctrinam stulti despiciunt, & diuinum inspira torum extinguunt. Spiritum nolite extinguere. Scdò Prou. 1.
ponitur eorum sollicitudo, & diligentia, cum dr̃. Ab 1. Thes.
oriente venerunt. Hierony. Voluit aũt Deus primi- 5.
tias gentium vocare potius ab oriente, quam ab alia regione, ex eo, ꝙ regio orientalis erat odiosa, ac immunda, & maledicta. Odiosa quidem erat ex eo quod Notãdũ
ibi orta erat prima præuaricatio. Voluit ergo Deus, vt ubi fuerat principiũ nr̃æ p̃uaricationis, inde ꝓdiret in gentibus principiũ nostrę viuificationis. Hinc est, ꝙ dñs in cruce positus dorsum habuit versus oriẽ tem, vt ait Damasce. lib. 4. ad significandum, ꝙ culpã ibi contractam post dorsum posuerat, nec ulterius ipsius recordari uolebat. Secundo erat immunda, quia fuit prima effusione sanguinis, s. Abel fędata, & per fumum incensorum idolatriarum maculata. Et ideo voluit Deus, vt quę immunda fuerat per effusionem sanguinis, mundaretur per apparitionem noui syderis. Hinc est ꝙ Dñs in cęlum ascendens ad orientem ascendit. Iuxta illud, Qui ascendit super cœlum cœli ad orientem, ut per sacram ascensionem sui corporis mundaretur infectio aeris. Tertio erat maledicta, q̃a

prima maledictio ibi fuit data qñ dixit, Maledicta terra in opere tuo. Voluit igitur Deus vt ubi ortū habuit maledictio prima, ibi oriretur gētibus prima benedictio. Hinc est ꝙ Iudæi adorant ad occidentem, Saraceni ad meridiem, Christiani ad orientem, ex eo ꝙ prima benedictio grẽ inde uenit. Oportet præuenire solē ad benedictionem tuā &c. Tertio ponitur aduentus ipsorum cā motiua ubi dr̄. Vidimus.n.stellam eius in orientem. Circa qđ notandum, ꝙ per quatuor ad ueniendū moti sunt. Primo per stellam apparentem. Videbant.n. ipsam ab alijs differre situ, quia non erat in firmamento cū fixis, nec in æthere cū cęteris planetis, sed in aere vicina terræ. In motu, quia ẜm Damascenum qñ mouebatur ab oriente in occidentem, qñq; ex aquilone in austrum, & qñq; ab oriēte in meridiem, & a meridie in aquilonem: Sic.n.ẜm Chrys.faciet Palesti na respectu perfidis in luce, quia lucem suā non poterat solis claritas obumbrare. In illuminationis tpe, quia non solum in nocte, sed etiā in die lucebat. In illuminationis interpollatione, q̃a qñq; occultabatur, & qñq; apparebat cum aliæ stellæ non occultarunt nisi per extrinsecum impedimentū. Secundo moti sunt ad ueniendum per angelum imperantem. Augu. in sermone, Si dicturus es, A quibus magi audierunt, qđ talis stella puerum tm̄ significaret, profecto ab angelis aliqua monitione reuelationis, & subdit, Potuerūt illis angeli dicere, Ite & adorate eū, ubi natus est, & simul iudicate qualis, quātusque, & qui natus sit. Tertio moti sunt ad ueniendum per puerū alloquētē. Nam sicut refert Chryso. magis supra montē existentibus stella hñs formā pueri paruuli cuius capite erat crux ad eos descendit, eisq; dixit, vt in Iudæam ꝑgerent, & ibi natum puerū inuenirent. Quarto moti sunt ad ueniendum per diuinā inspirationem reuelantē, vnde dicit Leo. Præter illam stellę speciem, quę corporeum incitauit obtutum fulgentior ueritatis radius eorū corda perdocuit, Bern.

Gen. 3.

Sap. 16.

Magi cur Christus quęſierunt.

Profecto

Profecto qui magos adduxit, ipse & instruxit; & q̃ p̃ stellã foris amouit, ipse in occulto corda edocuit. Isti sunt quatuor nuncij p̃ quos Christus nos ad se vocat, .s. per prædicatorum instructionem, isti sunt angeli Dei. Per suæ gratiæ oblationem, ista est stella Dei. Per interiorẽ admonitionẽ, ista est inspiratio Dei. suæ passionis memorationẽ, ista significat̃ p̃ puerũ Dei, q̃ in capite crucẽ gerebat sed tñ multi sunt a Deo obstinati, ꝙ ad ipsum uenire cõtemnũt, unde ait. Vocauit eos p̃nuncios admonẽdo, & tenuistis. Extẽdi manũ meã, .s. in cruce, & nõ fuit qui aspiceret. Despexistis oẽ consiliũ meũ, idest inspirationem meã, & increpationem meã neglexistis, idest gratiam, q̃ vestra uitia arguebat.

Vocamur a4. nuncijs.

Prou. 8.

Sermo lvij. De eodem die Sermo ij. Quò ad locum, quo ad ducatum, & quo ad finem Magorum aduentus describitur.

Ecce Magi ab oriente venerũt &c. Aduentus magorum describit̃ quantum ad tria. Primo quãtum ad locum, cum dr̃. Ab oriente uenerunt &c. In oriente q̃dem ortum habuit peccatum inuidiæ, quia Cayn ex inuidia occidit Abel fratrem suum. Peccatum auaritiæ, cũ Cayn debet offerre munera, spicas corosas obtulit. Ibi etiam ortũ habuit confusio linguæ. Sed isti beati magi in oriente geniti contra vitium inuidiæ habuerunt mutuam charitatem, q̃a concorditer, & amicabiliter venerunt, & ſm ecclesiæ repræsentationẽ. Vnus erat adolescens, alius uir, tertius senex. Adolescentes enim consueuerunt esse temerarij, & præsumptuosi, viri uerò superbi, & ambitiosi. Senes iracundi, & auari, ac superstitiosi. Fuit ergo mirum, ꝙ isti in quib. erat tãta morũ diuersitas, sic pacificè venirẽt. Vitulus, leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Per uitulũ significatur adolescens lasciuus, per Leonem vir superbus, p̃ ouem, quæ habet anhelitum fœtidum

Esa. 11.

dum, & paucitatem dentium, senex intelligit. Isti cōcorditer morati fuerūt, & puer paruulus in cunabulis existens, eos ad se benignè minauit. Scdō contra peccatum auaritiæ habuerūnt liberalitatē. Vnde dr̄, apertis thesauris suis &c. Non enim eos aperuerunt Herodi diuiti, sed Christo pauperi, nec in via, sed cum ad Christū peruenerunt, quia nō sunt aliqua danda propter apparentiā, sed propter laudem Dei, seu diuinā. Nec dederunt uilia, sed p̄ciosa, quia thesauros. Tertiò cōtra confusionē linguæ, habuerūt linguę uniformitatem. Non enim uariauerūt, sed una, & cōcordi lingua dixerunt. Venimus adorare eum. Et tn̄ multa impedimēta retrahentia eis occurrerūt, ne ipsum quęrerunt, uel adorarent. s. difficultas itineris, amissio syderis, timor regis, uilitas nascētis, paupertas, & penuria matris. Secundò describitur aduentus magorū quantum ad ducatum, cum dr̄: Vidimus enim stellam eius.

Natiuitas quare p̄ stellam potius sit reuelata.

Voluit autem dominus natiuitatem suam potius per stellam, q̄ per aliam creaturam reuelare. Et hoc ex triplici ratione. Primò ut incarnationis misterium ostenderet. Stella enim est corpus cœleste à luce solis irradiatum; lux solis est diuinitas, quæ tunc corpus irradiauit, qn̄ se carni uniuit. Et quoniam solem nō possumus in se respicere, uidemus eius lucē in sydere, in nube, & in monte. Lux igitur diuinitatis corpori se ueniēs, a nobis vr̄, tanquam in sydere. Ego sum radix Dauid, stella candida, & matutina, tanquam in nube. Ascendit dominus super leuem nubem, scilicet super carnem a peccati pondere immunem, tanquàm in mōte. Erit in nouissimis diebus p̄paratus mōs domus domini. Secunda rō est, ut lingua cęli sibi testimonium perhiberet. Est enim quadruplex lingua. s. diuina, angelica, humana, & cęlestis. Locuta igitur fuit lingua diuina, dicens: Filius meus es tu, ego &c. Lingua autē angelica cú dixit: Natus est vobis hodie saluator. Et lingua humana dicens. Natū vidimus, & Choros Angelorum collaudantes dominū. De cęlesti vero dicit

Apo. 22

Esa. 19.

Esa. 2.

Lingua quadruplex.

August.

August. Quid erat illa stella, nisi mirifica lingua cęli, quæ narraret gloriam Dei? Tertia rō est, vt magos per sensibilia ad diuina manuduceret. Nam s̄m Dionysiū; triplex est ordo ascendendi in Deum, s. per sensibiliū manuductionem, per intellectualium operationem, & per immediatā unionē. Magi ergo vsi sunt sensibili stella, deinde intellectuali, & spirituali prophetia, tandē immediate Xp̄i præsentia. Tertio describit' eorum aduentus, q̄tum ad finem intentū, cum dr̄. Et venimus adorare. Adorauerunt ipsum corde, q̄a verā de ipso fidē habuerūt. Ore, q̄a ipsum Regē Deum, & hoīem cōfessi fuerunt. Corpore, quia ante ipsum se prostrauerunt. Et opere, quia præciosa munera sibi obtulerunt.

Sermo lviij. de eodem festo Sermo iij. Stellæ apparitio, occultatio, antecessio, motio, atque statio describitur.

VIdimus stellam eius in oriente &c. De ista stella quinque leguntur. Primū est eius apparitio; quia Magis in oriente apparuit. Notandum aūt, q̄ in Christi natiuitate, quædam stella apparuit in aere, sicut ista de qua dicitur hic, quæ non erat in firmamento cum fixis, nec in æthere cum planetis, sed in aere proxima terræ. Quædam apparuit in monte, quia secundum narrationem Chryso. Magis in monte existentibus, quædam stella in forma pueri ad eos descendit. Quædā apparuit in circulo aureo s̄m narrationē Horologij & Innocētij. Quędā apparuit in cęlo, quia sicut refert Albumasar, q̄dā puella in cœlo apparuit, q̄ puerū in vlnis tenebat, & senex iuxta eā erat, q̄ eā non tāgebat, quem puerū Christiani, vt idem ait, Deum suum esse dn̄t. Per stellā ergo gratia Dei significatur, quę apparuit in aere, in monte, in circulo & in cœlo. Aer.n. est medius inter cęlū, & terrā, p̄ quē sign̄antur illi, q̄ nec in cęlū ascēdūt p̄ sup̄biā, & p̄sumptionē, neque descēdūt ī infernū p̄ nimiū inordinatū timorē, & stāt ī medio p̄ spē, & Dei amorē. Et in talib. gratia Dei apparet. Eleuauit me spiritus īter cęlū & terrā. Et ad hoc si-

Stellæ multæ ī Christi natus apparuerunt.

Ezec. 8.

gnificandum, hō factus est medius, fecerat Deus creaturā corporalem, & ipsam in terram prostrauit. Fecerat creaturam spiritualem, quæ se nimis eleuauit. Iōq; fecit hominem ex utraque natura compositum, s. corporalem, & spiritualem, ne aut nimis eleuetur per prę sumptionem, aut nimis se deijciat per timorem, sed in medio maneat per spem, & Dei amorem. Secundò apparuit stella, id est diuina gratia in montem, id est mul tis sanctis, qui sunt eleuati per vitæ perfectionem. Iu

Pro. 14. stitia eleuat gentem. Magni per iustificationē. Quos

Rom. 8. autem iustificauit hos, & magnificauit. Et conspicui

Mat. 5. per exempli exhibitionē. Non potest ciuitas abscondi supra mōtem posita. Tertiò apparet in circulo, forma circularis est pulchra, simpla, & ampla. Illi ergo sunt forma circularis, qui sunt pulchri per puritatem, simplices per rectam intentionem, & lati per charitatem. Quartò apparuit in cęlo, idest in his qui sunt cœlestes per conuersationem, de quorum numero erat aposto-

Phil. 3. lus qui dicebat. Nostra conuersatio in cœlis est. Secundum quod de ista stella legitur est eius occultatio. Fuit enim ad tempus occultata, ex diuina prouidentia, ut ipsi Ierusalem cogerentur intrare, & a doctoribus inquirere, vt sic in ore duorum vel trium staret oē verbum. Primus testis fuit apparens stella Secundus insinuata prophetia. Tertius reuelatio diuina, cum dr̄. Responso accepto in somnis. Isti autem tres non potuerunt fallere neque falli, scilicet nec stella, quia ad hoc a Deo fuerat missa, nec prophetia, quia ab incommutabili veritate fuerat inspirata, nec reuelatio diui-

Notandum. na, quia immediate a Deo fuerat infusa. Notandū aūt ꝙ hæc stella in oriente, & occidente, idest Romæ fuerat uisa, in medio occultata est, idest in Hierusalē, quę in medio terrę habitabilis dicitur esse sita. Oriēs, & occidens signant natiuitatem, & mortem, medium autē vitam. Consideratio autē natiuitatis, est causa humili-

1. Pet. 5. tatis. Humilitas autem est introductiua gratiæ. Humilibus autem dat gratiam. Consideratio autem mortis

est

est causa timoris. Timor autem est expulsiuus culpæ. Eccl. 1.
Timor[que] domini expellit peccatum. Consideratio autē
longioris vitæ est causa superbiæ, & vanæ fiduciȩ. Cū Iob. 15.
ctis diebus suis impius superbit, & numerus annorū
&c. Et sic patet, q̄d in oriente; & occidente, idest in cō
sideratione natiuitatis; & mortis stella, idest Dei gra
tia infunditur, in consideratione medij occultatur.
Tertiū, quod de ista stella legitur, est eius antecessio,
vnde dicitur. Antecedebat eos Habuerunt enim Magi tres ductores, scilicet stella, virtutem angelicā, &
spiritus sancti præsentiā: Vnde etiam, vt narrat Remigius. Quidam dixerunt ipsam stellam fuisse angelū.
Alij & spiritū sanctum, qui in specie stellȩ apparuit: Magorū
Qui ergo vult ad Christum ire oportet, quod ducat ducto-
a discretione bene illuminate, & iste est ductor sydereus; Palpebrȩ tuȩ præcedant gressus tuos. A timore Prou. 3.
filiali bene humiliāte; Et iste est doctor angelicus. Si
cut enim angelus datus est homini ad custodiā, sic Eccl. 27
timore custodit. Si nō in timore domini tenueris te,
statim subuertetur domus tua. Et ab amore Dei be- 1. Co. 12
ne inflāmante, & iste est ductor diuinus, scilicet ip- Sap. 2.
sa charitas. Adhuc excellentiorem uiam uobis de- Ps. 13
monstro &c. Mali autem ducuntur ab errore male ex Ps. 57.
cæcante, Excȩcauit eos malitia eorum. A timore seruili male humiliante, Ibi trepidauerunt timore, ubi
non erat timor. Ab amore carnali male inflammante, Super cecidit ignis, & non viderunt solem. Quartum quod de ista stella legitur est eius motio cum dicitur, Vsque dum ueniens. Certe stellȩ mouentur mo
tu circulari, ueloci, proprio & uiolento. Motus autē
huius stellȩ nō fuit circularis, vel sphericus, sed quasi
linealis, & rectus, s̄m Dama. Nec fuit velox, nec rapidus, sed dulcis, & tēperatus. Aug. Vt Christo stella plenum reddat obsequium, temperat graduū, donec magos ducat ad puerum. Nec fuit violentus, vel proprius, sed a diuina prouidentia ordinatus. Chrysost.
Cum oportebat ire magos ibat, quando autem stare

Cant. 2. oportebat stabat. Nos ẽt non dẽmus moueri motu cir
culari p amorẽ mũdanum, qa in circuitu impij ambu
Prou. 13 lãt, sed motu recto p amorẽ diuinũ. Recti diligũt te.
Nec motu rapido p indiscretũ feruorẽ, sed cum tẽpe-
Eccl. 18 ramento discretionis. Subita festinata minuet &c. Nec
Gratia per stellã significatur. motu pprio, sed à Deo ordinato, qa nõ dẽmus sequi
propiũ sensum, sed Dei beneplacitũ. Post cõcupiscẽ-
tias tuas ne eas. Quintum, qđ de stella legitur, est eius
statio, cum dr̃. Staret supra. Gratia.n. Dei p stellam si-
Esa. 51. gnificata, animam stabilem facit. Primo qa cõiungit
Ps. 26. eam uni non diuiso. s. Deo. Vnum vocaui eum. Vnam
petij à Dño hãc requirã. Scđo stabili, & æterno Aug.
Matt. 5. in li. cõfessionum. Reddite præuaricatores ad cor, &
inhærete illi, qui fecit uos, state in eo & stabitis. Re-
quiescite in eo: & securi securi eritis. Tertio vl̃ter p-
fecto. Estote perfecti, sicut & pater uester cœlestis per
fectus est. Quarto fini ultimo, Augu. de ciuitate Dei.
Ipse est filius desideriorũ nostrorum, q sine fine uide
bit, sine fastidio amabit, sine fatigatione laudabitur.

Sermo lix. Eodem die, Sermo quartus. quare ista stella a Deo Missa fuerit.

Ecce stella quam viderãt Magi in oriente antece debat eos &c. Stella ista pp tria fuit a Deo missa. s. ut esset Christo in obsequium, ut esset Magis in duca tũ, ut esset ipsis & nobis in gaudium. Fuit nanq; Xp̃o in obsequium non in factum, vñ dr̃. Vsq; dum ueniẽs staret supra ubi erat puer. Fulgẽtius, Christo stella p̃-buit obsequium, non imperium. Augu. Nõ ideo Christus est natus, quia illa stella extitit, sed illa extitit, quia Christus est natus. Vnde si dici oporteret non
Constellatiões necessitatẽ nõ pñt inferre. stellam Christo, sed Christum stellæ factum fuisse di
ceremus. Gre. Dum non puer ad stellam, sed stella ad
puerũ cucurrit, si dici liceat, non facto pueri, sed fa-
ctũ stellæ, is, qui apparuit puer fuit. Cõstellationes. n.
vel signa sub quibus aliqui nascuntur necessitatem in
ferre non pñt, quia nati sub eodem signo sunt sæpe di
uerso-

uerſorum morum, diuerſorum officiorum, diuerſarũ conditionum. ꝙ enim ſunt diuerſorum morum dicit Greg. in Homel. Cum uno tempore eodemque pene momẽto Iacob & Eſau mater fuderit nõ una vtriuſq; uitæ qualitas fuit, ꝙ ſunt diuerſorum officiorum, dicit idem. Fateri etiam mathematici ſolent, quod quiſquis in aquarũ ſigno naſcitur, piſcatoris miſteriũ ſortiatur. Piſcatores officium, ut fertur, Bethulia nõ hẽt. Rurſus quos ſub ſigno libræ naſci aſſerũt. Trapezetas futuros dicunt. Et trapezetas multarum gentium prouinciæ ignorant, quod uero ſunt diuerſarũ conditionũ, dicit idem Greg. In Perſarũ Frãcorũq; terra reges ex gñe prodeũt, quibus profectò naſcentibus quis ęſtimet quanti eiſdẽ momentis horarũ ac temporibus ex ſeruili conditione naſcuntur, & tñ regũ uno eodẽque ſidere, & ſiderum eodẽ momento cũ ſeruus nati ad regnum proficiũt eum ſerui, qui ſecum fuerũt geniti in ſeruitute moriatur. Secundò ſtella fuit Magis in ducatu, quod notatur cũ dr̃: Antecedebat eos. Circa quod notandum, qđ dum filij Iſrael in terram promiſſionis pergerent, quatuor habuerunt ductores, ſ. columnam nubis per diem, & columnam ignis ꝑ noctem, Angelicam cuſtodiam. ecce ego mitto Angelum meum qui præcedet &c. Et diuinam præſidentiam, cum diceret Deo Moyſes. Si nõ tu ipſe præcedas ne educas nos de loco iſto, ait dñs. Et uerbum iſtud quod locutus es faciam, ſcilicet te pręcedam. Magi ſimiliter euntes ad Chriſtum habuerunt columnam igneam, ideſt ſtellam fulgidã. Ambulabunt gẽtes in lumine tuo &c. Habuerunt columnam nubis, i. prophetiam, qua dictum fuit, Et tu Bethleem terra iuda &c. Et dr̃ prophetia nubes, propter obſcuritatem. Tenebroſa aqua in nubibus aeris, ideſt obſcura intelligẽtia in prophetis. Habuerũt Angelicum miniſterium, quia ſecundum B. Aug. Angeli eis apparentes dixerunt, quod illa ſtella natum Chriſtum ſignificabat, & ꝙ in iudæã pergerẽt, ut natũ puerum inuenirent. Habuerunt diuinum præſidium, quod

Ductores quatuor filiorum Iſrael.

Exo. 23.

Eſa. 60.

Pſ. 17.

quod eos ab omnibus periculis conseruauit. Vn̄ dicitur: Responso accepto in fœminis, s.a Deo ne redirēt ad Herodem &c. Si ergo ad Christum uolumus pergere necesse est, ut hos quatuor ductores habemus, scilicet columnam ignis, idest Spiritum sanctum dirigē-

Ps. 141. tē, Spiritus tuus bonus deducet me in terrā rectā &c.
Ecc. 18. Columnam nubis, idest sermonem diuinum refrige-
Ps. 90. rantem. Non ne ardorem refrigerabit ros? Sic & ver-
Deut. 1. bum eius melius quam datum Angelum Dei custodiē-

tem, Angelis suis mandauit de te &c. Et Deum in omnibus conseruantem, Dominus Deus qui ductor est uester pro uobis ipse pugnauit. Tertiò stella fuit Magis, & nobis in gaudium. Vnde dicitur. Gauisi sunt gaudio magno ualde. Ipsi quidem de quatuor gaudiū habuerūt, scilicet de sua pacifica deductione, & ideo gauisi sunt. De sua incolumi peruentione, de sua ab

De qb. Herodi fallaci euasione. De stellę recuperatiōe, ideo
sctī gau gaudio magno, Et de pueri inuentione, ideo magno
deant. ualde. De his quatuor uiri sancti debent utique gaude-
Luc. 15. re. Primo, quia sine labe peccati, & corruptionis, ad

patriam cœlestem peruenerunt. In lætitia egrediemini: et in pace deducemini: Pater etiā gauderet. Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum saginatum, quia sanum eum recepit. Secundò quoniam de diabolo potestate fugiunt, ideo ipse liberatus Deum laudat

Ecc. 61. dicens: Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te

Deum saluatorem meum &c. Gaudens se liberatum de faucibus leonis superbiæ. De seruitute auaritiæ, & de pressura flammæ luxuriæ. Tertio quoniam gratiam amissam recuperat De hoc enim ipse gaudet. Vnde dicebat propheta, Redde mihi lætitiam salutaris tui. Deus gaudet, æpulari & gaudere oportebat &c. Et An-

Abac. 3. geli gaudenti; ibidem; Gaudium est Angelis Dei pro

uno peccatore pęnitentiam agente. Quarto quoniam post illud exilium Iesum inuenire se sperant. Exulta-

Ps. 15. bo in Deo Iesu meo. Adimplebis me lætitia cum uul-

tu tuo.

Sermo lx De eod m sermo v. Quomodo magi inuenerunt Christum, inuentum adorau erunt, adoratum honorauerunt, & honoratum custodierunt, quod & ipsi facere debemus.

ET intrantes domum inuenerũt puerũ cum Maria matre eius &c. Isti beati magi quatuor fecisse legũtur. ipsi enim Christum inuenerunt, inuẽtum adorauerunt, adoratum honorauerunt, honoratũ custodierũt. Inuenerunt igitur ideo dr̃. Intrantes domum inuenerunt puerum. Ideo autem inuenerunt, quia ipsum quæsierunt, eo studio, eo modo, eo ordine, & eo fine, quo debuerunt. Studium aũt ipsorum fuit in perscrutando, quia scripturas Balaam, qui de hac stella ꝓphetauerat diligenter scrutati fuerunt. Scrutamini scripturas &c. In vigilando, quia super mõtem victorialẽ uigilabant. Qui mane vigilauerint ad me, inueniẽt me. In orando, quia pro illius stellæ apparitione ſp Deum orabant. Oĩa quæcunque oratione petieritis &c. Secũdo quæsierunt, eo mõ quo debuerunt scilicet fortiter, vt nec labore itineris, nec turbatione regis, nec amissione sideris frangerentur. Sapienter, vt Herodis astutia nõ deciperentur. Dulciter; vt eius promissionibus blãdis nõ allicerent. Tertio, quęsierunt eo ordine eũ, quo quærere debuerunt. Quia primo q̃sierunt eũ p rẽ sensibilem, i. stellã. Deinde per rẽ rationalẽ, id est prophetam. Tandem per rem superintellectualẽ, id est reuelationẽ diuinã. Si igit, & nos ipsum quærere volumus, incipiamus ab infimo humilitatis. Deinde pergamus ad mediũ uirtutis. Vltimo ꝑueniamus ad summũ cõtẽplationis, vt possumus dicere: Nos aũt reuelata facie gloriã Dei speculãtes &c. Quarto quæsierunt cũ eo fine quo debuerunt, vt. ſ ipsum honorarent prostratione corporis, adorarẽt deuotione mentis, adorarent largitione muneris. Et sic patet, ꝙ sibi obtulerunt quicquid habuerũt, scilicet corpus, cum dicitur:

Ioan. 5.
Prou. 8.
Mat. 5.
Quærẽdus est Christ⁹, & q̃uo,
2. Co. 3.

Pro-

Procidentes. Animam, cum dicitur: Adorauerunt. Res etiã tpales, cum dicitur: Et apertis thesauris suis &c. Secundo inuentum adorauerunt, quod notatur, cum dicitur: Et procidentes adorauerunt eum. Adorauerunt ergo ipsum adoratione latriæ, quę est cultus soli Deo debitus, quæ habet fieri quinque modis, scilicet mentaliter, quæ secũdùm Aug. consistit in Dei cognitione, dilectione, et debita subiectione. Et istam B. Magi cognouerunt, & habuerunt, quia Deũ cognouerũt, & dulciter amauerunt, & se sibi humiliter subiecerũt. Secundo habet fieri vocaliter, s. orando, laudando, & gratias agendo. Et isto modo beati Magi adorasse credendi sunt. Tertiò habet fieri realiter in nostrarum rerum oblatione. Et isti thesauros suos obtulerũt. Quartò habet fieri ꝑsonaliter, sicut in genuflexione, & prostratione. Et isti in terrã se prostrauerunt. Quintò habet fieri sacramẽtaliter, vt in sacrificij immolatione. Et isti sibi munera obtulerunt. Tertio adoratum honorauerũt, & hoc per munera quæ sibi obtulerunt. Nam quadruplex munus sibi obtulerunt, s. munus a corde, quia in eum fideliter crediderunt. Munus ab ore, quia ipsum uerum Deum, & hominem confessi fuerunt. Munus à manu, quia sibi munera obtulerunt. Munus ab obsequio, quia ante eum se prostrauerũt. Istud quadruplex munus, & nos debemus offerre Deo, & proximo. Deo debemus offerre munus à corde, quod est munus orationis. Inuenit seruus tuus cor suum, ut adoraret te oratione hac. Munus ab ore, quod est munus laudationis. Sacrificium laudis honorificabit me. Munus à manu, quod est munus bonæ operationis. Quodcunque potest manus tua instanter operare &c. Munus ab obsequio, quod est exhibitio seruitij personalis. Bonum est obsequi sancto Deo. Istud etiam quadruplex munus debemus offerre proximo, s. munus à corde per compassionem. Cum effuderis esurienti animam tuam. Munus ab ore per correctionem. Si peccauerit in te frater tuus &c. Munus à manu ꝑ subministrationem.

Adoratio latriæ q̃n que modis fit.

Munus quadruplex magi obtulerunt.

2. Re. 7.

Ps. 49.

Eccl. 9.

Esa. 58.

Matth. 18.

nem. Pauperi porrige manum tuam. Munus ab obse- Eccl.7.
quio per corporalis obsequij exhibitionẽ. Alter alte- Gal.6.
rius onera portate &c. Quarto magi honoratũ custodierunt, quia Herodi ipsum non prodiderunt. Herodes nanque habebat turbationem in corde, vnde dr̃: Iratus est valde. Astutiam in opere, quia à Iudęis locũ & à magis didicit. Et religionem simulatam in ore, vnde dixit: Vt & ego ueniens adorẽ eum. Magi autẽ ista non cognouerunt propter tres causas, ut dicit Chrysostomus, scilicet propter eorum bonitatem, & simplicitatem, secundum quam cæteros existimabant, propter regiam dignitatem, quia non poterant suspicari ꝙ tantus rex cõtra unũ puerũ talia cogitaret. Et propter pueri maiestatem, quia non poterãt opinari, ꝙ tã admirabili puero insidias moliri auderet. Contra tñ eius malitiam, astutiam, & religionem simulatam triplex remediú habuerũt. Primum est ipsum suffragium orationis deuotæ, vñ dr̃, Rñso accepto in somnis. Glossa: Sicut ipse Moyses tacens clamabat, sic & iusti. Secũdũ est beneficium inspirationis diuinæ, qa ipse Deus malitiam Herodis eis intimauit. Et qd ipsi facere debeant reuelauit, s. ne redirẽt ad Herodẽ. Tertiũ est prõptitudo obediẽtiæ, qa mox diuinæ ĩspirationi obedierunt, quia per aliam viam reuersi sunt in regionẽ suã.

Sermo lxi. De eodem. Sermo vi. Per aurum, thus, & mirrham, quæ Deo offerre teneamur, ostenditur.

APertis thesauris suis obtulerũt ei munera. Ista munera fuerunt mysticè significatiua. Quia p aurũ intelligitur diuina dilectio, per thus deuota oratio, p myrrhã carnis mortificatio, quę oĩa Deo offerre debemus. Significatur aũt dilectio per aurú, quia aurum est prętiosum, cuius ꝑciositas causat̃ ex tribus, s. ex charitate, durabilitate, & utilitate. Est. n. rarum, ideo preciosum, Hie. Oẽ qđ rarũ est magis appetit̃. Pulegiũ apud

Dilectis per aurũ significatio.

indos

Phil. 2. indos preciosius est, q̃ aurum. Est igitur charitas præ-
1. Cor. ciosa, quia rara. Dicitur, Omnes quæ sua sunt q̃runt.
12. Et dr̃. Charitas non quærit quæ sua sunt. Ex quo sequi
tur, ꝙ nullus, id est valde pauci charitatẽ habent. Secũ
dò aurum est durabile, sic & ipsa dilectio est durabi-
Ibid. lis, & immortalis. Charitas nunquam excidit. Excidit
lingua, & succedit cordiũ pfecta cognitio Excidit fi-
des, & succedit aperta visio. Excidit spes, & succedit
præsentialis possessio. Charitas numquã excidit, quia
ea nihil melius succedere sibi possit. Tertiò aurum est
vtile, qa cor cõfortat, letificat, & in iuuentute conser-
Can. 8. uat. Sic charitas habet confortare, cõseruare, & fortifi
Phil. 2. care. Fortis est vt mors dilectio. Habet lætificare. Vñ
ipse apostolus uocat eã solatiũ dicens. Si qua cõsola-
tio in Christo, si quod solatium charitatis &c. Habet
vero in iuuentute conseruare, & facit de sene iuuenẽ.
Ps. 102. Renouabit ut aquilæ iuuentus tua, & de uetusto no-
Io. 13. uum. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicẽ.
2. Io. 2. De mortuo uiuum. In hoc scimus qm̃ translati sumus
de morte ad uitam, qm̃ diligimus fratres. Secundo de
Psa. 140 bemus offerre Deo thus deuotæ orationis. Dirigatur
oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Thus re
dolens, ex carbonibus uiuis procedit, in altum ascen
dit, & odorem reddit. Sic oratio debet procedere ex
Ecc. 50. corde ignito per amorem. Thus ardens in igne. Ta-
Orationis bona lis oratio sic ignita tria bona facit. Primum est, quia
Diabolũ expellit. Cordis eius particulã, si super car-
bones ponas, fumus eius extricat oẽ genus dęmonio
Tho. 6. rum. Secundò Deũ ad nos accedere facit. Sagittę potẽ
Ps. 119. tis acutæ &c. Sicut. n. stimulus aliquem ꝓuocat ad cur-
rendum, sic & oratio ignita Deum prouocat ad subue
niendum. Tertiò, uitia incendit & consumit, ideo
subditur, cum carbonibus desolatorijs. Secundò thus,
idest fumus thuris in altum ascendit, sic oratio ascen-
Ecc. 35. dit ĩ cęlũ, maximè si est lachrymosa. Lachryma viduę
a maxilla ascendit usque ad cęlũ, quãdo est humilita-
te prædita. Et ibidem. Oratio humiliantis se penetrat
nubes,

nubes,quãdo eſt à peccati pondere aliena, ideo dixit Dominus malis, Cum multiplicaueritis orationem non exaudiã,manus ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Tertio thus odorem dedit. Sic oratio eſt odorifera maxime,qñ funditur à corpore mortificato, à corde dilatato,& à corde per ſpiritualem lætitiam renato. De primis duobus dr̃, Habentes ſinguli cytharas. Glo.i.corpora mortificata,& phialas,i.corda lata per amorem, plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. De tertio, Quaſi thus redolẽs in diebus æſtatis. In æſtate.n.odor thuris latius ſentitur,quia tunc puritas aeris,& ſerenitas maior hr̃. Tertio debemus offerre myrrham mortificationis. Myrrha habet triplicem uirtutem,ſ.expulſiuam,quia expellit uermes, & ſerpẽtes. Sic mortificatio carnis expellit omnes diabolicas tentationes. Malitia vnius horæ facit obliuionem luxuriæ magnæ. Secundo habet uirtutem confortatiuã, quia confortat membra tenera, & debilia. Sic mortifi tio carnis animum infirmum, & debilem conſtantẽ facit. Cum.n.infirmor tunc fortior ſum,& potẽs. Tertio habet uirtutem conſeruatiuam, quia quantum diſ ſoluit,tantum conſumit. Sic mortificatio carnis gratias,& virtutes conſeruat. Virtus in infirmitate perficitur. Sicut.n.ſal præſeruat a putrefactione uermium ſic mortificatio a corruptione, Ideo neceſſe eſt,ut omnes iſto ſale ſaliantur. Omnis enim hoſtia igne cremabitur,& omnis victima ſale ſalietur.

Eſa.1. Apoc.5. Eccl.50 Myrrhę virtus triplex. Eccl.11 2.Co.12 Ibid. Mar.9.

Sermo lxij. De S. Fabiano, & Sebaſtiano, ſermo primus Perſecutorum ſæuitia, & ſanctorum pœna innocens aperitur.

GLadium euaginauerant peccatores: intenderũt arcũ ſuũ,ut decipiant pauperẽ,& inopẽ,ut trucidẽt rectos corde. Hodie celebrat̃ feſtiuitas Fabiani põtificis,& Sebaſtiani militis. Pulchra cõiũctio põtificis,& militis, Siue, ut oſtẽdat̃ qđ De⁹ fecit nos Deo

Pſ.36. Hęc feſta quare ſiĩ celebrant̃

patri

patri regnum,& sacerdotum. Siue ut ostendatur ꝙ ad regnum cœlorum non solum perueniunt deuoti clerici; sed ēt fideles laici. Siue, ut ostendatur, ꝙ illi ad Deum perueniunt, qui sibi assistunt per ociũ cõtēplationis, & qui sibi militant per laborem actionis. In uerbis ergo præmissis duo tanguntur. Primo persecutorum crudelis sæuitia, cum dr̃: Gladium euaginauerunt peccatores &c. Secũdo sanctorũ Innocēs pęna, cum subditur: Vt decipiatur pauperē &c. Sæuitia autē peccatorum in duobus apparet, s. in euaginando gladium, s. quo ad Fabianũ quē decapitauerunt, & intēdendo arcũ quo ad Sebastianũ quē sagittauerũt. Circa primũ notandũ, ꝙ mali hēnt gladios quos euaginãt cõtra bonos, & boni hēnt gladios quos euaginãt contra malos. Hñt quidē malignũ gladiũ in corde ꝗ est malitiæ; vñ. Gladius eorũ intret in corda ipsorũ. Hũc euaginauerunt cum malitiam acuerunt ad persequēdum. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Aliũ habent in ore qui est gladius malæ linguæ. Gladius in linguis eorũ, hũc euaginãt cũ linguã laxãt ad detrahēdũ. Exacuerũt ut gladiũ linguas suas. Aliũ habēt in manu ꝗ est malignitatis iniquæ. De gladio maligno eripe me. Hunc euaginant cum manus extendunt ad persequēdum. Euaginabo gladium meum, interficiet eos man⁹ mea. Primũ gladiũ euaginauit Decius contra Fabianum cui, & ecclesiæ magnam persecutionē commouit. Secundum euaginauit Diocletianus contra Sebastianum, quem suũ proditorem uocauit, & multas blasphemias sibi dixit. Tertium uterq; cõtra utrũq; euaginauit, dũ ille Fabianũ fecit occidi, & iste Sebastianum fecit sagittari. Secundo boni hēnt gladios contra malos. Primus est doctrinæ. Viuus est sermo Dei & efficax & penetrabilior oĩ gladio ancipiti, hũc euaginant in eruditione ꝓximi. Gladiũ spũs ꝙ est uerbũ Dei. Scd̃s est iustitiæ. Ponat uir gladiũ suũ cõtra femur suũ, hũc euaginãt in pc̃tĩ ultione. Gladij ancipites in manibus eorũ. Tertius est fortitudinis, & con-

Gladij bonorũ malorũ.
Ps. 36.
Ps. 7.
Ps. 58.
Ps. 63.
Ps. 143.
Exo. 15.
Hebr. 4.
Eph. 6.
Exo. 32.
Ps. 149.
Can. 2.

constātiæ. En lectulū Salomonis sexaginta ambiunt, oēs tenentes gladium. Hunc euaginant in gregis Dñi defensione. Iudas gladio suo protegebat castra. Gladiū ergo doctrinę euaginauit Sebastianus qñ idolatras, & infideles conuertit. Et gladium iustitię euaginauit Fabianus qñ Decium imperatorē dure corripuit. Gladiū fortitudinis uterque euaginauit, qñ uterq; constanter martirium tolerauit. Secundo apparet sæuitia contra B. Sebastianum cum dr̄, intenderunt arcum suum, quia instar eritij fuit sagittis repletus. Intenderunt arcum rem amaram, illa enim sagittatio amara pœna fuit pp intra enitatē uiscerum, quia sagittę non tm̄ uulnerant membra exteriora, sed ēt uiscera interiora. Interiora mea afferbuerūt ąbsq; ulla requie. Magna ēt pęna fuit pp gn̄alitatem uulnerum, quia nō tm̄ in uno uel duobus locis, sed in toto corpore uulneratus erat, & sagittis repletus. Concidit me uulnere super uulnus. A plāta pedis usq; ad uerticē nō est in eo sanitas. Et magna pęna erat pp malitiam irrisionum, quia ipsum quasi signum in derisione posuerunt. Deridet simplicitas iusti &c. In me psallebāt qui bibebant uinum. Fuit ēt magna pœna pp totius populi spectaculum. Fuit.n.in cāpo iuxta palatium Cæsaris sagittatus, ut illic omnis populus conueniret: & cum sagittari videret, vñ hr̄, Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hoībus. Secundo ex parte sanctorum ponitur pęna innocens cum dr̄. Vt decipiant pauperem; & inopem. Sed primo ponitur innocēs pęna Sebastiani, cum dr̄. Vt decipiāt pauperē. Pauper igitur, & inops fuit Sebastianus, quē omnibus bonis spoliauerunt, & principatu deposuerunt. Istum decipere conati sunt, mō falsis allegationibus uolentes Christum ostendere non esse Deum, mō uanis promissionibus promittentes sibi restituere suū principatū, mō diuersis cruciatibus, & diuersis passionibus, quia ipsum fecerūt sagittari, & usq; ad mortē fatigari, sed nō potui decipi, nec falsis allegationibus, quia hēbat Christum qui sapientia est: Ego.n. dabo uobis

Con. 3.
Matt. 3.
Psal. 63.
Iob. 30.
Iob. 16.
E sa. 1.
Iob. 12.
Ps. 68.
1. Co. 4.
Sebastiani pęna

bis, os & sapiētiā &c. Nec uanis promissionibus, quia habebat Christum q est uera merces, & summū bonū.
Gen. 15 Noli timere, ego ꝓtector tuus sum, & merces tua magnaminis.
Exo. 23 Ego ostendā tibi omne bonum. Nec uanis
Ps. 16. cruciatibus, & passionibus, qa hēbat Christū, q virtus
Psal. 90. est, & fortitudo. Dn̄s protector uitæ meæ a quo trepidabo.
Fabiani dabo. Itē idem. Cum ipso sum tribulatione eripiā eū
.f. rectū & glorificabo eum. Secundo ponit innocens pęna Fa
cor. biani cū dr̄. Vt trucident rectos corde, ipse.n. rectum cor habuit, qđ patet ex multis. Primo, quia ipse per columbā fuit miraculose electus, nequaquā.n. Deus ipsū miraculosè eligeret, nisi ipse hr̄et rectū cor, & sāctum cognoscere. Quęcunq; elegerit dn̄s ipse sanctus erit. Secūdo qa in potētum reprehensione fuit cōstans, &
Nu. 16. firm⁹. Nā sicut dicit Haymo, Imperatori Philippo uolēti interesse paschæ solēnitatibus, & diuinis cōicare misterijs. Fabianus cōstāter restitit, nec ibidē ipsū esse ꝑmisit, donec inter publice pęnitētes stetit, & pecca
Eccl. 43 ta sua cōfessus fuit. In dieb. suis non pertimuit principē &c. Tertio, qa circa diuinū cultum fuit ualde diligēs & deuotus. Nā sicut dicit Dam. Papa, ipse Fabian⁹ ꝑ oēs regiōes septē diaconos misit, & eisdē tot subdiaconos assignauit, ut gesta martirum colligerēt, & sibi
Mat. 10 Romā deportarēt, qđ factū est. Iustū ergo sic rectū cor
Sap. 3. de detrucidauerūt, & decapitauerūt. Et licet carnē tru
Esa. 40. cidarēt, aīam tn̄ ledere nō poterāt. Nolite timere eos,
Phil. 1. q occidunt corpus, aīam.n. occidere non possunt. Rō quare aīas sāctorū mali occidere non pn̄t, est, qa ipsorū aīæ in manu Dei sunt. Iustorum aīæ in manu Dei sunt. Sūt ēt in sinu Dei. Manu subleuabit agnos, & ī sinu suo portabit. Sūt ēt ī corde Dei. Testis est mihi De⁹ quō uos cupiā oēs in uiscerib. Iesu Xp̄i. Quia igit sunt
Ioā. 10. in manu Dei, nō pn̄t ab aliquo auferri. Nō rapiet eos qsquā de manu mea, qa qui sunt in sinu Dei non pn̄t amitti. Aug. Quid times hominem homo in sinu Dei positus. Tu de sinu illius noli cadere, & quicquid patieris ad salutem ualebit non ad pernitiem, quia sunt

in

in corde Dei non possunt obliuioni tradi. Si oblitus fuero tui Ierusalem &c. Ps. 136.

Sermo lxij. De sancto Sebastiano martire Sermo.ij. Quomodo ad multiplex signum fuit positus.

TEndit arcú suũ, & posuit me quasi signũ ad sagittam. Istud uerbũ cõuenienter de S. Sebastiano exponi põt, q̃ fuit ad signũ positus, & ab infidelib. sagittatus. Fuit.n. positus ad multiplex signum. Primo in signum prudẽtiæ ex eo q̃ se sub militari habitu occultabat, ut Christianos martires confortaret. Bonũ qdẽ fuerit si statim se Christianũ cõfitens, coronã martirij recepisset, sed melius erat q̃ ꝓ tali utilitate ad tp̃s sub militari habitu se occultaret. Post modũ aũt libere se Christianũ cõfessus fuit. Et sic primo habuit fidẽ tanquã loricã. Indutí lorica fide, postmodũ habuit eã tãquã scutũ. In oĩb. sumẽtes scutũ fidei. Apostolus ẽt de hoc loquẽs dicit. Per fenestram in sporta dimissus sũ &c. Bonũ erat si apostolus nõ fugiẽdo martiriũ fuisset ꝑpessus, sed melius fuit, q̃ ꝓ utilitate ꝓximorũ ad tp̃s fuisset reseruatus. Secũdo fuit positus in signũ cõstãtiæ, cuius cõstãtia ẽt apparuit in corroborãdo qñ dixit, O fortissimi milites Xp̃i &c. Vacillãtes cõfirmauerũt sermones tui. In arguẽdo, qa impatores cõstãter redarguit, & tũc maxime postquã ab eis flagellatus fuit. tales. n. cõstãtes erãt apostoli, de quib. dr̃; Cæsis denunciauerũt apostolis ne amplius loquerentur &c. In suffeDo, qa multa martiria ptulit, sed uinci non potuit. Certus sũ, n. qa neq; mors, neq; uita &c. Tertio fuit positus ĩ signũ doctrinę. Docuit. n. tres utiles lectiones. Prima fuit circa cõtẽptũ tpalium qñ dixit: Vita hęc in se credẽtes fefellit, sed expectãtes irrisit &c. Quæ est ẽn. uita nostra uapor ad modicũ parẽs. Secũdo fuit circa appetitũ cælestiũ, Vñ dixit, nõ separabunt a uobis, sed uadũt parare uobis sidereas mãsiones. Nõ. n. hẽm⁹ hic ciuitatẽ manẽtẽ, sed futurã inquirimus. Tertia fuit circa tolerãtiã aduersorũ, vnde ait. In amorem martirij nostros sustinem⁹ affectus. Nolite timere eos q̃ occidunt

Thre. 3. 1. The. 5. Eph. 6. 2. Co. 11. Iob. 4. Act. 5. Rom 8. Iacob. 4 Heb. 13 Mat. 10.

cidunt corpus &c. Quartò erat positus in signū patiē-
tiæ, quia patienter supplicia tollerāt. Magna patiētia,
q̄a martyres non in supplicijs cesserunt, sed potius eis
Luc.6. documēta cesserūt. Cipr. Torquētib. fortiores steterūt,
ac laniantes vngulas laniata mēbra vicerūt. Maior ꝙ
nō maledixerūt. Bn̄dicite maledicentib. vobis. Maxi-
ma, ꝙ aduersus Deū non murmurauerunt, vñ dr̄; Non
murmur resonat, nō q̄rimonia. Quā maxima, ꝙ in tot
supplicijs cor pacificū habuerunt, vñ subdit. Sed cor-
Luc.6. de tacito, mens bene cōscia, cōseruat patiētia. Sup quā
maxima, ꝙ ꝓ ꝑsequentib. orauerunt: Orate ꝓ ꝑsequen
tibus, & calumniantibus vos. Quinto fuit in signū po
situs operationis bonæ, habuit. n. operationē bonā. i.
1.Co.10 utilem, delectabilē, & honestā. Vtilē quātū ad aliorū
cōuersionē, q̄a multos cōuertit, & saluos fecit. Non q̄
rens quod mih iutile est, sed qđ multis, ut salui fiant.
Honestā quātū ad pacificā cōuersationē, vñ dr̄, Erat.
1.Thi.4 n. uir totius prudētiæ. In sermone uerax, in opere fide
lis, in bonitate cōspicuus, in uniuersa morū honestate
Eccl. 2. ꝑclarus &c. Honestè ambuletis ad eos, q̄ foris sunt. De
lectabilē aūt quātū ad cœlestiū cōtemplationē. Dulce
lumē, & delectabile est ocul is uidere solē. i. Christum
ꝑ cōtēplationē. Sexto positus fuit in signū pœnę ęter-
Pro. 11. næ reꝓbis īferēdę. Si. n. Deus tm̄ punit illos, q̄ hn̄t vi-
tā sāctā, quātū puniet & illos, q hn̄t uitā iniquā? Si iu
stus in terra recipit malū, quāto magis impius, & pec-
Hie.25. cator. Si tm̄ punit illos, in q̄b. bn̄dr̄, quantū puniet, &
illos in quib. blasphemat? Ecce ego in ciuitate, in qua
inuocatū est nomen meū, incipio te affligere, & uos
quasi innocētes eritis, nō eritis īmunes. Si tm̄ punit il-
los, q sunt uirides in cōscientia, & in uita, quātū pu-
niet illos, q hn̄t cōscientiā aridā, & uitam corruptam?
Luc.23. Si in uiridi ligno hoc faciunt, in arido, quid fiet. &c.

Sermo liiij. De eodem Sermo iij. Quomodo ad multiplex signum fuit positus.

Ecce docuisti plurimos, & man⁹ lassas roborasti. Va
Iob.14. cillātes cōfirmauerūt sermones tui, & genua flexi
bilia

bilia confortasti. In uerbis istis tria tãgunt. Nã S. Seba stianus fuit doctor ignorãtiũ, iõ dr̃. Ecce docuisti plu rimos. Fuit roborator debiliũ, iõ subdit, Manus lassas roborasti, vacillãtes cõfirmauerunt sermones tui. Fuit cõsolator afflictorũ, iõ subdit. Et genua debilia. Circa primũ notandũ, ꝙ quidã ignorabãt veritatẽ Dei sicut idolatræ, iõ S. Sebastianus docuit fidei ueritatẽ. Vnde vna die plusq̃ trecẽta idola cõfregit, & p̃fectũ vrbis, et mile quadringẽtos uiros de eius familia baptizauit. In hoc apparuit Dei filius, ut dissoluat opa diaboli. Qui dã ignorabant uanitatẽ mundi, ut cupidi, & auari, iõ docuit uitæ labilitatẽ dicẽs. Ab initio mundi hęc uita in se credẽtes fefellit, & post se expectãtes irrisit &c. Homo natus de muliere breui uiuẽs tpe &c. Quidam ignorabãt leuitatẽ p̃ntis supplicij, ut timidi, & delitiosi, iõ docuit pęnæ p̃ntis, & futurę dr̃iam. Vñ ait, hęc ꝑsecutio, quam hic patimur, hodie excandescit, & cras euanescit, dolor aũt æternus renouatur, ut sęuiat, augmentatur, ut exurat, inflãmatur, ut puniat. Tanta est.n. dr̃ia ad illã, quanta stilla aquæ ad fluuiũ, sibili ad tonitruum. Cũ uix unã paruã stillã sermonis eius audiuerimus, quis poterit tonitruũ magnitudinis eius intueri. Quidã ignorabãt astutiã diaboli, ut neophiti, & inexperti, iõ docuit diaboli astutiã superãdã dicẽs. In amorẽ martirij iã nr̃os sustinemꝰ affectus. Ibi .n. diabolus, si uincere extimat, q dũ capit captus est, dũ tenet tẽtus est. An extrahere poteris leuiathã hamo? Esca est exterior caro martirio afflicta. Hamus est interior patiẽtia. Diabolus credit se cape martirẽ p escã carnis exterius mortuæ, & captus est ab hamo iterioris patiẽtiæ. Scdò fuit debiliũ corroborator cũ dr̃. Manus lassas roborasti. Sunt.n. qdã debiles ad bonũ incipiẽdũ. Abscõdit piger manũ suã sub ascella. De quorũ numero erat Cromatius p̃fectus, q cũ idola oĩa se cõfringere ꝑmisisset vnũ tñ abscõdit, sed sanari nõ potuit quousq; cõfractũ fuit. Siles sunt q pñiam volẽtes ĩchoare, pctã sua desc rũt, vnũ tñ retinere volũt. Quidã sũt debiles ad bonũ

Margin notes: 1. Io. 3. — Iob. 14. — Iob. 26. — Iob. 49. — Pro. 19.

inceptum proſequendum. Tales ſunt ſicut ſtatuę, quę pedes hñt, ſed in ambulando non proficiunt. De quorum numero erant multi Christiani, qui ad fidē deſcē dere incipiebant ſed protinus deficiebant. Iō Sebaſtianus clamidē deferebat, & eos cōfortabat. Quidam.n.
Rom.7. sūt debiles ad bonū proſecutū conſumandū. In quorū pſona dicit apoſtolus, Perfectū aūt bonū nō inuenio. De quorū numero erat Marcillianus & Marcus, q fortiter incæperāt, cōſtāter proſecuti fuerant: ſed parētū blanditijs emolliti; non consūmabant. Ad quos Sebaſtianus clamās dixit. O fortiſſimi milites Chriſti nolite p miſera blādimenta coronā deponere ſempiternā. Quidā uero erāt debiles ad aduerſa ſuſtinēdū, De
Luc. 8. qbus dr̄, Ad tp̄s credunt & in tp̄e tētationis recedunt. De quorū numero erant multi Chriſtiani, qui timore pęnarū martiria fugiebant. Iſtos ad amorē martirij incitabat dicēs. In amorē martirij noſtros ſuſtinemus affectus. Tertio fuit conſolator afflictorum cum dr̄. Genua debilia roboraſti. Erant.n. quidam afflicti pp pœnam inflictam a tiranno, de quorū numero erāt Marcellianus & Marcus. Iſtos Sebaſtianus cōſolatur per ſa
Eſa. 50. lubrē exhortationē. Dñs dedit mihi linguā eruditam ut ſciā ſuſtentare eū, qui lapſus eſt uerbo. Quidā erāt afflicti pp pœnam cōtractā a morbo: De quorū numero erat Zoe uxor Nicoſtrati, & Tranquillinus, & Cromatius, qui morbo grauiſſimo laborabāt & infirmabātur. Iſtos cōſolatus eſt B. Sebaſtianus ſanando eos p efficacem orationem. Nam ſicut dr̄. Multū ualet deprecatio iuſti aſſidua. Quidā erant afflicti pp pœnam immiſſam a Deo: De quorū numero erant Romani & Papienſes. Contra quos ut legitur in hiſtorijs Longobardorum. Tanta peſtis a Deo fuit miſſa, ut uix unus alterum ſufficeret ſepelire. Iſtos conſolatus eſt ſanando p ſuarum reliquiarū deuotā uenerationem. Mox enim ſicut ibidē legitur ut in Papiā ſuæ reliquiæ ſunt delatæ, peſtilentia illa ceſſauit. Quidam.n. erāt afflicti per pęnam immiſſam a diabolo, de quorū numero erat q-

dam

dam mulier in Tuſcia, vt refert Greg. in dialogo, q̃ dũ ad dedicationẽ eccleſię S. Sebaſtiani ire dẽret; nocte illa à cõcupiſcẽtia ſimulata, a viro ſuo noluit abſtinere, q̃ mox vt S. Sebaſtiani oratoriũ eſt ingreſſu, à Diabolo eſt uexata. Iſtã cõſolatus eſt ſanãdo p ſuã, & ſancti Fortunati ĩtercesſionẽ. Voluit ipsã tñ pri⁹ vexari, utoñdat ꝙ diligat mũditiã. Voluit & ſacerdotẽ q pallio altaris eã opuit, ſiſt vexari vt oſtẽdat ꝙ odit pſũptuosã audaciã. Voluit ad incarnationẽ eã amplius vexari, ita ꝙ legio dęmonum in eã intrauit; vt oſtendat quòd odit ſuperſtitionem fallacem & vanam.

Sermo 65. De ſancta Agnete Sermo. I. De triplici eius certamine.

MVlierẽ fortẽ qs inueniet? Inuentũ eſt hodie de S. Agnete, ꝙ Salomon aut p poſſibilitatẽ, aut p difficultatẽ, aut p admiratione ſe non poſſe inuenire dicebat fortẽ mulierẽ. Sancta qdẽ Agnes adeo fortis extitit; qđ triplex certamẽ maximũ ſuperauit. Primũ nanq; certamẽ habuit cõtra p̃fecti filium, qui uolebat ſibi ſurripere uirginitatem inducendo ipſam ad cõiugium. Secundũ habuit contra ipſum præfectũ, qui uolebat polluere ſuæ famæ honeſtatẽ trahẽdo ipsã ad proſtibulũ. Tertiũ cõtra p̃fecti Vicariũ habuit, q̃ uolebat in ipſa corrũpere fidei integritatẽ; multiplex inferẽdo ei certamẽ. Sed in quolibet certamine habuit cęleſte adiutoriũ. Nã in primo habuit angelũ vñ ipſa dixit. Mecũ. n. habeo cuſtodẽ corporis mei, angelũ dñi. In ſcđo habuit Xp̃m vñ ait? Vnigenitus Dei filius, murus mihi eſt impenetrabilis, & mei cuſtos nunq̃ dormiẽs, & defenſor nunq̃ deficiẽs, In tertio habuit Spñ Sctñ, vñ dicit. Ecce nũc p ſpñ ſctñ rore cęleſti pfuſa, focus iuxta me morit. Circa primũ notãdũ, ꝙ ipſa quinq; habuit, q̃ in alijs mulierib. sũt ad impedimentũ caſtitatis, ĩ ſe aũt sũt inſtrm̃ virtutis. Primũ eſt ætas iuuenilis, qa xiij. ætatis ſuę anno mortẽ pdidit, & vitã inuenit, & ſic dr̃. Adoleſcentię. n. & voluptas vana ſunt, ſed ætatẽ iuuenilẽ mentis canitie tẽperauit. Vñ

Pro. vlt.

Agnes quinq; habuit carnis incitamenta,

dr̄ de ea. Infantia cōputabat̃ in annis, sed erat senect⁹
Sap. 4. mētis immēsa, corpore iuuēcula, sed aīo cana. Cani
sūt sēsus hoīs &c. Scd̄m est pulchritudo corporis. Ip
sa.n. sicut de ea, fuit pulchra facie, sed pulchrior fide,
Pro. 21. & sic dr̄. Fal lax grā, & uana est pulchritudo. Sed ipsa
pulchritudinē suā corporis maceratione turbauit, vn̄
Cant. 1. poterat dicere illud. Nigra sum sed formosa. Nigra ex
terius per macerationē, formosa interius p uirtutē de
corē. Vn̄ dicit Gre. ī dialogo de Galla nobilissima fœ
mina, q̄ instar. s. uiri habitura erat barbā, si nōruberet.
Illa exterius nihil timuit deformitatis, q̄ interiorem
spēm amauit. Nec mirū est, si hic in illa sedaret̃, qd̄
à cęlesti spōso nō amaret̃. Tertiū est multiplex obla-
tio muneris. Vn̄ dr̄, q̄ cępit offerre plurima, et plura p
Oseæ. 4. mittere. Multæ.n. sunt quas nō decepit iuuentus, nec
pulchritudo, sed induxit munerū oblatio. Munera de
derūt amatorib. suis. Ipsa aūt munera oblata despexit.
Gen. 25 Vn̄ dr̄ in legēda. Detulit secū p̄ciosa ornamēta, q̄ ab
ea sunt tanq̄ stercora reputata. Sciebat.n. q̄ hmōi mu
nera, nō dant̃ spōsis, sed cōcubinis. Filius aūt cōcubi
narū largitus est munera. Quartum est nobilitas ama
toris. Nā nobilitas uirorū facilius inclinat aīos puel
larū. Ille aūt erat filius p̄fecti urbis Romæ, & iō no-
bilis, & sublimis. Sed ipsa ei⁹ nobilitatē cōparōne spō
si cęlestis uilipēdit. Vn̄ ait. Discede à me pabulū mor
tis, q̄a iā ab alia amatore pūēta sū, q lōge te nobilior
est, & gn̄e, & dignitate. Quintū ē terror supplicij, q̄a
p̄fectus multa supplicia est minatus ei. Multæ āt sūt,
q̄ respuunt munera, & cōsentiunt pp supplicia. Sic fa
ciebatis filiabus Israel, & illæ timētes loquebant̃ uo-
Dan. 13 bis. Sed ipsa terrores & minas derisit. Vn̄ dr̄ de ea, q̄
terrentē sicut & blādientem aīo deridebat. Amb. Cęte
ræ puellæ toruos uultus parentum ferre non pn̄t, &
acu puncta districta solēt quasi uulnera flere. Hęc aūt
virgo cruētas carnificū manus, impauida expectauit.
Scd̄m certamē habuit contra præfectum, quia uoluit
in ipsa polluere honestatē trahēdo eā ad prostibulū.

In quo certamine cōtra eā multa aduersari⁹ tela inie cit, sed uirgo oīa superauit. Primò namq; fecit ipsam nudā per ciuitatē duci, vt nuditas sibi uerecundiā faceret. Solent.n. ipse uirgines Magis nuditatis uerecūdiam timere, q̄ pœnā. Eras nuda & cōfusione plena. Sed contra istud telū habuit densitatē capillorū, qui eā induerūt, & verecundiā ꝓpulsauerunt. Capilli pro velamine mulieri sunt. Scdò in loco turpi.i. in prostibulo fecit eā includi, vt nomen & honestatē pollueret. Posuerunt puerū in ꝓstibulo. Sed ipsa cōtra hoc hūit societatē angelorū, vt.s. pñtia angelorū loci infamiā aboleret. In domib. in qb pri⁹ habitant dracones, orieť uiror calami, & iūci. Calamus, & iunc⁹ uirent iuxta fluēta aquarū. Et signat angelos, q̄ hñt uirorē cōtēplationis, & sunt mersi in pelago amoris. Tertiò ī loco.s. obscuro fecit eā claudi, ut loci obscuritas virginē pterreret. Cōtra istud hūit luminis claritatē, quę tāta fuit, ut null⁹ posset eā cōtingere, uel uidere. Sāctis aūt tuis maxima erat lux. Quę societas luci ad tenebras? Quartò sine uestimēto fecit eā relinq, ut frigoris asperitas eā affligeret. Desup tunicā palliū sub stulistis. Cōtra hoc habuit uestē cęlestē, q̄ angeli sibi in carcere parauerūt. Induit se uestimētis iucūditatis suæ. Quintò oīb. eā fecit exponi, ut ꝓ uno quē contēpserat, oēs hřet. Ausus est gymnasiū cōstituere, & optimos æpheborū in lupanari ponere. Cōtra hoc habuit Dei uirtutē, qua oēs q ingrediebanť cōuertebanť. Insiliet in te spūs dñi, & mutaberis in uirū alterū. Sextò filio suo illudēdā dedit, ut quē noluerat hře maritū, hřet amasiū. Contra hoc habuit iudiciarij Dei ęmulationē.i. dæmonis, qui ipsum pfocauit. Vñ ipsa ait. Ille cuius uoluntatē uolebat pficere, ptātem in eum accepit, & occidit. Dęmones.n. sunt iudiciarij Dei, qui & si a seipsis hēant malam uoluntatē, à Deo tñ iustā accipiunt ptātem: Spiritus dñi malus, inuasit Saul. Est .n. spiritus dñi pp acceptam ptātem, sed malus pp iniquā uoluntatē. Tertiū certamē habuit contrà pfecti-

uicarium,

Agnes multa ē a tirāno ꝑpessa. Eze.16 · 1.Colo.11. · Ioel.3. · Esa.3. · Sap.18. · 2.Cor.6 · Mich.2 · Iudi.10 · 2 Ma.4. · 1.Re.10 · Dæmones iudiciarij Dei. · 1.Re.18

uicarium, qui uoluit in ipsa corrūpere fidei integritatē, multiplex inferēdo suppliciū, sed ipsa oīa superauit supplicia. Fecit namq; ipsam uirginē ꝓijci in ignem, & ipsum ignē fecit copiosum fieri, ꝙ tandē in gutture fecit eā gladio feriri. In ignē q̄dē fecit eā ꝓijci pp cōsumptionē, ut. s. ignis carnē, & ossa in cinera

Amos. 2 redigeret, ne. s. aliquæ reliq̄æ remanerent. Sup tribus scelerib. Moab. Et sup quartū nō conuertā eū, q̄a incēderunt ossa regis idumæ usq; ad cinerē. Primum scelus fuit, q̄a filius p̄fecti uirginitatē sibi surripere voluit. Scd̄m, q̄a ipse p̄fectus eā nudā per ciuitatē duci fecit. Tertiū, q̄a eam in lupanari exposuit. Quartum, q̄a ipse uicarius eā in ignē proijci fecit, ut eius ossa in cinerē redigerentur. Sed istud certū uicit per orationē deuotā, q̄a mox ut orauit ignis extinctus fuit.

Eccl. 51 In medio ignis non sum æstuata. Scd̄ò ipsum ignē copiosum uoluit fieri, ut & ipsa cito cōsumeretur ne sibi auferretur, sed contra istud certū habuit refrigerātem Dei grām, quæ sibi refrigerium p̄stitit, unde ipsa ait. Ecce per Spiritum sanctū rore cęlesti pfusam, fo:

Eccl. 3. cus iuxta me morit̄. Ignē ardentē extinguit aqua, i. refrigerans Dei grā. Tertiò in gutture fecit eā secari, sed istud certū uinxit per cęlestē palmā quā acq̄siuit.

Apo. 7. Stātes ante thronū Dei in cōspectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manib. eorū. Stat ante thronū Dei per contēplationē deitatis. In cōspectu agni per cōsiderationē humanitatis. Amicta stola alba per dotem aīæ, & palmæ in manibus eius p ostensionē uictorię.

Sermo lxvi. De eadem sermo ij. Quomodo iusta, deuota, atque læta extiterit, demonstrans.

Pro. ult. FOrtitudo, & decor indumentū eius, & ridebit in die nouissimo. Hæc uerba cōuenienter de S. Agnete exponi pn̄t, quæ fuit robustā, decora, & læta. Fuit sic robusta, quod ēt hostes uicit. Fuit sic decora, quod omnibus placuit. Et modo læta, q̄a ad lætitiam sempiternam peruenit. Primo igitur fuit robusta & fortis, ideo

ideo præmittitur fortitudo, Fuit enim fortis, quia uicit fortiorem se .i. diabolum. Vñ dicit B. Agnes, spurcitias diaboli immaculato calle transiui. Scribo uobis adolescẽtes, quia uicistis malignum. Fuit fortior, quia à nemine potuit uinci, nec a pfecti filio promissis donis, nec ẽt ab ipso pfecto irrogatis iniurijs, nec ab ipso uicario illatis supplicijs. Potẽtia nemo uicit illum. Fuit fortissima, quia uicit semetipsam, s. corpus seruando munditiam, & animam seruãdo patiẽtiam. Melior est patiens uiro forti, & qui dominatur aĩo suo expugnatore urbium. Fuit sup fortissima, quia uicit Deũ, & hoc qñ resuscitãdo filium præfecti orationibus deuotis induxit. Mulier fortis oblectat uirum suum, i. Deum. Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis cõtra homines præualebis? Secundò fuit decora, ideo subditur. Et decor. Deus enim ipsam in præsenti decorauit, quia ipsum multiplici gloria illustrauit: fecit nãque miracula in triplici machina rerum, quia & de cęlo corruscatio, & fulgur descẽdit, & terrę motus magnus extitit, & pfecti filiũ de inferno suscitauit. Fecit miracula in quadruplici substantia elemẽtorum; quia ignis extinctus est aqua, quia tẽpestas super paganos exorta est, terra mota, aer dum esset in carcere illustratus est diuina luce. Fecit miracula in quintuplici dfia creaturam. s. in illis, quæ habent tm̃ esse, sicut in imagine, quæ anulum recepit, & tentationem fugauit. In illis quæ hñt uiuere sicut in capillis, qui instar plantarum uiuunt, qui crescunt. Et in illis, quæ hñt sentire, sicut patet in agno niue candidiore, qui iuxta eam stare uisus est. In illis qui habent discernere, sicut patet in Constantia, quam corpore, & mẽte sanauit. In illis quę habent intelligere, sicut in Angelis, qui sibi uestem in prostibulo præparauerunt. Tertiò est modo læta ideo dicitur. Et ridebit in die nouissimo? Non dixit in die primo, quia ille est dies ploratus. Primam uocem simi lem omnibus emisi plorans, nec dixit die medio, quia ille dies est incolatus. Heu mihi quia incolatus meus pro-

1. Io. 2.
Ecc. 48.
Pro. 16.
Ecc. 16.
Ge. 32.
Sap. 7.
Ps. 119.

prolõgatus est. Sed dixit in die nouissimo, quia ille est
Iob. 8. dies iucũditatis & risus. Donec impleatur risu os tuũ.
Agnes gloriæ quatuor In hoc ergo die nouissimo ipsa ridebit, qa pter gloriam cõem, quatuor speciales habet Primam habet in capite quæ est aureola. Super corona facies alterã coronam aureolam.
Exo. 25. Secundam habet ore, quæ est suauis melodia.
Apo. 14. Cantabant quasi canticum nouum. Tertiam habet in corpore, quæ est vestis candida.
Apo. 3. Ambulabunt mecum in albis quoniam digni sunt. Quartam hẽt in prosecutione, quæ est associatio diuina.
Ibid. 4. Hi sequuntur agnum quocunq; ierit. Propter primã coronam, quã habet in capite dixit. Quasi spõsam decorauit me corona. Propter secũdam, quã habet in ore dixit. Cuius mihi organa modulatis uocibus sonant. Propter tertiam, quam habet in corpore dixit. Induit me dñs clamide auro contexta. Propter quartam, quam habet in Christi associatione ait. Ipsi sum iuncta in cœlis, quem in terris posita tota animi deuotione dilexi &c.

Sermo lxvij. De eodem festo Sermo iij Gloriatur Agnes Christum habere sponsum, ideo eum multipliciter commendat.

Can. 2. DIlectus meus mihi & ego illi. Cõsuetudo est inter sponsum & spõsam, ꝙ spõsus sponsam sibi copulat per amorem, & ꝙ sponsa sponsum multipliciter commendat. Beata igit̃ Agnes primo gloriatur, quod Christus eam in sponsam accepit, & sibi eam per amorem copulauit, cum dixit. Dilectus meus mihi. Secundo eum multipliciter commendauit, cum subdit. Et ego illi. Est igitur sensus, dilectus meus mihi, idest incendit me sibi in sponsam accipiendo. Et ego illi, scilicet incendo ipsum multipliciter commendãdo. Circa primum notandum, ꝙ triplex est desponsatio. Prima est carnalis.
Desponsatio triplex. Et spũalis, adhuc triplex.
Io. 2. Vocat sponsum architriclinus &c. Alia est spiritualis. Et ista triplex est. Vna quæ fit per
Ose. 2. fidei signaculum quæ contrahitur in baptismate. Sponsabo

ſabo te mihi in fide. Alia q̄ fit per paſſionis ſacramentum. Et iſta cõtracta fuit in Chriſti paſſione Spõſabo te mihi in iuſtitia & iudicio. Tunc.n. Diabolus eſt iudicatus. Nunc iudicium eſt mundi &c. Alia quæ fit per uirginitatis uotum. Et iſta contrahitur in thalamo cõſcientiæ. Sponſabo te mihi in miſericordia & miſerationibus. Virginitatem n. ſeruare non eſt virtutis humanæ: ſed miſerationis diuinę. Deſpõdi enim vos uni uiro &c. Tertia eſt deſponſatio cœleſtis. Sponſabo te mihi in ſempiterno. Vidi ciuitatem ſanctam Hieruſalem nouam diſcendentem de cœlo à Deo paratam: ſicut ſponſam ornatam uiro ſuo. Primam deſponſationem.ſ. carnalem beata Agnes reſpuit, quia in luctum conuertitur. Vnde ait; Diſcede a me pabulum mortis, quia iam ab alio amatore præuenta ſum. Fœlix ſterilis & coinquinata &c. Secundum, ſcilicet ſpiritualẽ habuit tam per fidei ſignaculum, unde ait. Annulo ſuo ſubarrauit me, quam per paſſionis ſacramentum, vnde ait. Sanguis eius ornauit genas meas, quam per uirginitatis uotum. vnde dicit, Quem cum accepero uirgo ſum, cum amauero caſta ſum, cum tetigero munda ſum. Tertiam, id eſt cœleſtem hodie aſſecuta fuit, quia hodie cœleſtem curiam, ideſt thalamum introuit, introduxit me rex in cellam uinariam. Vbi quidem eſt inter ſponſum & ſponſam fœlix amplexatio, vnde ait, iam amplexibus eius caſtis aſtricta ſum. Dextera illius amplexabitur me. Beata coniunctio, vnde ait, iam corpus eius corpori meo ſociatum eſt. Omnes unum ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te. Glorioſa prolis generatio, unde ait, Nec deerunt poſt nuptias filij ubi partus ſine dolore ſuccedit, & fæcunditas quotidiano cumulatur. Omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas. Ex tali enim coniunctione reſultat geminus fætus, ſcilicet glorificatio corporis, & animæ, vel glorificatio in contemplatione diuinitatis, & uiſione humanitatis. Secũdo ſponſum ſuum multipliciter cõmmẽdauit, & maximè a tri-

[Margin notes: Ibid. / Io.12. / Oſe.2. / 1.Co.11 / Apoc.21 / Sap.3. / Can.2. / Ibid. / Io.17. / Ibid.]

bus, scilicet à pulchritudine, nobilitate, diuitarū fertilitate. De pulchritudine eius dicit. Cuius pulchritudinem sol & luna mirantur. Pulchritudo autem maximè attendit in facie. De pulchritudine autem faciei

Hest.15 istius sponsi dr̄ Facies tua plena est grãrum. Dicit autē Aug. de trin. Pulchra facies est dimensa pariliter, affe-

Notandum. cta hilariter, & colorata luculenter. Habuit igit iste sponsus pulchram faciē. s. bene proportionatam. Ante incarnationem non erat bene proportionatus, quia erat altus nimis, nimis ꝓfundus, nimis latus, & nimis longus. Tam altus ut non possit attingi. Tā ꝓfundus

Iob.11. vt nō possit videri. Tā latus, vt nō possit comprehendi. Tā longus ut non possit mensurari. Excelsior cęlo

Phil. 2. est &c. Sed post incarnationem est proportionata altitudo suæ maiestatis vsque ad nostram substãtiam. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Profun-

1.Cor.1 ditas suæ sapientiæ vsq; ad humanā stultitiā. Placuit Deo per stultitiā prædicationis, saluos facere credentes. Latitudo suæ potentiæ, usq; ad nostram miseriā.

Esa. 53. Desiderauimus eum despectum, & nouissimū uirorū &c. Longitudo æternitatis diuinę vsque ad nostræ tē-

Gal.4. poralitatis mensuram. At vbi venit plenitudo temporis &c. Secundò eius facies fuit hilariter effecta: Non .n. erat litigiosus in ore, partialis in opere, non impatiēs in sermone, nō durus in cōpassione, non tristis in

Esa. 45. mēte, non turbulētus in facie. De his omnibus dr̄: Nō clamabit, neque accipiet personam &c. Tertio eius facies fuit luculenter colorata. Fuit enim candidus propter uirginitatē, q̄ maxime resultat in carne. Rubicundus propter charitatem, quæ maximè feruebat in mente. Fulgidus & electus ex militibus propter maiestatem, quæ maximè resultabat ex diuinitate, Dilectus meus candidus & rubicundus. Secundò cōmēdat eum

Can.5. ex nobilitate cum dicit. Qui longè nobilior est te, &

Nobilitas triplex. genere, & dignitate. Est autem ſm Grego. Nazianzen. triplex nobilitas. Vna causatur ex imaginis diuinę impressione, alia ex carnis propagatione, tertia ex ani-

mi

mi virtute. Quantum igitur ad diuinitatē in Christo, fuit in nobilitas imaginis. Quæ est imago Dei inuisibilis. Quantum ad carnem fuit Christo nobilitas originis. Qui factus est ex semine Dauid ſm carnē. Quātū ad aīam fuit in eo nobilitas uirtutis plenum gratia & ueritate. Tertio commendat ipsum à diuitiarum plenitudine, cum dicit Cuius opes nunquam deficiunt, cuius diuitiæ nunquam decrescunt. Mecum sunt diuitiæ, & gloria, i. diuitiæ gloriosæ. Illę.n. sunt miseræ, istæ gloriosæ, qa istæ sunt perpetuæ, illæ trāsitoriæ. Ista dr̄ia ponit. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, sed in cœlis, ubi neq; erugo neq; tinea demolit. Istæ faciunt hoīem saturum, illæ famelicū. Ista dr̄ia ponitur. Oīs qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum. Istæ faciunt hominem locupletem & gloriosum, illæ indigentem & miserum. Ista differentia ponitur, Dicis, quia diues sum, & locuplex, & nullius egeo, & nescis, quia miser es, & miserabilis, & ideo suadeo tibi emere a me aurum ignitum & probatum ut locuples fias. Col. 1. Rom. 1. Ioan. 1. Prou. 8. Matt. 6. Ioan. 4. Apoc. 3

Sermo lxviij. De eadem sermo quartus. De personis quæ in nuptijs reperiuntur, & quid ad vnamquamque pertineat aperiens.

GAudeamus, & exultemus, & demus gloriā Deo, qm̄ uenerunt nuptiæ agni, & uxor agni præparauit se, & datum est sibi ut cooperiat se byſſo splendenti & candido. Tres personæ prncipales reperiuntur in nuptijs, s. paranymphi, sponsus, & sponsa. Ad paranymphos autem pertinēt dulciter decantare epithalamium. Ad sponsum pertinet pręparare dulce & nuptiale cōuiuium. Ad sponsam pertinet se pręparare ꝑ decentem ornatum. Ad utrosq; pertinet se præparare per coniugalem affectum. Et quoniam inter Christū & Beatam Agnetem spūale est cōtractū matrimoniū, ideo in ipso spitituali matrimonio ista quatuor reperiuntur; quæ in prædictis uerbis denotātur. Primo Apo. 19

enim

Epitha-lamium quid. enim ex parte paranymphorum ponit epitalamium laudis cum dicitur; Gaudeamus & exultemus &c. Est autem epithalamium canticum qd in honore sponsi & sponsę in nuptijs decantat. Et dicitur ab episcopo quod est supra, & thalamus, eo quod supra thalamum decantetur, Epithalamum ergo beatæ Virginis Agnetis est duplex, unum est in via, aliud in patria, de epitalamio eius in uia dicit Amb. Hāc senes, hāc iuuenes,

Agnetis laudes. hāc pueri in uia decantant. Nemo est laudabilior quā qui ab omnibus laudari pōt. Quot homines tot præcones, qui martirem prædicant Deum loquunt. Ipsa igitur puella fuit non tantū per ætatem, sed maximè per puritatem, iuuenis per fortitudinē & alacritatē, senex p sensus, ac morum maturitatē. Ipsam ergo debent laudare pueri tanquam purā in mente, & in intē

Sap.3. tione. Iuuenes tanquam fortem, & alacrē in passione, Senes tanquam maturam in sensu & in cōuersatione. Epithalamiū eius in patria canunt paranymphi, idest angeli & alij benedicentes. Hæc est q̄ nesciuit thorū in delicto, habebit fructum in respectione animarū sanctarum. De isto epithalamio, quod sibi decantatur ipsa dicit. Amo Christum in cuius thalamū introiui, cuius mihi organa modulatis uocibus cantat. Secūdo ex parte sponsi ponit præparatio conuiuij nuptialis, cum dr: Venerunt nuptiæ agni. De hoc nuptiali con-

Apo.19 uiuio dicitur. Beati q ad cœnā nuptiarū agni uocati

Cæna cęlestis qualis. sunt. Ex quibus verbis habet quod ibi erit plena satietas, dulcis suauitas, & æterna securitas. In præsenti q-dē satietas habet fastidium, fames habet molestiā, timor ne scilicet alimenta defidiant, habet pœnā. Ideo que præuidit Deus ut in nullo cœlesti cōuiuio sit plena satietas, ne ibi sit molestia famis, iō dicitur nuptiatum. In nuptijs enim consueuerunt omnia abundare,

Ps.16 Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sit dulcis suauitas ne sit mentis fastidium, ideo dicitur agni q habet carnes delectabiles, & suaues. Si nō dixerūt uiri taberna-

Iob.31. culi mei, qs det de carnibus eis ut saturemur? Sit æterna se-

na securitas, vt tollat timor defectionis, vñ dr̃ Cæna, Prou. 1.
quia nullũ aliud cõuiuiũ sibi succedit. Qui me audierit, sine timore requiescit. Tertio ponit ex parte spõsę ꝑparatio ornamenti singularis cũ dr̃. Datum est ei, ut coopiat se bysso fulgido & cãdido, & vestib. ornatissimis. Habuit quidẽ sponsa quatuor gña vestiũ. s. vestẽ deauratam. Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato. i. Xp̃i aĩa, q̃ corpus suũ rexit, in vestitu deaurato. i. in corpore glorificato. Habuit vestẽ variã, vñ sequitur. Circũamicta varietate. Vestẽ albã, Ambulabũt me cũ in albis. Et habuit vestẽ rubeã. Quare rubeũ est ĩdumentum tuum. Istas vestes Xp̃s Agneti suæ spõsæ cõicauit. s. deauratã vestẽ infundendo charitatem. Vñ ipsa ait. Induit me dñs ciclade, auro texta. Oĩs glã eius filiũ regis ab intus in fimbrijs aureis. Variã ornando ꝑ virtutum varietatem. Vñ ait ipsa B Agnes. Circũdedit me uernantibus atq; corruscantibus gemis. Vestiui te discoloribus. Vestẽ candidã, decorando per puritatẽ. In cuius significatione Angelus in carcere vestẽ cãdidam ei dedit. Et dedit sibi vestem rubeam, eam rubricando per sanguinis effusionẽ, & suæ passionis meditationem. Vnde B. Agnes ait. Sanguis eius ornauit genas meas. De hac duplici veste dr̃. Byssus, & purpura indumentũ eius, Sed qm̃ nobiles spõsæ cõsueuerũt vestes suas ẽt gemmis ornare, iõ & ipsa gemmis uirtutum erat ornata. Quas gẽmas habuit in manu dextera per rectam intentionem, unde ait. Dexteram meã cinxit lapidib⁹ preciosis. Qui enim facit opera, quæ vñr esse uirtuosa, sed intentione corrupta, gemmas habet in sinistra. Qui uero intentione recta, habet in dextera. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Secundo ipsas habuit in collo, unde ait. Collum meũm cinxit lapidib. ꝑciosis. Collum Christi sunt prędicatores, qui à Christo capite influentiam recipiunt, & cætera membra infundunt. Illi ergo sunt collum, qui tm̃ ꝑdicant verbũ. Illi sunt collum lapidibus ꝑciosis ornatũ, qui uerbum prędicant, & verba prædicationis operib.

Sponsæ vestitũ gña. 4.
Ps. 44.
Apo. 5.
Esa. 63.
Ps. 44.
Eze. 16.
Pro. vlt.
Matt. 5.

virtuosis exornāt. Collū tuū sicut monilia. Tertiò ipsas habuit in aurib⁹ obediētiā. Vn̄ ait, Tradidit aurib. meis inestimabiles margaritas. Ille simplr est auris, q̄ coactus obedit. Qui vero spontaneus est obediens, auris est margaritis ornata. Inauris aurea, & margarita fulgens, q̄ arguit sapientem, & aure obediētem. Quarto eas habuit in toto corpore, unde ait: Indit me Dominus ciclade auro texta, & immēsis monilibus ornauit me. Ipse.n. B. Agnes habuit cicladem auream, idest conuersationem lucidam, & immensa monilia, id est lucida, & uirtuosa exempla. Corpus eius quasi crisolitus. Quarto ponitur ex parte utriusq; affectus cōiugalis cum dr̄: Vxor agni. In duobus quidem mutuo participant. s. in coniunctione cum dicitur: Vxor. in nomine, cum dicitur: Agni. Est autem in omni matrimonio triplex coniunctio. Vna est per consensum animorum. Alia per coniunctionem corporum. Tertia p indiuisibilem habitationē ambotū, Ista triplici coniunctione est coniunctus Christus Agneti, & ipsa sibi. Per mutuam charitatem. Vnde ait: Non ergo potero ad cōtumeliam prioris amatoris alium aspicere, cū quo sū charitate cōiuncta. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Per naturæ cōformitatē, q̄a sicut dr̄: Nusquā.n. angelos apprehēdit, sed semen Abrahæ. Vnde ipsa dicit. Iam amplexibus eius castis astricta sum. Iam corpus eius corpori meo sociatum est. Per inseparabilitatem, quia Christus eam sibi æternaliter copulauit. In charitate perpetuá dilexi te. Secundo conueherūt in nomine, quia ille Agnus, & ista Agna. Agnus aūt dicitur ab agnoscendo, q̄a præ cęteris animantibus, matrem agnoscit. Sic Christus matrē agnouit ab infantia, per humilem obedientiæ subiectionē. Erat subditus illis. In iuuentute, per suæ petitionis adimpletionem quia ad præces matris aquam in vinum in nuptijs cōmutauit. In morte per curā, & promissionem, quia ipsam Ioanni commendauit. Post mortem p sui apparitionē, quia, ut creditur, sibi primo apparuit. Sic beata

Cant. 1. Pro. 25. Dan. 10

Agnos cū Christo in duobus participat.

Cant. 6. Heb. 2. Her. 31 Luc. 2.

Agnes

Agnes ſponſum ſuum cognouit in uita per fidem, & deuotionem. Vnde ait. Ipſi ſoli ſeruo fidem, ipſi me tota deuotione cõmitto. In morte per conſtantẽ confeſſionẽ. Vnde in igne poſito dixit: Te cõfiteor labijs, & corde, & totis viſceribus cõcupiſco. Poſt mortẽ nunc cognoſcit per apertam uiſionem. Vnde dixit: Ecce iam quod credidi video, quod ſperaui iam teneo, & quod concupiui amplector.

Sermo lxix. De ſancto Vincentio martyre ſermo j. De eius conſtantia in tormentis.

CErtamẽ forte dedit illi ut vinceret. Inter cęteros martyres B. Vincentius certñ forte ſuſtinuit, qđ tñ fortiter ſuperauit & uicit. Habuit autem duplex certamen. Vnum cum Valerio Epiſcopo, aliud ipſe ſolus ſine epiſcopo. Ipſi aũt duo in iſto certamine tria tela ſuſtinuerunt. ſ. iniuriam carceris, moleſtiam famis, & minas mortis. Quia Datianus eis mortem minatus eſt, niſi ei conſentirent. Sed iſta tria uicerunt p tria arma, quæ habuerunt. Nam primũ telum vicerunt per lętitiam ſpiritualem, vnde dr̃ de eis: Valerius epiſcopus, & leuita Vincentius, in cõfeſſione fidei alacriter cucurrerũt Et exẽplo apoſtolorũ de quibus dr̃: Ibant apoſtoli gaudentes &c. Secundum telũ vicerunt per patientiam ſingularem, quia nõn murmurauerunt, ſed patienter, & fortiter famis moleſtiam tolerauerunt. In humilitate patientiam habe. Tertium certñ uicerunt per apertam fidei confeſſionem. Vnde. n. Vincentius dixit Datiano de mãdato Valerij. Nephãdũ apud Chriſtianam prudentiam eſt diuinitatis cultum abnegando blaſphemare. Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Secundum certñ ipſe ſolus habuit, in quo certauit uiuus & mortuus. Viuus autem habuit triplex certamen. Vnũ in æculeo, alius in ignis incendio, tertium in carnis ergaſtulo. In ęculeo fecit eum Datianus in toto corpore diſtendi, di-

Sap. 10. Vin. certñ duplex. Act. 5. Eccl. 2. Ro. 10. Vin. certñ triplex.

flētū diuersis uulnerib. cruciāri, cruciatū ferreis pectinibus dilanari, & carnifices ad crudelius sæuiendum, uerberib fecit vrgeri. Sed ista quatuor tela, q̄ sustinuit, uicit per quatuor arma, quæ habuit. Primū fuit uolun-
2. Cor. tas patiendi, vnde dicebat. Hoc est qđ sp optaui, & uo
12. tis oībus concupiui Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Secundum erat constantia sufferendi, vnde ait. Videbis me Dei uirtute plus posse dum torqueor,
Iob. vlt. q̄ possis ipse, qui torques. Et ideo illud qđ dixerat Iob negatiue, pōt ipsi cōuenire affirmatiuè. Nec fortitudo lapidū fortitudo mea, neq; caro mea ænea est, Ipse.n. hūit fortitudinē lapidis, qa tormētis non cessit, & fortitudinē ęris, qa Dei laudes resonauit. Tertiū erat magnaminitas contemnendi, qa tyrāni irā cōtēnebat dicens. Cū mihi irasci magis putas, mō melius incipis
Iudit. 9 misereri. Da mihi in aīa constantiam, contemnā illā. Quartum fuit desideriū ampliora supplicia patiendi, unde dicebat. Hoc solum ualde metuo, quia te fingis uelle mihi misereri; nolo ut aliquod minuas de supplicijs vt te uictū in oīb. fateatis, vñ dixit de eo Prudē
Iob. 6. tius. Ridebat hic miles Dei, manus cruētas increpans, ꝙ fixa nō profundius intraret arctus vngula. Qui cępit me ipse conterat, soluat manū suā, & succidat me. Secundum certñ habuit in craticulæ incendio, ubi totum corpus uncis ferreis aperitur, ardentes lamine infiguntur, sale ignis aspergitur, tela ad uiscera, & extra iaciunt. Sed ista quatuor uicit ꝑ quatuor arma, quę habuit. Primum erat oratio deuota, unde dr̃. Sursum ere-
Ecc. 39. ctis luminibus Dominū ꝑcabat. Aperiet os suum in oratione. Secundum fuit magna mentis cōstantia, vñ dr̃. Inter hæc manet īmobilis ille Dei seruus. Immo-
Thob. 2 bilis in Dei timore permansit, gratias agens Deo. Tertium fuit charitas ignita. Vnde dicit Ambr. Torquetur Vincentius, tenditur, flagellatur, exuritur, sed inuictus pro sancto nomine animus non excuritur, plus ardens igne cœli, quàm ferri. Ignis cęli est ipsa charitas, quæ in corde Vincentij sic ardebat, ꝙ ignem exte-

riorem

riorem frigidum faciebat. In meditatione tua exardescit ignis, s. charitatis diuinæ. Et locutus sum in lingua mea, s. confessionem fidei Christianæ. Quartum fuit conscientia sincera, per quam in omnibus intēdebat placere Deo, non mundo. Vñ dicit Ambr. Plus uoluit Vincentius placere Deo, quam foro, plus dilexit mori in Domino, quam uiuere in mundo. Non quasi hoībus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Tertium certamen habuit in carceris ergastulo. Nam tirannus fecit ipsum in obscuro carcere includi. Testas ibi acutissimas congerit. In ligno pedes affligi, & sine omni humano solatio relinqui. Sed ista quatuor Christus in gloriam cōmutauit, quia carcerem obscurum luce ineffabili illustrauit, floribus amænissimis carcerem aspersit, pedes resoluit, societatem Angelicam destinauit, nec mirum. Ipse namque habuit uitam lucidam, ideo non debuit in obscuro, sed in luce manere. Quæ societas lucis ad tenebras. Habuit consciētiam floridam, ideo non debuit fulciri asperitatē testarum, sed suauitate florum, Fulcite me floribus &c. Habuit affectionem liberam, non cum terrenis ligatam, ideo nō debuit habere pedes ligatos, sed solutos. Pes enim animæ secundum Aug. est affectus animæ. Manus tuæ non sunt ligatæ, & pedes tui non sunt compediti, idest compedibus aggrauati. Habuit uitam Angelicam, ideo debuit societate Angelicā decorari. Angelus Domini descēdit de cęlo cū Anania, & socijs &c. Secundò Vincentius uicit mortuus. Voluit quidam Datianus corpus eius a feris in terra deuorari, ab auibus in aere lacerari, a piscibus in mare consumi. Sed Angelus Domini corpus à feris custodiuit Ecce ego mitto Angelum meum, qui custodiat te, & præcedat te in via. Corpus auibus abegit. Vnde poterat dicere insipienti Datiano, interroga iumenta, & docebunt te, volatilia cœli, & indicabunt tibi, mare corpus eius ad lites remisit. Dedisti in mari uiam, & inter fluctus semitam fortissimam.

Ps. 38.
Eph. 6.
2. Co. 6.
Can. 2.
2. Re. 3.
Dan. 3.
Exo. 3.
Iob. 12.
Sap. 4.

Sermo lxx. Eodem die Sermo ij. Eius Pugna cum victoria, & retributio cum æterna gloria.

Apo.2. VIncenti dabo mãna abſconditum,& dabo illi cal culũ candidum. Nomen victoriæ nulli melius cõ uenit quã Vincentio,qui re & noĩe victor fuit,in uerbis præmiſſis duo ponuntur.Primo pugna cum victoria, cum dr̃:Vincenti.Secundo retributio cum æterna gloria,cum.ſ.ſubditur.Dabo manna abſconditum &c. Circa primum notandũ.ꝙ ſicut dicit Aug.in li.de correptione & gratia. Sancti martyres pugnant contra mundanos timores,immundos amores,& falſos errores.Contra iſtas tres acies S.Vincẽtius pugnauit & uicit. Primo.n.vincit mundanos timores,oĩa diuerſa ẽt ſupplicia contemnẽdo, Vñ dicit: Videbis me qui Dei virtute plus poſſe dum torqueor,quam poſſis ipſe qui torques. Vt adamantem & ſilicem dedi faciem tuam. Ego quippe dedi te in columnã ferream,& in murum æneum. Ex quibus verbis patet, quod conſtantia Vincentij fuit inſtar adamantis, ſilicis, ferri & æris. Adamas aũt ſicut dicit gloſa ibidem eſt in honore, & q̃uis cum auro ponatur,tñ inde nõ extollitur. Silex aũt eſt in conculcatione;& tñ non frangitur. Ferrum aũt oĩa domat, & æs repercuſſum reſonat. Sic B. Vincentius fuit adeo fortis ꝙ nec Datiani blanditijs,vel fauorib. potuit inclinari,nec tormẽtis & ſupplicijs deijci, ſed potius eorum malitiã duris repræhẽſionib.edomabat, & pcuſſus Dei laudẽ reſonabat, Iſtã aũt eius fortitudinẽ tria oſtẽdebant,ſ.cõſtãtia in aĩo. Vñ dixit: Videbis me plus poſſe dũ torqueor q̃ poſſis ipſe qui torques.Fiducia in uerbo.Aug.Tanta in Vincentio pęnarũ aſperitas ſæuiebat in mẽbris,& tanta ſecuritas in verbis reſonabat,vt putaremus alium loq̃,& aliũ torqueri,& vere ſic erat.Caro.n.patiebat̃,& ſpũs loq̃bat̃. Tertiũ fuit patiẽtia in ſupplicijs,Idẽ, Hẽbat Vincẽtius ĩ ſermone fiduciã,in paſſione tolerãtiã,nemo de ſuo corde pſumat, qa vt bona prudẽter loquamur ab illo eſt non noſtra

Margin notes: martirũ pugnæ. — Ezec.3. Hier. 1. — Vincentij conſtantia.

ſtra ſapientia, & ut mala fortiter perferamus, ab illo eſt, non noſtra patientia. Secundo immũdos amores uicit corpus ſuum cum omnibus uitijs mortificando. Mortificate membra ueſtra, quæ ſunt per terram purã carnis ne feceritis in deſiderijs. Et bene dicit in deſiderijs. Eſt quædã cura carnis uitioſa, de qua dr̃ hic, & quædam uirtuoſa de qua dr̃, Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cũ uitijs & cõcupiſcẽtijs. Quædam indifferens de qua dr̃. Nemo carnem ſuam unquam odio habuit. Primam aũt curam carnis ſanctus Vincentius abhorruit. Secũdam fortiter tenuit, De tertia parum curauit. Tertio uicit falſos errores, oẽs mũdi fallacias euitando. Mundus.n.habet triplicem falſam ſapientiam, ſ.nocturnam, fantaſticam, & umbraticam. Nocturnam hñt illi qui inſtar noctuæ, fugiũt lucem virtutum, & diligunt tenebras vitiorum. Qui male agit, odit lucem. Iſtam falſam ſapientiam Vincentius vicit; qui uitia tenebroſa abhorruit, & luce uirtutũ ſe ueſtiuit. Iuxta illud: Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis &c. Fãtaſticam ſapientiam hñt illi qui tm̃ bona pñtia diligunt, quæ non ſunt bona eſſentialiter, ſed apparẽter. Sicut parturientis cor tuũ fantaſiam patitur, niſi ab altiſſimo fuerit emiſſa uiſitatio. Iſtam ſapientiam fantaſticam Vincentius vicit, quia licet eſſet, archidiaconus in honore magno conſtitutus, tñ oĩa præſentia reſpuit, & cõtempſit, & bona cęleſtia quæ ſunt bona ueraciter concupiuit. Vmbraticam ſapientiam hñt illi q̃ inſtar æqui umbratici pericula falſa timẽt: uera tñ non timent. Tribulationes. n.pñtis uitæ ſunt quaſi q̃dam umbræ & futurarum pęnarum picturæ. Beatus aũt Vincentius iſtam ſapientiam umbraticam uicit, quia præſentes pœnas contempſit, & ideo futuras euaſit, vnde dicere poterat illud. Nõ n.in errore induxit nos hoĩum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ. labor ſine fructu. Secundo ponitur eius retributio cum gloria ęterna, cum dr̃, Dabo tibi manna aſcondi-

Col. 3. Ro. 13. Gal. 5. Eph. 5. Mundi falſa ſapiencia triplex. Ioan. 3. Ro. 13. Ecc. 33. Sap. 15.

tum & calculum candidum Per manna intelligit̃ bea
Beatitudo aĩæ per mã na signi ficatur. titudo animæ, per calculũ glorificatio corporis. Beatitudo aũt aĩæ consistit in Dei cognitione, ꝗ dilectatione cogniti, & dilecti perpetua retentione. significatur autem beatitudo aĩæ per manna ratione saporis, immutationis, & nominis. Nam in sapore intelli-
Exo. 16. gitur Dei cognitio, sicut dr̃. Sapor mannę erat quasi simile cum melle, simila de terra oritur, mel cęlesti rore generatur. Et ideo per similam Christi humanitas, per mel eius diuinitas intelligitur. Perfecta autẽ cognitio consistit in uisione humanitatis, & contempla
Ioan. 17 tione diuinitatis Hæc est uita æterna, ut cognoscant
Sap. 17. te solum uerum Deum &c. Perfecta autem dilectio intelligitur per manna ratione immutationis, immutabat. n. palatum, & omnem saporem. Beati. n. ad quod cunque se diuertunt, ibi dulcedinem inuenie t, nam conuertendo se ad Deum delitias infinitas hauriẽt, conuertendo se ad angelos uel sanctos siue cœlum nouum, & terram nouam, ibi suauitatem inuenient. Sicut. n. apis ex quolibet flore rorem sugit, unde mel componit, sic beati ex qualibet re materiam suæ dilectionis inuenient, unde dulcedinem assumunt. Æterna autem possessio cogniti, & dilecti intelligitur per manna ratione nominis. Dr̃. n. amam hic qđ sonat, qđ est hoc. Et est uerbum admirationis siue congratula-
Esa. 60. tionis. Beati. n. admirabunt̃ de tanta Dei liberalitate, & congratulabuntur de perpetua sua æternitate. Tũc uidebis, & affluens, & mirabitur, & dilatabitur cor
Dotis corporis. tuum &c. per calculum aũt significatur glorificatio corporis. Calculus nanq; qui ƒm aliam translationem dicitur margarita siue carbunculus, est paruus, i quo notat̃ subtilitas. Et rotũdus ĩ quo notat̃ agilitas. Est lucidus in quo notat̃ claritas. Et est solidus ĩ quo notat̃
Sap. 3. æternitas. De his quatuor dotibus corporis. Fulgebũt
Sap. 1. ecce claritas, Iusti, ecce immortalitas, ꝗa sicut dr̃, Iustitia ꝑpetua est, & immortalis, Tanquam scintillæ, ecce subtilitas. In arũdineto discurrẽt, ecce agilitas.

Sermo

Sermo lxxi. De eodem sermo iij. Quomodo equus, atque miles Dei dicitur.

VIdi & ecce equus albus, & qui sedebat sup eũ habebat arcũ,& data est ei corona,& exiuit vincẽs, vt vinceret. Beatus Vincentius dr̃ equus Dei inquantum nomen Dei p̄dicando, portauit. Et dr̃ miles Dei inquãtum de hostib. triumphauit. In verbis aũt p̄missis primo describitur iste equus Dei. Scd̃o iste miles Dei. Equus aũt describit᷑ a duobus. Primo a fortitudine in eo, qd̃ vocatur equus. Nunqd p̄bebis equo fortitudinẽ, supple non nisi ego. Scd̃o a pulchritudine cũ dr̃, Albus. Fortitudo aũt istius equi apparet, qa portauit magna pondera, magna supplicia, magna quidem numerositate, acerbitate & diuturnitate. Fuerunt nãque eius supplicia multa, & ponderosa, ac numerosa. Sicut patet in legenda, vt possit dicere cum p̄pheta. Oẽs fluctus tuos induxisti sup me. Super dolorẽ uulnerum meorũ addiderunt. Concidit me vulnere sup vulnus. Fuerunt ẽt in magna acerbitate. Vñ poterant dicere, Dñe qui hẽs sanctam sciam, tu manifeste scis, qa duro, in corpore sustinoo dolores non tm̃ duros, sed duriores, & durissimos. Duros qa in craticula assabatur; Duriores, qa tela ad uiscera iacebant᷑; Durissimos, qa ossa frangebantur. Fuerunt ẽt magna in magna diuturnitate, qa non fuit decapitatus, nec subito mortuus, sed nouis supplicijs reseruat᷑. Dolor meus reseruatus est &c. Quare factus est dolor meus p̄petuus. i. diuturnus, & longus rñdet dñs. Si separaueris p̄ciosum a vili quasi os meum eris, ac si dicat. Iõ ista pateris vt aĩa tua p̄ciosa a uili corpore separet᷑, & mihi familiaritate iũgat᷑. Quia igit᷑ sic fuit fortis ad portandũ supplicia, tã multa, tã acerba, tã diuturna. Iõ exclamat Prudẽtius. O miles inuictissime fortissimorũ fortior. Iã te sęua, & aspera tormẽta tremunt uictorẽ. Scd̃o describit᷑ iste equ⁹ a pulchritudine cũ dr̃ albus oñdit᷑ ꝙ fuit a Xp̄o sp̃ali amore dilect⁹. Dilectus me⁹ cãdid⁹, qd̃ fuit Xp̄i sãguine dealbatus. Lauerũt stolas suas

Apoc. 6
Iob 39.
Ps. 87.
Ps. 68.
Iob. 16.
2. Mat. 6
Hier. 5
Can. 5.
Apo. 24.

suas,& dealbauerũt eas in sanguine agni,q̃d est fami
Apo.23 liæ Christi ascriptus, Ambulabunt mecũ in stolis al-
bis. Et q̃ est in quadriga tertia collocatus. Nam, sicut
Ibid. 3. dicitur, In quadriga prima sunt equi rufi,i. martires,
Zach.6. in secunda equi nigri.i. confessores se per pn̄iam de-
nigrantes. In tertia equi albi,i.virgines innocentes.
Beatus aũt Vincẽtius in hac triplici quadriga fuit,q̃a
& sanguinem suum fudit, & se in pn̄ia macerauit, &
in innocentia se cõseruauit. Secundo describitur mi-
les,& maxime a quinque. Primo a noĩe cum dr̃, vin-
cens. Secundo ab officio siue ab arte cum dr̃,habebat
arcum. Tertiò a cordis magnanimitate cum dr̃, exi-
uit vincens. Quarto a finali,& recta intentione cum
dr̃, vt vinceret. Quinto a palma victoriæ, cum dr̃,&
data est ei corona. Circa primum notandum, q̃ ipse
habuit nomen celebre,i.victoriosum, quia vincẽs si-
Ruth.4. ue Vincentius & appellatus. Habeas nomen celebre
1. Pa.11 in Bethleem.i.in ecclesia militantis,& triumphanti.
Ipse erat inter tres nominatissimos,& inter tres secũ
dus,& inclitus. Tres noĩatissimi sunt martires cõfes-
sores & virgines. Ipse.n. est noĩatissimus inter marti-
res,q̃a durissima supplicia pertulit. inter cõfessores,
q̃a fidem Christi constantissime confessus fuit. Et in-
ter virgines,q̃a sincerissimam puritatem seruauit. Sed
parum esset si miles hr̃et nomen celebre, & non exer
ceret officium militantis. Ideo scd̃o commẽdatur ab
Sagitta quadruplex. officio siue arte,cum dr̃,habet arcum Habebat.n.iste
miles officium sagittandi. Iõ vnam sagittam iecit in
Deum,quæ fuit sagitta deuotę orationis. Vñ dicit de
2.Reg.1 eo. Erectis in cœlum luminibus dñm p̄cabatur. Sagit-
ta Ionathę nunq̃ abijt retrorsum. Tunc.n. sagitta re-
trorsum abijt, qñ oratio a Deo uacua recedit. Scd̃am
iecit in seipsum,q̃ fuit sagitta diuini timoris,quo car
Ps. 108. nem suã cõfixit. Confige timore tuo carnes meas &c.
Tertiã iecit cõtra Diabolũ quæ fuit sagitta humilita
Psa. 68. tis,qua ipsum superbũ grauiter vulnerauit. Tu humi
Esa. 31. liasti sicut vulneratum superbum. Nunquid nõ tu per
cussisti

cusisti superbum vulneratum draconē. Quartā iecit contra tirannum, q̄ fuit sagitta duræ increpationis. Sagittæ potētis acutę cum carbonibus desolatorijs. Ista enim sagitta fuit potens, quia irā tiranni nō timuit, & fuit acuta, quia eius cor medullitus penetrauit. Et fuit accēsa, quia zelo Dei hoc fecit Sed multorum sagittæ sunt debiles pp timorem, & retrusæ pp priuatum amorem, & frigidæ pp cœli remissionē. Sed parum prodesset similes habere officium militare, ipsum tn̄ nunquā exercere, nec ad bellum procedere. Ideo tertio commendatur a cordis magnanimitate, cum dicitur, Exiui, s. ad certamen. Sunt autem tria quæ militem retrahunt, ne ad bellum procedat, aut amor inordinatus sui, aut timor cuilibet aduersi; aut defectus exempli, ideo dn̄s milites, suos admonens dicit siquis vult uenire post me abneget semetipsum. Ecce, quia non dēt diligere, sed despicere seipsum, & tollat crucem suā, Ecce, quia non dēt timere aliquid aduersum, & sequatur me. Ecce gloriosum exemplum, Ista tria retrahētia non habuit Vincentius. Vñ dicit Aug. Quid enim mirum in illo dicit Vincētius, a quo uictus est mundus. Ecce exhibitum exemplum. Deinde ponit alia duo dicens, Duplicē aciem mundus produxit contra milites Christi. Blāditur enim ut decipiat, terræ ut frangat bonos teneat propria uoluntas, nec terreat aliena crudelitas, & uictus est mundus; sed uilis miles esset qui ad bellū procederet, & ibi nō intēderet uincere, sed expoliare, Iō quarto commendatur a finali & recta intentione, cum dr̄, Vinceret. Non enim Vincentius affectauit spolia mundi, sed tantum ut uinceret ad gloriam Dei. Et iō in oībus uictor fuit, nam uicit in aere in ęculeo extēsus, Vicit in igne super craticulā positus, Vicit in terra in testis acutissimis inuolutus, Vicit in aqua in mare proiectus. ideo clamabat Aug. dicens: B. Vincētius uicit in uerbis, uicit in pęnis, uicit in cōfessione, uicit in tribulatione, uicit exustus. Parū ēt valeret si ēs uinceret, intēderet, & tn̄ cū efficacia victoriā non

Ps. 112.

Milite tria a bello retrahunt.

Luc. 9.

nō obtineret. Iō quinto commēdat̄ a palma victoriæ, cū dr̄, Et data est ei corona. De qua corona dixerūt sibi angeli. Agnosce ò Vincēti, q̄a præ cuius noīe decertasti, ipse tibi coronā præparatā seruat in cęlis, q̄ te fecit victorem in pęnis. diabolus namque cōtra sanctos cōcitat pugnam, iō dr̄, Decertasti. Sed Deus dat victoriam, iō dr̄, q̄ te victorem fecit in pęnis. Et post victoriā dat coronā, iō dr̄, ipse tibi coronā præparatam seruat in cęlis. Et sic patet quod diabolus præparat malū pugnæ. Sed de isto malo dr̄ ꝙ Deus dat bonum victoriæ, & de isto bono elicit sc̄tis optimū coronę ęternę.

Sermo lxxij. De eodem. Sermo quartus. De quinque fortitudinibus claritatis in ipso repertis.

FOrtis est, vt mors dilectio, dura sicut infernus emulatio. Salomon ponit quinq; fortissima, quib. comparat fortitudinē charitatis. Primò nāq; est fortis sicut mors, iō.n. dr̄. Fortis est, ut mors dilectio. Sicut.n. mors separat aīam a carne, & sic charitas separat aīam ab oī illicito amore. Facit.n. triplicem separationē. Separat.n. aīam ab illicito amore mundi. Veni separare hoīem aduersus fratrem suū. Ab amore corporis proprij. Surrexit Nathā propheta, & quasi adeps, separatus est a carne Ab amore sui, q̄a tales nō viuunt uita, seu amore sui, sed Xp̄i, viuo ego iam nō ego, viuit aūt in me Christus. Istā triplicem separationem charitas, fecit in Vincētio. Ipse.n. mūdū vicit, ut cantat̄ de eo. In quo p̄ssurā mūdi martyr uicit Vincēti⁹. Propriū corp⁹ cōtēpsit: Vn̄ dixit Datiano; Tormenta tua non timeo, sed hoc solū timeo; q̄a te fingis velle mihi misereri. Ipse.n. nō sibi, sed Christo vixit. Qui sibi viuūt nō sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Secundò charitas est fortis sicut infernus. Vnde sequitur; Dura sicut infernus æmulatio. Sicut n. infernus aīas fortiter retinet, & custodit, ita ꝙ nullā perdit, sic amor Dei S. Vincentium tam fortiter Christo vniuit, ꝙ ab eo separari non potuit. Quis ergo nos separabit

Margin notes: Can. 8. (beside "cut mors, iō.n. dr̄"); Mat. 10. (beside "parat.n. aīam"); Ecc. 47. (beside "hoīem aduersus"); Gal. 2. (beside "me Christus"); 2. Co. 5. (beside "cundò charitas")

bit a charitate Christi? tribulatio, an angustia &c. Ipse Ro. 8.
enim traditus est carceri, ut fame maceraret, æculeo,
vt flagellaretur, ungulis, ut laceraretur, craticulæ, ut
assaret, testis acutissimis, ut uulneraretur. Sed sic erat
Deo per amorem colligatus, q̄ non poterat separari,
nec mirum. Ipsa.n.charitas erat sibi tāquam vinculū,
quo Deo erat colligatus. Super oīa aūt charitatem ha
bere, quod est uinculū perfectionis. Erat.n.tanquam Col.3.
adamas, p̄ quem ad Deū erat attractus. In charitate p̄-
petua dilexi te, ideo attraxi te miserās tui. Erat tanquā
radix, qua fuit Deo firmiter radicatus. ī charitate radi-
cari & fundati. Tertiò charitas est fortis, ut ignis, q̄ ha
bet virtutē incēdendi, Vñ sequit. Lāpades eius lam-
pades ignis, atque flammarum. Facit.n.incendiū amo
ris. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis &c. In- Hie.31.
cēdium sermonis. Surrexit. Helyas quasi ignis, & ver- Eph. 3.
bum illius quasi facultas ardebat. Incendium operis. Charita
Nonne vestimenta tua, idest opera tua calida sunt, cū tis īcen
perflata fuerit terra austro, idest Spiritu sancto? Auster dium.
.n.est ventus calidus fœcundatiuus, pororum resera- Luc. vl.
tiuus, quia Spiritus sanctus, & corda īnflammat, & ipsa Ecc.25.
per bona opera fœcundat, & ad diuinas inspirationes Iob.37.
recipiendas ipsa reserat. Istud triplex incēdiū charitas
in B. Vincentio fecit. s.amoris in corde, unde dr̄. Vir
inclitus Vincētius accēsus igne diuini amoris, feruo
ris in ore, vñ ait. Exurge ex toto malignitatis spiritu,
debacchare &c. Et feruoris in opere. Vñ dr̄ de ipso, &
de alijs quos charitas impleuit Spiritu feruentes, dño
seruientes. Quartò charitas est fortis immò fortior, Ro. 12.
q̄ aqua, quia magis extinguit. Aqua enim tribulationū
non extinguit charitatem, sed charitas ipsam, unde se
quitur. Aquæ multæ nō potuerunt extinguere charita
tem. Facit autem ipsa charitas multiplicē extinctio-
nem. Nam extinguit ignem carnalis uoluptatis. Ignē Eccl. 3.
ardentem extinguit aqua. Extinguit sitim mundanæ
cupiditatis, siue concupiscentiæ: Qui biberit ex aqua Ioan.4.
quam ego dabo ei, non sitiet in æternum. Extinguit

Sap. 19. aquam immissæ aduersitatis. Ignis volebat in aqua su
pra suam uirtutē Sic in Vincentio charitas extinguit
Ibid. 8. uoluptatē p pudicitiam, siue prudētiam. Veni ad cor-
5. Cor. 7 pus coinquinatum. Cupiditatē p tēperantiā. Qui utū-
Ibid. 4. tur, hoc mō tanquam non utantur. Aduersitatem p pa-
tiētiam. Persecutionem patimur, & sustinemus. Quinto charitas est fortior flumine, i. oī mundana aduersitate, unde sequitur. Nec flumina obruent illam. Descēdit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti &c.
Matt. 7. Est n. quædam aduersitas veniēs à Deo iustè infligēte. Et hæc est pluuia quæ de cœlo descendit. Ista nō pōt
Hie. 10 obruere charitatē, qui eā portat patienter. Planæ hæc infirmitas mea est, & portabo illam. Quædam à Diabolo immittente. Ista est uentus, q ab aere venit. Ista non potuit obruere charitatem, quia resistit fortiter. Cui resistite fortes in fide, scilicet operante, per dilec-
1. Pet. 5 ctionem. Quædam est a tyranno sæuiente. Ista non potuit obruere charitatem, quia eam sustinet perseueran
1. Cor. 13. ter. Charitas omnia suffert. Beatus autem Vincentius siue pluuiam aduersitatis immissam à Deo, siue uentū tētationis immissum à Diabolo, siue flumen persecutionis immissum à tyranno, non tm̄ portauit patienter, fortiter, & perseueranter, sed etiam gaudenter; qui omnia mala & aduersa pro Christo pati, quendam ludum, & quoddam solatium reputabat, unde dicit Prudentius ipsum respondisse Datiano: Tormenta, carcer, vngulæ, stridensque flammis lamina, atque ipsarum pœnarum, ultima mors christianis ludus est.

Sermo lxxij. De conuersione S. Pauli apostoli sermo primus. De conuersione eius, ac modo conuer.

Psal. 31. QVoniā die, ac nocte grauata est super me manus tua. Conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina. Possunt esse hæc uerba B. Pauli regratiantis Deo de sua cōuersione, & conuersionis mō. Vbi duo ponuntur. Primū est sua gloriosa conuersio, cum. s. dr̄: Conuersus sum in erumna mea. Secundum, est con-

est cõuersionis modus, cũ dicitur; Quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua dum cõfigitur spina. Circa primum notandum, ꝙ ante conuersionẽ triplicem patiebatur erumnam. Vna est, qa synagoga nimis zelabat. Abundantius æmulator existens Paterna rum mearum traditionum. Secunda est, quia ecclesiã Christi nimis impugnabat. Supra modum ꝑsequebar ecclesiam Dei. & expugnabã illam. Tertia est, qa nomen Christi nimis odebat. Nonne hic est, q expugnabat eos q inuocabãt nomẽ istud? De his tribus dicit: Qui prius fui blasphemus, qa, scilicet nomẽ Christi blasphemabam, Et persecutor, qui ecclesiã Christi ꝑsequebar. Et cõtumeliosus, quia in contumeliã nominis Christi synagogã nimis zelabã. Sed ab ista triplici erumna cõuersus est, videlicet in synagogè euacuatorẽ, in ecclesię fundatorẽ, & in ipsius nominis Christi portitorẽ. De his tribus dicitur: Vas electionis mihi est iste, vt portet nomẽ meum. Ecce quia fuit nominis Christi portitor: corã regibus, & gẽtibus ipsos ad fidẽ Christi cõuertendo. Ecce qui fuit ecclesię Christi fundator, & filijs Israel, ipsos scilicet cõfundendo, & cõuincendo: ecce, qa fuit synagogæ euacuator; Secũdo ponitur modus suæ cõuersionis, qui quidẽ fuit triplex. Est enim cõuersus per lucem refulgentẽ, Per virtutem potentem, per vocem obiurgantem. Primo nãque cõuersus fuit per lucem refulgentem, quod notatur cum dicitur: Quoniã die ac nocte Illa n. lux quæ ipsum circumfulsit, fuit nox inquantũ ipsum exterius excæcauit: & fuit dies inquantũ ipsum interius illustrauit, & ab oĩ diffidia purgauit, ipsũ in amore Christi incẽdẽdo. Fuit aũt ipsa lux repentina, immensa, & cælica, vnde dicitur: Et subito circumfulsit eũ lux de cœlo. Fuit nanque subita, & repentina; qa ipsum subito immutauit, atque perfecit in scientia, in vita, in cõstantia. In scientia, quia totũ mysterium dominicæ incarnationis ĩ triduo suę excęcationis edoctꝰ fuit. Notum vobis facio euãgelium, quod euangelizatũ est a me,

Gal. 1.
Ibid.
Act. 9.
1. Thi. 1
Act..
Paulus per tria cõuersus.
Gal, 1.

me, quia nō eſt ſecundum hominem, neque ab homine didici illud, neq; accepi, ſed per reuelatione Ieſu
Ibid. Chriſti. In vita, quia ſtatim omnem amorem carnalē
Act.9. abiecit Continuo nō acquieui carni, & ſanguini &c.
In conſtantia. Continuò ingreſſus in ſynagogā pdica bat illis Ieſum. Fuit etiam illa lux immenſa, vñ dici-
2.Cor.4 tur. Circūfulſit ideſt circumquaq; fulſit. Ab interiori per ſapientiam. Deus qui dixit de tenebris lucē ſplen
1.Theſ. deſcere, luxit in cordibus noſtris &c. Ab exteriori per
5. conuerſionem lucidam. Non ſumus noctis neq; tenebrarum &c. A ſuperiori, per contemplationem cœle-
2.Cor.3 ſtium. Nos reuelata facie gloriā Dei ſpeculantes, quæ ſolet in hoc ſeculo videri per ſpeculum in ęnigmate.
Phil.3 Chry. Paulus carcere coarctatus habitabat in cęlo. Ab inferiori per contemptum terrenorum. Exiſtimo omnia detrimentū eſſe &c. Fuit etiam iſta lux cęleſtis ad innuendum, quod Deus dedit ſibi intellectum angelicum, quia ab ipſo angeli plurima didicerūt. Vnde ſu-
Eph.3 per illud. Mihi autem minimo omnium ſanctorū data eſt hęc gra̅ in gentibus, vt innoteſcat principibus, & poteſtatib. in cęleſtibus. Dicit glo. Videte quātus eſt hic, quia per aliquid hoc accreuit angelis, q̄ multa ſecreta in his didicerunt. Dedit ſibi affectum diuinum. Chry. Vt enim ferrū miſſum in igne totus ignis efficitur, ſic Paulus charitate ſuccenſus, totus efficit' chari-
Phil.8 tas. Dedit ſibi actum cęleſtem, & ſanctum. Noſtra cōuerſatio ī cęlis eſt. Iſta tria tāgit Diony. in epiſtola de morte ſancti Pauli dicēs. Hic eſt angelus terreſtris. Ecce, quia habuit intellectum angelicum. Et homo cęleſtis, ecce quia habuit actum cœleſtem, & ſanctū, imago, & ſimilitudo diuinitatis, ecce, quia habuit effectū diuinitatis. Secūdò, quia eius cōuerſio fuit per virtutē potentem cum dicitur. Quoniā grauata eſt ſuper me manus tua. Chriſtus habet manum in qua ſunt quinq; digiti. Primus eſt pollex, ideſt eius potētia, per quam omnibus dominatur, & omnia domat. Secūdus eſt index, ideſt eius ſapiētia per quā omni indicat & manifeſtat

festat: Tertius est medius,i.charitas infinita; per quā nos tanquam mediator Patri reconciliat. Quartus est medicus,i. eius misericordia per quam nostras infirmitates medetur,& curat. Quintus est paruus,i.humilitas summa, per cuius exemplū ad humilitatem nos reuocat. Istam manum cum his quinque digitis super Paulum aggrauauit,i.fortificauit,primum.s. digitum potentiæ ipsum ad terram proijciendo, Humiliasti Ps.88. sicut uulneratum superbum. Digitum sapientiæ oīa Eph.3. sibi mysteria reuelando Secundum reuelationem notum mihi factum est sacr͞m. Digitum charitatis infinitæ se patri reconciliando. Misericordiam consecutus 1.Thi.1 sum. Digitum mīæ eius culpam medendo, Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere,quorum primus ego sum. Digitum humilitatis per Ibid. suum exemplum ad humilia reducendo. Vñ ait,Ego sum minimus apostolorum, qui non sum dignus uocari apostolus. Tertio ipsum conuertit per uocē obiurgātem,cū dr̄: Dum configitur spina,illa.s.spina de 1.Co.15 qua dr̄: Durū est tibi contra stimulū calcitrare. Infixit aūt Christus cordi suo quadruplicem spinam. Prima fuit] uerbū obiurgationis,cū dixit: Saule Saule qd me persequeris. Et ista fecit in eo vulnus doloris. Tristitia est mihi magna & cōtinuus dolor cordi meo &c. Ro.9. Secunda fuit uerbum improperationis,cū dixit, Ego sum Iesus,quem tu persequeris,quasi dicat, Ego sum ille,qui te saluaui,qui pro te,& mortem sustinui,& tali mihi repēdis. Et ista fecit ī eo uuln⁹ pudoris,adeo quod se indignum apostolatu iudicabat. Non sum di 1.Co.15 gnus uocari apostolus, Tertia fuit uerbum cōquestionis,qñ filr̄ dixit: Ego sum Iesus Nazarenus,quasi dicat, Sufficere tibi deberet, quòd Iudæi me crucifixerunt,& pœnis meis saturati fuerunt. Et ista fuit in eo uulnus amoris compassionis,adeo quod amor,& cōpassio Christi crucifixi,cordi fuit affixa, ut dicit Chri Gal. 2. sto confixus sum cruci.

Quarto fuit,verbū cōminationis; cū dixit: Durū est

tibi contra ſtimulum calcitrare. Et iſta fecit in eo uul
2.Co.7. nus timoris,unde dr̃. Tremens ac ſtupens dixit &c. Fo
ris pugnę,intus timores.

Sermo lxxiiij. Sermo ſecundus. Quomodo fuit uas admirabile propter conditiones, quas habuit admirabiles.

Ecc.53. Act.9. VAs admirabile opus excelſi. Iſtud eſt illud uas de quo dr̃, Vas electionis mihi eſt iſte. Et non uas cõ mune ſed admirabile. Et nõ eſt opus mortalis uiri, ſed opus excelſi. Fuit aũt iſtud uas admirabile, & opus ex celſi propter ſuas mirabiles cõditiones, quas habuit. Primo fuit mirabiliter cõfictus, qđ patet, qa de limo humilitates profundæ, & aqua compunctionis lachry
2.Cor.4 moſæ fuit confictus. q̃tum ad primum dr̃. Hẽmus theſaurum iſtũ in vaſis fictilib. quantũ ad ſm dicit Chryſ. Paulus conſolationem recipiebat in lachrymis, in rota timoris & amoris fuit conſtrictus. Nã cum dixit ei Ieſus. Ego ſum Ieſus Nazarenus, ideſt Saluator tuus. Ex hoc.n. concepit magnum amorem, cum dicit. Quẽ tu perſequeris, Ex hoc concepit magnum timorẽ. Veloci motu fuit agitatus qñ ſubito ipſum lux illuſtra
Eſa.37. uit, & in terram cecidit. Ponam circulum in naribus tuis, & frenũ in labijs tuis; & reducam te in uia p quã veniſti, fuit a ſuperfluitatibus cæcatus, qa oẽm terrenitatem Xp̃s ab eo amouit, qđ notať p hoc, qđ de terra ſurrexit, & ſquamę ab oculis eius ceciderunt. Secundo iſtud uas, fuit mirabiliter pictum, ſ. colore albo vir
2.Cor.7 ginalis munditiæ, vñ loquens de virginibus, dicit, Volo oẽs hoĩes eſſe ſicut meipſum. Chry. Ioſeph pudicitiæ uirtute decoratus eſt; & ego vereor ne ridiculũ ſit hinc inde Paulũ laudare, qa oĩa q̃ uidebanť clara, atq; decora cernebat, quemadmodum nos. fauillam, cineremq; deſpicimus. Colore nigro humilitatis profundę. Ego ſum minimus apoſtolorum &c. Colore rubeo
Ibid.15 charitatis intenſę. Charitas Dei diffuſa eſt in cordi
Rom.5. bus noſtris. Colore hyacinthino contemplationis ſupnæ.

næ.Nostra conuersatio in cœlis est. Colore viridi cō- Phil. 23
uersationis gratæ. In gratia Dei cōuersati sumus.Ter 1. Co. 1.
tio istud uas est mirabiliter ex coctū scilicet igne amo
ris.Charitas Dei vrget nos.Chrysosto.Paulus sine cha Ibid. 5.
ritate Christi nec principatuum socius cupiebat esse.
Ab hac.n.charitate discedere hoc sibi erat tormen-
tum,gehenna,supplicia infinita,sicut perfrui charita
te hoc erat illi vita,hoc illi regnum,hoc illi uideban
tur bona īnumera. Igne passionis,& tribulationis. In 2.Cor.4
oībus tribulationem patimur, sed non angustiamur.
Igne cōpassionis. Quis infirmat & ego nō infirmor? Ibid.2.
Chris.Nullus tam affectuose mala propria,quantū ip Ibid.2.
se flebat mala aliena. Igne doloris. Tristitia est mihi
magna,& continuus dolor cordi meo. Quartò istud Rom.9.
uas fuit mirabiliter purificatum, & lotū.s.lotione ba-
ptismi,vñ dr.Surgens baptizatus est.Lotione Spiritus
sancti de qua dr. Vos autem baptizabimini Spiritu san Act.1.
cto. Sicut autem in apostolos descendit spiritus san-
ctus in specie ignis,sic & in ipsum in specie lucis.Lo
tione lachrimosæ cōpūctionis.Chris. lugens lachri-
marū fontes,non diebus solum sed etiam noctibus ef
fundebat.Lotione sanguinis, quia in suo sanguine ba
ptizatus fuit.Lauerunt stolas suas &c.Lotione lactis, Apo. 7.
qa cum sanguine lac effudit. Et hoc in testimonium
suæ puritatis. Oculi eius sicut columbæ desup aqua- Can. 5.
rum,q̄ lacte sunt lotæ.Quintò istud uas fuit mirabili-
ter impletum.s.spiritu sapientiæ, & intellectus, quia
diuina misteria,& profunda intellexit,& sapiēter edo
cuit. Spiritu consilij & fortitudinis,quia & prudens
consiliarius in aduersis fuit,& fortis inter aduersa ste-
tit.Spiritu sapientię & pietatis,qa & aliorum miserias
sciuit,& eis pie subuenit.Spiritu timoris dñi,qui ipsū 2.Cor.6
filiali timore sp timuit. Sextò istud uas fuit mirabili- Phil. 3.
ter effusum.Effudit enim se uerbis. Os nostrum patet
ad nos Corinthij. Scripto. Eadem vobis scribere mi-
hi quidem non pigrum, vobis autem necessarium.
Exemplo: Capite nos, scilicet in exemplum, nemi- 2.Cor.7

nem enim læſimus &c. Martirio, Sed & ſi æmulor ſuper ſacrificium, & obſequium fidei veſtræ gaudeo, & congratulor omnibus uobis.

Sermo lxxv. De eodem die Sermo tertius. Quomodo peccatoribus, Angelis bonis, & malis, atque iuſtis ſpectaculum ſit factus.

1.Cor.4 SPectaculum facti ſumus mundo, angelis, & hominibus. Hodie Deus ſpectaculũ nobis dedit, qñ beatũ Paulum conuertit. Qui quidem eſt ſpectaculũ mundo, ideſt mundanis, & peccatoribus, & angelis tam bonis q̃ malis. Hominibus. ſ. iuſtis, & rõne utentibus. Eſt & ſpectaculum peccatoribus ad pęnitendum, Angelis bonis ad admirandum. Angelis malis ad inuidẽdum. Bonis & iuſtis ad imitãdum. Peccatores autem in eo ſpeculari poſſunt tria. Primo dolorẽ, & contritionem amaram. Tm̃. n. doluit ꝙ tribus diebus comedere recuſauit, quod tribus diebus in dolore cõtinuo fuit, in

Ro.9. fletu, quod dolorem ſuum ſemper continuauit. Triſtitia eſt mihi, & contiuuus dolor cordi meo, quod habuit lachrimas cõpunctionis, & hoc in triduo ſuę cõ

2.Cor.5 uerſionis. Lachrimas deuotionis. Nã & ĩ hoc ingemiſcimus habitationem q̃ de cęlo eſt ſuperindui cupien

Ibidẽ.2 tes. Lachrimas compunctionis ſuæ cõpaſſionis. Nã ex multa tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi uobis ꝑ multas lachrymas. Secũdò ſpeculari poſſunt cõfeſſio-

Pro.18. nem puram. Dr̃ autem, Iuſtus in principio accuſator

Notandum. eſt ſui. ſi in principio, multo magis in medio, & ĩ fine. Peccatum enim habet principium. ſ. malam cogitationem, medium, ſ. conſenſum, & finẽ, ſ. opus. De his tribus apoſtolus ſe accuſat. ſ. de principio peccati, i. de

2.Cor.4 malis cogitationib. ipſas expellẽdo. Abdicamus occulta de decoris, iõ occultas & turpes cogitationes cordis. De medio peccati, ideſt de ipſo peccati cõſenſu, ipſũ recognoſcendo. Cũ funderet̃ ſanguis Stephani te-

Act.22. ſtis tui, ego aſtabam & conſentiebã. De fine peccati. i.

de

de ipso opere ipsũ humiliter cõfitendo. Qui prius fui 1. Ti. 1.
blasphemus, ꝑsecutor, & cõtumeliosus &c. Tertiò spe
culari possunt in ipso satisfactionẽ condignã. ipse q-
dẽ Christũ offenderat corde, ore, & opere. Saulus ad- Act. 9.
huc spirans quo ad primum, minarum, quo ad ẽm, &
cedis quo ad tertium. Ideo satisfecit corde diligendo Ibi. 21.
ipsum plus quam se. Ego. n. non solum alligari, sed ẽt Gal. 1.
mori paratus sum propter nomẽ domini Iesu Christi. Phil. 3.
Plusquã suos. Cõtinuo nõ acquieui carni, & sanguini.
Plusquam sua. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitra- Act. 9.
tus sum propter ipsum detrimentum. Satisfecit ore ip
sum fideliter ꝑdicando. Vas electionis mihi est iste, vt
portet nomen meũ coram regibus, & filijs Israel. Nã
gẽtes. i. populos gẽtiles redarguebat, & conuertebat ꝑ
sapiẽtiam reges, ac tirãnos per miraculorũ euidentiã;
filios Israel ꝑ diuinam scripturã. Satisfecit opere, quia
prædicabat, & laborabat. Nocte & die operãtes mani- 1. Thess.
bus &c. idest manualiter ne aliquem grauaremus, un- 2.
de dicit Haymo, ꝙ a primo gallorum cantu, vsque ad
quintã horã, laborabat. Deinde prędicationi vacabat:
ita ꝙ plerũque vsque ad noctem sermonem protrahe
bat. Somno, & orationibus, & comestioni residuũ tẽpo
ris satis necessarium erat. Secũdò factus est ipse specta
culum bonis Angelis ad admirandum. In Angelis. n. In ange
tria considerantur, s. velox obedientia, vt dicit: Mini- lis tria.
stri eius qui facitis uoluntatem eius: charitas ignitas. Ps. 102.
Qui facis angelos tuos, spiritus &c. custodia sollicita: Ps. 103.
Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omni Ps. 90.
bus vijs tuis, &c. Admirãtur igitur in Paulo Angeli ve
locem obedientiam, quam habuit in conuersionis suę
primordio, quando dixit, domine quid vis me facere?
quam habuit in medio, quando spiritus sanctus dixit:
Segregate mihi Saulum & Barnabam, quia continuo
apostolis obediuit, quam habuit in vltimo quia Iaco- Act. 13.
bo ẽpo præcipeinte, ut in templo se purificaret, conti
nuo obediuit, cũ tñ periculum sibi imminere cogno-
sceret, quam habuit in tota uita sua, quia totũ mundũ

prædicando circuiuit. Chryso. Paulus tanq̃ pennatus totum docendo peruolabit orbẽ. Secundò admirantur in ipso charitatẽ ignitã, siue quia totus in ignem charitatis cõuersus fuerat: Chry. Vt.n. ferrũ missũ in ignẽ totus ignis efficit, sic Paulus charitate succẽsus totus efficit charitas; siue quia ignem charitatis nihil in eo
Rom. 8. extinguere poterat. Certus sum.n. quia neq; mors, neque vita &c. siue quia alios vehementius inflammabat. Chrys. Paulus velut ignis totũ percurrebat orbem, & percurrendo purgauit, siue quia oĩa vitia exurebat. Super hoc Chrys. Sicut in stipulas, aut infernũ ignis est missus, sic oĩum dæmonum opera Paulum cõsumpsit. Tertiò admirantur in ipso tam sollicitam custodiam. Quidam.n. Angeli custodiunt mundum vniuersum, si
Notandum. cut dominatione. Quidam prouincias ut principatus. Quidã loca principalia, vt Archangeli. Et quidã singulares personas, vt Angeli. Paulus autẽ curã habuit de mũdo vniuerso. Chrys. Nullus Angelus ita populũ creditũ gubernauit, vt Paulus vniuersum orbem. Curã habuit de prouincijs. Idem. Tanta ipse Paulus virtute ꝓgressus est, vt uix triginta annorũ spacio, & Romanos & Persas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Scithas, & Æthiopes sub iugo mitteret veritatis. Curã habuit de specialibus locis ad quæ epistolas destinauit, sicut de
In angelis malis triplex uitium. Roma, Corintho, Galathia & hmõi. Curã habuit de singularibus personis, sicut de Timotheo, Tito, & Philemone. Tertiò fuit spectaculum malis Angelis ad inuidendum, in quibus est triplex vitium, s. superbiæ, inuidiæ, & fraudulentiæ. Contra superbiam igitur spectatur in eo humilitas. Tanta enim fuit in eo humilitas,
1. Co. 15 quod se reputabat minorem oĩ apostolo. Ego.n. sum minimus apostolorum. Reputabat se maiorem pecca-
1. Ti. 1. torem aliquo, Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Re-
2. Co. 3. putabat.n. se nihil à se ipso habere. Nõ q̃ sufficientes sumus aliquid cogitare à nobis quasi ex nobis. Secũdò cõtra inuidiam spectatur in eo fraterna charitas, quæ tanta

tanta in eo fuit,qđ oēs hoīes saluari cupiebat,Chryſ.
Quaſi mundū vniuerſum ipſe genuiſſet,ſic oēs in regnum Dei feſtinabat adducere, qui pro ſalute aliorū
mori deſiderabat.Ego.n.libentisſimè impendar, & ſu 1.Co.12
perimpēdar pro animabus veſtris, qui pro æterna pę
na aliorum uitanda,ipſe à gloria excludi affectabam.
Optabam ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratri
bus meis.Chryſ.Nā non ſaluari illos multo acerbius Rom.9.
extimabat,quā ſemetipſum perire.Tertiò contra frau
dulentiam ſpectat in eo veritas, quā immittere ſatagebat per ſinceritatē doctrinæ. Doctor gentiū in fi- 1. Ti.2.
de,& veritate, per exēplū uitæ.Capite nos,neminē læ 2.Cor.7
ſimus,neminem circūuenimus &c. Per aſſiduitatem Gal.1.
orationis deuotæ. Nō ceſſamus pro uobis orātes &c. In bonis tria.
Quarto factus eſt bonis & iuſtis ſpectaculū ad imitādum,in quo q̃dem tria ſpectari poſſunt. Primo ad cō Phil.3.
templationē cœleſtium. Noſtra conuerſatio in cœlo
eſt.Conuerſatio aūt dicit totam uitam hominis.Quidam.n.ſunt in cœlo tm̄ ore, vt prædicatores uerboſi.
Quidam tm̄ exteriori opere,ut hipocritę,& vanaglorioſi,ſeu uanorum glorioſi. Quidam uero tm̄ corde,
ſicut pigri,& deſidioſi,qui tm̄ bona propoſita quæ ha
bent opere non implent. Paulus aūt erat in cœlo, & 2.Cor.2
ore , q̃a habuit ſincerisſima verba ex ſinceritate ſicut 2.Theſ.
ex Deo, coram Deo in Chriſto loquimur. Et opere, 2.
q̃a habuit ſollicita opera.In labore,& fatigatione no
cte,& die laborantes. Et corde,quia habuit ſancta deſideria. Cupio diſſolui,& eſſe cum Chriſto, Secundo Phil. 1.
in eo ſpectare p̄nt abundantiam bonorum operum. 1.Co.15
Abundantius omnibus laboraui . Vere abundantius, Ro. 15.
quia plus oībus peragrauit. Ab Ieruſalem uſq; ad illi
citum per circuitum repleui euangelium . Verè abun
dantius ; quia plures omnibus ad fidem conuertit, ſ.
innumerabilem populum gentium . Qui operatus Gal. 2.
eſt Petro in apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt
mihi inter gentes . Verè abundantius quia plus omnibus laborauit manibus. Chryſoſt. Nec vnum qui-

dem diem in ocio, & quiete paſſus eſt tranſire. Vere abundantius, quia plura paſſus eſt. Ter cæſus ſum &c.
2.Co.11 Chryſ. Vis eius innumeras tibi oſtendat mortes? Tot vtiq;, quot.n. dies uixit. Verè abundantius, qa plures epiſtolas ſcripſit. Tertiò ſpectare poſſunt in eo firmam tollerantiã aduerſorum. Nam ſicut dicit Chryſ. Ipſe fuit ſaxo durior, ferro firmior, a damãte fortior, & auro incorruptibilior. Fuit quidem ſaxo durior, qa nulli aduerſitati cedebat. Quibus nec ad horam ceſſimus ſubiectioni. Fuit ferro firmior, quia nulla tribulatio ipſum commouebat, ſed tanquam incus percuſſionibus firmabatur. Cum.n. infirmor, tunc potens ſum. Fuit adamante fortior, quia nulla aduerſitas ipſum frangebat. Placebo mihi in infirmitatibus meis &c. Fuit auro incorruptibilior, quia nullo igne perſecutionis per impatientiam crepitabat. Igne probatur aurum & argentum.

Pauli tollerãtia. Gal. 2. 2.Cor. 2 2.Co.13 Eccle.2.

Sermo lxxvi. De conuerſione ſancti Pauli. Sermo iiij. A quibus malis ad qua bona ſit conuerſus.

Act. 9. SAulus adhuc ſpirans minarum & cedis in diſcipulos domini. Quamuis in B. Paulo abundauerit delictum perſecutionis, in ipſo tñ abundauit poſtea gratia miraculoſæ conuerſionis, & deuotæ prædicationis. In ipſo namq; ante conuerſionem abundauit triplex uitium, ſ. magna ſæuitia, cum dicitur, ſpirans minarum, & cedis in diſcipulos domini; ac magna ſuperbia cum dr: Acceſſit ad principes ſacerdotum. Gl. Non uocatus, ſed ſponte zelo concitante eum, & magna ignorantia, cum dicitur, ut ſi quos inueniret &c. Illos enim qui erant in uia, credebat eſſe extra viam, ſed conuerſus eſt à ſæuitia in fraternam charitatem, à ſuperbia in profundam humilitatem, ab ignorantia in ſapientiæ claritatem. Primum autem, ſcilicet ſæuitia in quatuor erat, ſcilicet in corde per odium, unde dicit, ſpirans. In ore per aſperitatem, unde ſequitur, minarum, in perſonis per pœnarum irro-

ãrrogationē,unde dicitur, & cedis & in rebus per expoliationem,vnde præmittitur. Saulus autē deuasta bat ecclesiā &c.Sed qui Christianos sic fuerat persecutus quadrupliciter; postmodū eos est quadrupliciter consolatus. Dedit enim cor suum ad compatiendum, Quis infirmatur & ego nō infirmor &c.Chris.Nullus tāto affectu mala ꝓpria, quanto Paulus deflebat aliena. Dedit os suum ad prædicandum. Os nostrum patet ad vos ò Corinthij,Orantes pro me,vt detur mihi sermo in apertione oris mei.Dedit corpus suū ad moriendū. Volebamus tradere vobis non solum euangelium Dei, sed etiam animas nostras, Chris. Mortem, atq; cruciatus, & mille supplicia, quasi ludū putabat esse puerorum, dedit res suas ad subministrandū. Ad ea,quę mihi opus erant, & his quæ mecum sunt ministrauerunt istæ manus. Secūdo cōuersus est à superbia in profundam humilitatem. Habuit enim humilē denominationem,& cōuersationem, scientiam, & vitā. Denominationem quidem humilē habuit, qa vocat se paruulū, qui prius vocabatur Saulus à Saule superbo, postea vocauit se Paulum.Vocat se seruum.Paulus seruus Iesu Christi,uocat se seruorum seruū. Cum liber essem ex omnibus, omniū me seruum &c. Vocat se Apostolorum minimū. Ego sum minimus Apostolorum &c. Vocat se abortiuum. Nouissimè tanquam abortiuo visus est mihi.Secundò habuit humilem cōuersationem. Sine offensione estote iudæis,& gentibus,& ecclesiæ Dei, sicut & ego omnibus per oīa placeo.Seruauit enim illud Rectorem te posuerunt, noli extolli,esto in illis,sicut vnus ex illis.Prælatus eñ aliquando debet esse maior subditis,scilicet in correctionis auctoritate,aliquādo enim debet esse minor, scilicet in cordis humilitate,aliquando æqualis, s.in amicabilis cōuersatione & societate. Istam regulam seruauit Apl'us.Facti sumus paruuli in medio vestrū; Ecce quanta humilitas, tanquā si nutrix foueat filios suos. Ecce quanta auctoritas,qm̄ carissimi facti estis

Marginal notes: Act.8. | 2.Cor. 12. | 2.Cor. 6 | Eph.6 | 1.Thc.2 | Act.20. | Rom. 1. | 1.Cor.9 | Ibid.15 | Ibid. | Ibid.10 | Eccl. 32 | Prælati regula. | 1.Thc.2

nobis. Ecce quanta amicabilitas. Tertio habuit humi
Gal. 1. lem sciam. Primò. n. habuit sciam superbam. Proficie
bam in iudaismo supra multos coętaneos meos, abū-
dantius æmulator existēs &c. Causa aūt erat defectus
1. Cor. 8 charitatis. Sciæ inflat, charitas ædificat. Postmodum
Ibid. 2. aūt habuit humilē sciam. Non iudicaui me aliqd sci
re inter vos nisi Christum Iesum, & hunc crucifixū.
Quartò habuit humilem uitam, qa non reputabat se
Phil. 3. perfectum. Non ꝙ iā acceperim, aut pfectus sim &c.
1. Cor. 4. Non audebat se reputare iustum. Nihil mihi cōscius
sum, sed non in hoc iustificatus sum. Reputauit se om
Ephe. 3. nium sanctorum minimum. Mihi oīum sanctorū mi
nimo data est gr̄a hæc Reputabat se peccatorē maxi-
1. Tim. 1 mum. Christus Iesus venit in hunc mūdum peccato-
res saluos facere, quorū primus ego sum. Tertio con
uersus est ab ignorantia in sapīæ claritatem. Habuit
. n. triplicem sapīam, s. Mosaicam, euangelicam, & su
perintellectualem, siue diuinā. Primā didicit in scho
Act. 23. lis iudęorum. Ego sum vir iudęus, secus pedes Gama
lielis eruditus iuxta ueritatē paternæ legis. Secundā
didicit in scholis apl'orum, in q̄bus magistrū habuit
Gal. 1. solum Christum. Notum vobis facio euangelium, qd̄
euangelizatum est à me, qa non est s̄m hoīem, neq;
. n. ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reue-
lationem Iesu Christi. Tertiam didicit in scholis an
2. Co. 12 gelorum. Scio hoīem in Christo ante annos quatuor-
decim siue in corpore, siue extra corpus nescio Deus
scit, raptum hmōi vsq; ad tertium cęlum &c. Ecce ꝙ
gradatim ad sūmū sapīæ deuenit apl's, qa de magnis
scholis iudæorū trāslatus est ad scholas maiores apo
stolorum, Et de maiorib. scholis apl'orum translatus
est ad maximas scholas angelorū. Et qa in his tribus
scholis sic sapīam didicerat, iō conueniens p̄dicator
erat, ideo s̄m Dion. prædicabat sapienter, dulciter, &
infatigabiliter. Vnde dicit in epistola de morte Pau-
li. Abyssum sapientiæ, fistulam altisonā p̄dicatorū ue
ritatis infatigabile, Paulū dico nobilissimū apostolū.

Sermo lxxvij. De eodem Sermo quintus. De modo, effectu, & signo curationis eius.

SVbito circunfulsit eum lux de cęlo &c. Ante cõuersionẽ erat Paulus valde infirmus, sed hodie fuit mirabilr curatus. Circa istã curationem tria uidere debemus. s. curationis modũ, curationis effectũ, & curationis signũ. Modus. n. curationis fuit multiplex. Primò curatus est per adustionẽ, qñ, s. ignis de cęlo descẽdit, & ipsum circumfulsit, q ignis oẽm rubiginẽ peccati in eo consumpsit. Deus noster ignis cõsumẽs est. Aufer rubiginẽ de argento, & egredietur uas purissimũ. Secundo p exempli appositionem, sed quoddam exẽplum erat mortificatiuũ cũ dicit, Saule Saule quid me persequeris? Quoddã exemplũ fuit dulcoratiuũ, cũ dixit. Ego sũ Iesus Nazarenus. i. Saluator tuus. Infundẽs oleum q̃tum ad dulcoratiuũ, & uinũ q̃tum ad mortificatiuũ. Tertiò p incisionẽ cũ dixit, durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Ille. n. stimulus cor suũ incidit, & oẽm saniẽ peccati adduxit. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior oĩ gladio ancipiti. Quartò p minutionẽ. Tũc. n. habuit spũalem minutionẽ, qñ amorẽ terrenũ à se abiecit, qđ notať cũ dř. Surrexit de terra. i. de terrena affectione. Deponẽtes oẽ põdus, & circunstãs nos pec. &c. Quintò p osculationẽ, Solent. n. infirmi, & maximè oculos debiles hñtes loca obscura q̃rere. Sic & ipse Paulus trib. diebus fuit exterius excęcatus, sed ĩterius illustratus. Deus q dixit de tenebris lucẽ splẽdescere, illuxit in cordib. nřis. Aug. Eo tpe quo Paulus nõ uidebat, cætera ministerio informabať credentiũ, qm̃ q credit in Xp̃m Iesum intueri dẽt cętera, nec nata reputare creatura uilescat, ut creator dulcescat. Sextò p dietę obseruatiõnẽ. Erat. n. ipse Paulus tribus dieb. nõ uidẽs, & nõ manducauit, neq; bibit. Castigo corpus meũ &c. Septimo p amarę medicinę sũptionẽ. De qua dixit dñs. Ego. n. ostẽdã illi quãta oporteat illum pati pro noĩe meo. Sed quamuis ista potio fuit

Pauli multiplex curatio.

Hes. 12
Pro. 15.
Luc. 10.
Heb. 4.
Ibid. 12
2. Co. 4.
1. Co. 9.

Ibid.12 amara sensualitati, erat tñ dulcis rationi. Libenter glo
riabor in infirmitatibus meis &c. Octauo per deuotã
orationẽ. Vñ dixit dominus Ananiæ, ecce enim orat.
Iaco.12. Oratio fidei saluabit infirmũ. Nemo per diuinã incan
tationem cum dr̃. Imponas illi manum. Confessores
.n. Dei, sunt Dei, incãtatores, qui de corde serpentem
expellunt, sed de multis dr̃ sicut aspidis surdæ obtu-
rantis aures suas. Decimò per balnei administrationẽ
cum dr̃: Surgens baptizatus est. Tale enim balneum la
Ecc.34. uat peccatum. Sed dicitur: Qui baptizatur a mortuo,
& iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius.
Vndecimò per sudorem. Sudores aĩę, sunt eius lachry-
mæ, quas ipse in triduo effudit. Chry. Paulus consola-
tionẽ accipiebat in lachrymis. Duodecimò p obediẽ-
tiæ adimpletionem. Oĩa enim pręcedẽtia non prodes
sent nisi infirmis medico obedire, qđ notatur cum dr̃:
Dñe quid me vis facere? Bern. Heu plures habemus il
lius cęci, quã apostoli noui imitatores. Quid vis, inqt
dñs ad cæcum, vt faciam tibi. Secundò considerare
debemus curationis effectum, qui erat valde miracu-
losus, & gratiosus, q de uase pditionis mutatus est in
vas electionis, vñ dixit dñs: Vas electionis mihi est i-
ste, vt portet nomẽ meũ corã gentibus, & regibus, & fi
lijs Israel. Olim quidã à prædicatione cessabant pp ti
morem tyrãnorum. Quidam propter subsannationem
philosophorum, qui deridebant prędicantes hoiem
crucifixũ. Quidam pp scandalum Iudæorum, qui de
hoc magnum scandalum accipiebant, sed B. Paulũ re-
trahere à pdicatione nõ poterat, nec timor tirãnorũ,
ideo dr̃: Vt portet nomen meum coram regibus. Nec
subsannatio gentilium philosophorum, iõ dicitur: Et
1.Co.1. gentibus. Nec scandalum Iudæorum, ideo dr̃: Et filijs
Israel. Prędicamus Christũ crucifixum, Iudæis quidẽ
scandalũ, gentibus aũt stultitiã. Tertiò videre dẽmus
curationis signũ, sicut autem ostenditur per quæ signa
quis corporaliter sanatus est, sic ẽt sunt quatuor signa,
p q̃ ostẽditur, quis sit curatus spũaliter. Quæ quidẽ in
apostolo

apoſtolo pfecte fuerũt. Primũ eſt appetitus ordinatio. Nõ.n.ipſe appetebat carnalia; quia mors animę ſunt. Si ẽm carnẽ uixeritis moriemini. Nec terrena, q̃a ua nitas ſunt. Vt q̃d diligitis uanitatẽ,& q̃ritis mẽdaciũ, ſed ſpiritualia, q̃a uita aĩæ ſunt. Hęc ſignificant per ſquamas, q̃ ab oculis eius ceciderunt. Squamæ.n.repræſentant carnalia, q̃a inquinãt affectũ,& repræſentant terrena, q̃ etiam obſcurant intellectum. Secundum ſignũ eſt totius cordis,& corporis fortificatio. Vñ dr: Et cum accepiſſet cibum confortatus eſt. Adeo quidẽ fuit fortificatus, ꝙ nec in corpore lędi poterat p impugnationẽ, nec in corde p timorẽ. Foris pugnæ, intꝰ timores. Tertiũ ſignũ eſt coloris uetuſtas. Fuit.n.cãdidus p puritatẽ. Gloria noſtra hæc eſt teſtimoniũ conſciẽtiæ noſtræ. Et rubicũdus p charitatẽ. Charitas Dei diffuſa eſt in cordib. noſtris. Iõ in ſua paſſione emiſit lac, in ſignũ puritatis, & ſanguinẽ in ſignũ charitatis. Quartum ſignum eſt cordis,& corporis mira agilitas. Adeo q̃dẽ fuit agilis, q̃d ſicut dicit Chriſ. Paulus uelut pennatus totũ peruolauit orbem. Adeo fuit etiam agilis, ꝙ nullum habuit pondus terrenorum, nullum circunſtans peccatũ, nullum impatientiæ uitium, q̃a ſemper reſpiciebat ad cęleſte ſpectaculum. Vnde ipſe ait: Deponentes oẽ pondus,& circunſtans non peccatum. Per patientiã curramus ad ꝓpoſitũ nobis certñ, reſpicientes in actorem fidei, & conſeruatorẽ Ieſum.

Signa ſpũaliter curati.

Ro. 8.

Pſ. 4.

2.Co.8.

Ibid. 1.

Ro. 12.

Heb.12

Sermo lxxviij. De purificatione B. Mariæ Virginis Sermo primus. Verba propoſita de quadruplici templo exponuntur.

SVſcepimus Deus mĩam tuam in medio templi tui. Olim ſancti patres erant in continua expectatione. Expecta. expecta. Moderni sũt in deuota ſuſceptione. Suſcepit Iſrael puerum ſuũ. Beati aũt ſunt in ſecura poſſeſſione. Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum. Eccleſia igitur Deo gratias

Pſa. 47.
Eſa. 28.
Luc. 1.
Mat. 25.

tias agens non dicit: Expectamus Deus misericordiã tuam, qa hoc fuit antiquorum, non etiam dicit, possidemus Deus mīam tuam, quia hoc est beatorum, sed dicit. Suscepimus Deus mīam, quia hoc est modernorum. Et potest verbum propositum intelligi de quadruplici templo. s. materiali, uirginali, spirituali, & rationali. Ad templum quidem materiale B. Maria hodie uenit, & filium obtulit, & præsentauit. Cum tñ nõ teneretur. Nec quantum ad literalem legis iussionẽ, Nec quantum ad spiritualem rõnem. Nec quantum ad mysticam significationem. Tres. n. videbantur esse causæ quare puer quadragesimo die in templo præsentabatur. Vna erat literalis, quia lex præceperat, ut mulier, quæ suscepto semine, masculum peperisset ipsum quadragesimo die in templo presentaret. Ista autem causa Christum non tangebat, quia non erat cõceptus ex humano semine, sed mystico spiramine. Secũda cã erat spiritualis, quia per hoc dabatr intelligi, qđ Deus in templum suum spirituale, idest in animam p gratiam spiritualem ingreditur, qñ decalogus cum fide quatuor euangeliorum ab homine obseruatur. Ista secunda ratio Christum similiter non tangebat, quia plenitudinem gratiarum ab instanti suæ conceptionis receperat. Tertia cã erat quædm ratio mystica. Per hoc. n. dabatur intelligi, quod sicut puer die quadragesimo ingrediebatur templũ materiale, sic anima pueri, quadragesimo die a conceptione, ut sæpibus, ingrediebatur templum suum corporale. Ista tertia ratio similiter in Christo locũ nõ habuit, quia corpus eius per quadraginta dies formatum non fuit, sed in instanti fuit, & corpus formatum, & anima infusa, & diuinitas animæ, & carni vnita; unde Gregor. in moral. Angelo nunciante, & spiritu sancto adueniente, mox in vtero Verbum, mox intra vterum, Verbum, & caro. Quamuis igitur non tenetur, voluit tñ Christus se subijcere legi per humilitatem, qui tñ erat supra legem per auctoritatem. In veteri enim testamento erãt quidam

Puer quare ĩ templũ p̃sentatr Leu. 12.

Humilitas Christi.

quidam in lege, qui ipſam legem ſeruabant ex amore. Quidã ſub lege, qui ipſam legem ſeruabãt ex timore. Quidam contra legem, qui neutro modo eam ſeruabant. Supra legem autem nullus erat niſi Chriſtus, qui legem dederat, & tñ uoluit eſſe in lege ſeruando ipſam per ſpontaneam uoluntatem, & ſub lege ſubijciendo ſe ſibi per humilitatẽ, & nõ cõtra legem, ſed pro lege implendo ipſam per euangelicam ueritatẽ, qui tñ erat ſupra legem per diuinam ptãtẽ. Secũdo poteſt intelligi de templo uirginali, de quo tria uidenda ſunt. Primo quare uirgo dicatur templũ, quare mediũ, & qualiter in eius medio diuina mĩa ſit ſuſcepta. Dr̃ aũt templum quaſi tenens amplum. Et ipſa habuit amplum affectum ad Deum diligendum, amplũ uterum ad Deum capiendum, amplum intellectum ad Deum cognoſcendum ad amplum ſinum ad compatiendum. De iſta quadruplici amplitudine bene dr̃. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & magnitudinis, & ſanctæ ſpei. Si quidem amplitudo charitatis ampliauit eius uterum, iõ dr̃: Mater pulchræ dilectionis. Amplitudo timoris ampliauit eius uterũ, iõ ſequitur. Et timoris, per hoc.n. dæmonibus eſt ualde terribilis. Amplitudo ſapientiæ, & veritatis ampliauit eius intellectum, ideo ſequitur. Et magnitudinis. Amplitudo pietatis ampliauit eius ſinum, iõ ſubditur. Et ſanctæ ſpei. Dr̃ autem medium noſtræ ſalutis. Primo, quia eſt medium noſtræ ſalutis, Pſalm. Deus autem rex noſter ante ſęcula, operatus eſt ſalutẽ in medio terræ, i. in utero Virginis glorioſæ Mariæ, cuius caro non fuit ſimpliciter terra, ſed medium terræ. Caro.n. Chriſti fuit ſine peccato concepta & ſine peccato nata, ideo fuit mons terræ, ſed caro noſtra cum peccato concipitur & cum peccato naſcitur, iõ eſt vallis terræ. Caro aũt B. Mariæ medium tenet. Fuit.n. cum peccato originali concepta ſed ſine peccato nata. Et ideo eſt collis, ſiue medium terræ. Secundo eſt mediũ noſtræ reconciliationis. Ideoq; vocatur ſol. Electa ut

E Maria quare tẽplum dicitur.

Eccl. 24

Maria: quare dicit' medium.

Cant. 6.

ſol.

Maria, sol dr̄. sol. Sicut.n. sol hēt tres planetas supra se, & tres infra se, & ipse est medius, Sic virgo gloriosa B. Maria hēt supra se in Trinitate tres personas, & infra se tres status saluandorum, s. virginum, continentium, & cōiugatorum. Et ipsa in medio constituta ubi ipsam B. Trinitatem reconciliat tribus statibus saluandorum. Tertio dr̄ medium nostræ aspirationis. Omnes.n. sicut ad medium ad ipsam aspiciunt, & aspirant. Bern. Ad ipsam sicut ad medium, sicut ad causam rerum omnium, sicut ad negotium singulorum respiciunt uniuersi & qui habitant in cœlo & qui in inferno, & qui nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui nos sequuntur, & nati natorum: & qui ab illis nascentur. Qui in cœlo sunt ut restaurentur, & qui in inferno sunt, ut eripiantur. Qui pręcesserunt ut fideles prophetæ inueniantur, & qui sequunt̄, ut glorificentur. In hoc igitur medio mīa Dei est suscepta, olim quidē Dei mīa tua habitabat in cœlo, Domine in cœlo misericordia tua. Deinde inclusit se in Iudæorum angulo, postmodum posuit se in uirginis utero. Tandem in natiuitate diffusa est in toto mundo. Misericordia domini plena est terra. Tertio potest exponi de templo spirituali, i. de ecclesia militante, quæ est medium inter sinagogam, & ecclesiam triumphantem quantum ad cognitionem diuinorum. In synagoga.n. fuit cognitio umbratica. Vmbrā.n. hēns futurorum bonorum &c. In ecclesia triumphante est cognitio clara & aperta, tunc aūt facie ad faciem. In ecclesia aūt militante est quasi cognitio media, idest speculatiua. Ibidem, Videmus nūc per speculum in enigmate. In medio huius ecclesiæ misericordia Dei suscipitur, & inuenitur. In synagoga.n. de Dei mīa erat magna carentia, vnde conquerebatur prophetæ. Quare faciem tuā auertis &c. In iudicio erat magna indigentia, Vnde dixerunt uirgines sapientes fatuis: Ne forte non sufficiat nobis & uobis &c. In inferno erat oīmoda carētia, ita quod diues modicum aquæ habere non potuit, modo autem

Marginal notes: Ps. 35. — Ps. 32. — Heb. 10 — 1. Co. 13 — Ps. 43. — Mat. 25. — Luc. 15. — Ps. 129.

autem est magna copia. Apud dn̄m mīa,& copiosa apud &c. Quarto potest exponi de templo rationali. i. de viro iusto,qui dr̄ templum Dei viui. Vos.n.estis tē plum Dei viui. In cuius corde non debet esse angulus,sed medium. Angulus.n.hēt impuritatem, obscuritatem,& curuitatem,ac quandam singularitatē. Medium aūt hēt mundiciam,euidentiam rectitudinem, & cōitatē; Chr̄s igitur non habitat in angulo, sed in medio,quia est amator mūditiæ,sapientiæ,intētionis rectæ,& conuersationis gratæ. Iō quatuor noīb. à Simeone noīat⁹ est.s. gloria,lumē salutare,& pax. Quia .n.est gloria Dei requirit mūdiciā,& puritatē; qa uero est lumen Dei requirit sapīæ claritatem,& quia est salutare Dei,requirit intētionis rectitudinē,ne quaq̄ .n.salutē tribueret nisi intētionē rectā inueniret, qa est pax,requirit pacificam,& cōem conuersationē. Et pp ista quatuor dr̄: Seruiamus dn̄o in sanctitate, i.in mentis puritate,& iustitia.i.in cōi,& pacifica cōuersatione. Iustitia.n.est uirtus unicuiq; reddēs,qd̄ suum est corā ipso p rectā,s.intentionem,oīb.dieb.nostris, habēdo sapīæ illustrationem. Tota.n.uita sanctorum dēt esse dies.i.clara,& lucida,Dei.s.sapīa illustrata.

2. Cor.6

Christi nomina quatuor

Luc.1.

Sermo lxxix. De eodem die sermo ij. Assumpta uerba in hac festiuitate adimpleta ostenduntur.

STatim veniet ad templum sanctum suum dn̄ator, quem vos quæritis, & Angelus testamēti, quē vos vultis &c. Superius propheta agēs de aduētu pcursoris. Ecce ego mittā angelū meū,immediate subdit. Et statim veniet ad tēplū. In quibus verbis quatuor ponūtur. Primò.n.ponitur tp̄s,qn̄ veniet cum dr̄. Statim veniet: Scd̄o locus ad quē ueniet,cū dicit,ad tēplum suum. Tertio psona q̄ uenit cū dr̄: Dn̄ator quē uos q̄sitis. Quartò cā pp quam uenit,cum subditur: Ipse.n. quasi ignis cōflans & quasi herba fullorum. Circa primum notādū,q Christus statim secutus est Ioānem, sicut sol statim sequitur Luciferū,Christus.n. est sol. Vobis timētib.nomen meū oriet sol iustitiæ. Ioānes

Mal.3

Mal.4

autem lucifer dicitur: Nunquid produces luciferũ in tpe suo, sicut sponsus sequitur paranymphum; Christus enim dicitur esse sponsus. Ioannes aũt amicus, &
Io.3. paranymphus sponsi. Qui habet sponsam sponsus est. Amicus aũt sponsi &c Sicut dñs, statim sequitur suum præcursorem Christus.n fuit dñs, Ioannes pręcursor. Præhibis.n.ante faciem fuit dñi &c. Sicut uerbum; statim sequitur vocẽ suã. Christus enim est verbũ. In prin
Luc.1.
Io. 1. cipio erat uerbũ. Ioães aũt uox, ut de hoc ẽt ibidem dr̃: Ego uox &c. Secundo ponit̃ locus ad quẽ venit cũ dr̃: Ad templũ sanctũ suum. Virgo.n.beata quadragesimo die ad templum uenit, & filiũ p̃sentauit, ut se purificaret, cũ tñ ad hoc nõ teneretur, nec rõne legis, nec rõne suæ puritatis. Nõ.n.tenebatur rõne legis. Lex.n. tria supponebat, s fractionem ideo dixit. Mulier quæ fractionem sonat. Seminum cõmixtionem. Et ideo dixit. Quę suscepto semine. Et assimilationem, q̃.s.generet filium sibi similem in natura, ideo dicitur: Peperit masculum In uirgine aũt non fuit fractio, sed integritatis illibatio, nõ erat seminum cõmixtio, sed Spiritus sancti operatio, & quãuis filium genuerit sibi similẽ, quantum ad naturam humanam, tñ fuit omnino dissimilis, quantum ad naturam diuinam, Secũdo nõ indigebat purificatione ratione prolis, quia in Christo triplex erat natura purissima, s.diuinitas lucida. Candor est enim lucis æternæ &c. Anima sanctissima. Sortius sum animam bonam; & caro immaculata. Veni ad corpus non coinquinatum. Non ẽt indigebat purificatione ratione suæ puritatis. Nã ipsa B. Virgo Maria erat à patre sanctificata. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. A Spiritu sancto repleta. Spiritus sanctus su peruenit in te. A filio impręgnata. Quod.n. ex te nascetur sanctam uocabitur. A tota Trinitate obũbrata. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Non enim ipsa indigebat purificatione, quæ portabat florem amænum, scilicet illum de quo dicitur: Ego flos campi, balsamum odoriferum, Cinnamomum, & balsamum aromatizans

Maria ad purificationẽ non tenebatur.

Sap.7. Ibid. 8. Ibid. Ps. 45. Luc. 1. Can.2.

matizans &c. & Etiam splendorem diuinum, Qui cũ sit splendor gloriæ &c. Vas autem plenum florib. recepit maiorem amænitatem, plenũ balsamo, recepit maioris odoris, suauitatem, plenum splēdore recepit maiorem claritatem. Et quamuis non indigeret, voluit tñ purificari, ut ostenderet eius humilitatē. Et ut ostēderet paupertatem, Ideo pauperum oblationem elegit, & ut ostenderet obedientiæ sanctitatem, & ut ostēderet conuersationis communitatem, Bernardus, Beata uirgo non indigebat purificatione, sicut nec filius circuncisione. Esto tñ inter fœminas sicut vna earum, & filius tuus. sic est in numero puerorum. Tertio ostenditur persona quæ uenit, cum dicitur, Et dominator, quem quæritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Et uocatur dupliciter. s. Dominus & angelus. Secundum autem Dionysium in lib. de diuinis nominibus, Dñs tria importat. s. preeminentiam, continentiam, & permanentiam. Ipse enim omnibus præeminet, Excelsus super omnes gentes Dominus. Oĩa possidet & continet. Dominabitur mari usque ad mare. Oĩa potenter cõseruat, & in suo dominio pmanet, Potestas eius potestas æterna, Ista autem tria Christus hodie occultauit. s. præeminentiam in eo, quod tanquam seruus se legi subiecit. Continentiam, in eo ꝙ tanquam pauper oblationem pauperum elegit, Potētiam, in eo quod tanquam infirmus ad templum perduci uoluit in ulnis matri suæ. Vocatus est etiã angelus non rõne naturæ, sed rõne officij. Secũdum autem Dionysiũ in libro de angelica hierarchia. Officiũ angeli est purgare, illuminare, & perficere. Istud triplex officiũ hũit Christus, ideo Simon uocat Christũ salutare, lumē gloriã. Ipse. n. purgat remittēdo colpã, ideo dr̃ salutare. Illuminat dando cognitionē diuinam; iõ dicitur lumen, Perficit deducendo ad cognitionem & consummationem æternã: ideo dicit gloria. Quarto ponitur causa propter quam uenit & tangit hic cũ dicitur, Ipse enim quasi ignis &c. Vbi notandum qp

Eccl. 24
Heb. 1.
Ps. 112.
Ps. 71.
Dan.
Angeli officiũ Christ⁹ habuit.
Christ⁹ ad 4. venit.

ipse ad quatuor venit.s. ad colandum aurum, ad conflandum argentũ,ad lauandũ uestes,ut herba fullonũ ad purgãdũ opera leui,idest Dei ministrorum. In homine q̃dem sunt sapientia,eloquẽtia, & opera q̃ facit quãtũ ad proximũ,& opera q̃ facit quantũ ad Deũ. Et ista sæpe hñt aliq̃d imperfectionis.Nã sciẽtia hẽt inflãmationẽ,eloquẽtia hẽt variũ sermonẽ.Opera q̃ facimus quãtum ad proximũ ostẽtationẽ.Opera quæ faci-
Iob.28. mus quãtúm ad Deũ,sępe habent remissionẽ.Ergo aurum sciẽtiæ colandũ est ab omni inflammatione.Au-
Pro.25. ro locus est in quo cõflat̃.Argentũ eloquẽtiæ est cõflãdũ ab oĩ inutili sermone,Aufert rubiginẽ de argento,
Eze.16. & egrediet̃ uas purissimũ. Opa quãtũ ad ꝓximũ sunt
Luc.23. lauãda ab oĩ ostẽtatione, Laui te aqua.Opera quãtũ ad Deũ sunt purgãda ab oĩ negligẽtię remissione, iõ dr̃: Purgabit filios leui, & si filios leui, multo fortius filios Babylonis.Si ĩ uiridi ligno hoc faciũt, ĩ arido q̃d fiet.

Sermo lxxx. De eodem Sermo tertius. Quatuor quæsita & literaliter,& misti è soluntur.

Luc.2. Leui.12 POstquam impleti sunt dies purgationis B. Mariæ &c.præceptũ erat.Quod mulier pariẽs masculum xl.Die,pariẽs uero fęminam, lxxx. Ad templum cum
Exo.12. puero,& puella iret. Pręceptũ etiã fuit. Quod primogeniti leuiticæ trib.Deo offerentur, aliarum uero tribuum redimerentur. Circa hoc autem quatuor sunt q̃renda. Primo quare Deus ordinauit q̃d puer xl.die tẽplum ingrediat̃. Quidem sit vt ostendat̃ q̃d 40.die fit ingressio in quolibet tẽplo. Nã & puer in xl.die,vt sæpius ingredit̃ tẽplũ suũ corporale, Deus post xl. dies
Purific. diesquare in fęmina duplicatur. ingredit̃ tẽplum suum spũale.i. aĩam qñ.s. decalogus cũ fide quatuor euangeliorũ seruator.Hõ iustus cõpletus,xl. diebus in p̃senti vita q̃ per xl.dies designat̃, in templum ingreditur cęleste. Secundũ q̃rit̃ quare dies duplicantur in pariente fœmina,quod dicitur fieri triplici de causa. Prima est,quia mulier duo peccata cõ-

misit

misit,quia & superbiuit,& vetitum pomũ comedit. Iõ duplici pęna fuit punita,quia & sub viro humiliata,& in fructu vẽtris punita. Vir aũt vnũ peccatum cõmisit, quia vetitũ pomũ comedit. Et iõ in acquirẽdo cibũ punitus fuit cũ dr̃, In sudore vultus tui vesceris pane &c. Quia vnũ peccatũ cõmisit,sic punitus est vna pęna in vtero. Sic punitus est vna pęna extrà vterũ. Quia uerò mulier dupliciter peccauit,duplicata est eius pęna tã extra uterũ, q̃ in utero. Secunda causa est, qm̃ per uirũ sigñantur opera fortia. Et ista indiget una, & leui purgatione,qm̃ aliqñ fiunt cũ aliqua negligentia. De negligentia purga te cum paucis. Per mulierẽ intelligun tur firma, & carnalia. Et ista indigẽt duplici purgatione. Vna quia mala, alia quia malæ fiũt. Tertia cã est. Fęminarum quædam pariunt masculum, i. opera uirtuosa, & tales post 40. dies. i. præsentem uitam in tẽplum cęleste ingrediũtur. Aliæ pariunt fęminas, i. opera q. dẽ bona, tñ cũ negligentia facta. Talium ingressus in tẽplũ cęleste differtur, donec in purgatorio cruciẽtur. Aliæ sunt steriles q̃ ẜm legem erant maledictę. Et istę sunt q̃ à bono opere torpescunt. Tales steriles maledicunt. Esuriui, & non dedistis mihi mãducare &c. Et sequitur. Ite maledicti ignẽ &c. Aliæ sunt q̃ pariunt mõstra. i. mortalia peccata. De quib monstris dr̃. Gigãtes erant sup terrã, qui tñ postmodum in diluuio sunt submersi. Nam tales in inferni baratrum submerguntur. Tertiò q̃ritur, quare primogeniti potius, quã alij duo offerebãtur. Quòd quidem fit triplici de causa. Prima est innuendum, quod Deus est causa prima, & principium omnium operum. Omnia. n. opera nostra operatus es domine in nobis. Et sicut Deus est principium omnium a quo oĩa debemus cognoscere, ita est finis omnium ad quem omnia debemus referre. Ego sum al pha & o, principium & finis. Secunda causa est ad innuendum, q Deus occidit primogenita Ægyptiorũ, p q dat intellecti, q Deus nõ tm̃ est principiũ oĩs boni sed ẽt est destructor oĩs mali. Ego sũ q deleo iniq̃tates

Eccl. 7.
Mat. 25
Gen. 6.
Primogeniti ĩ leg. quare offerebant.
Esa. 26.
Apo. 1.
Esa. 43.

tuas pp me. Et ficut filij Ifrael non funt liberati a feruitute Aegyptiaca, nifi qñ interfecti funt Aegyptiorũ primogenita, fic nec homo a poteftate diaboli liberatur, nifi qñ oĩa peccata occidentur. Tertia caufa ad innuendum ꝙ Deus referuauit primogenita Iudæorũ, per quod datur intelligi, ꝙ Deus non tm̃ eft principium oĩs boni, & deftructor oĩs mali, fed & conferuator, & perfector boni. Deus eft, qui operatur in uobis, & uelle, & perficere pro bona uoluntate. Quarto quæritur, de iftis primogenitis. Nã primogenitorũ quędã Deo fimpliciter offerebãtur, ut primogenita leuitarũ. Quædã offerebant, fed poftmodũ redimebãtur, ut primogenita aliarum tribuum. Quædã cõmutabantur, ut primogenita afini quæ cõmutabantur in ouem. Quædã occidebãtur, ut primogenita canũ. Eft igitur quoddã primogenitum quod Deo eft folum offerendũ. f. intentio. Oẽ enim opus intentio pręcedit, & iõ ipfa intẽtio quoddã primogenitũ eft. Iftud aũt primogenitũ. f. intentionẽ Deo folum dẽmus offerre fimpliciter, qa in noftris operibus non noftram, fed Dei gloriã debemus intendere. Gloriã meã alteri non dabo. Eft aliud primogenitũ, quod Deo offertur, fed poftmodũ nobis reliquitur, f. uoluntas, Omne. n. quod agimus uolũtas præcedit. Et ideo ipfa uoluntas quoddam primogenitum eft. Ipfam aũt voluntatem Deo offerre, & confecrare debemus. Sed tñ in noftra poteftate eam ab ipfo recipimus, quia alias opera noftra nõ effent meritoria nifi effent uolũtaria. Deus ab initio creauit hoĩem reliquit in manus confilij fui. Eft aliud primogenitũ ꝙ eft cõmutãdum, ficut fatuitas afininã cõmutãda eft in fimplicitatẽ ouinã Opera enim fatuorum præcedit fatuitas. Et iõ ipfa fatuitas quafi primogenitũ eft in ipfis, Nolite pueri effici fẽfib⁹, ecce fatuitas afinina. Sed malitia paruuli eftote, ecce fimplicitas ouina. Eft aliud primogenitũ qđ eft fimpliciter occidendũ, ficut mala fuggeftio inimici, q̃ eft principum oĩum peccatorum, & iõ eft quoddã primogenitũ. Ifta. n. inftar ca-

Phili. 2. Primo genita diuerfa. Efa. 42. Ecc. 15. 1. Co. 10

nis

nis mentẽ mordet ꝑ cõſenſum, lacerat trahẽdo ad opus malum,& fędat dum ꝑ cõſuetudinẽ animã in peccatis; & ĩ putredine peccati iacere facit. Nõ eſt caput nequius ſuꝑ caput colubri. & nõ eſt ita ſuper irã mulieris. Caput colubri eſt ſuggeſtio Diaboli, q eſt neq̃ quia eſt principium omnium ſubſequentium malorũ. Ira mulieris eſt ęffrenata concupiſcentia malorũ ſenſualitatis. Sed ſuggeſtio dęmõis eſt occidẽda & cõcupiſcẽtia sẽſualitatis ſub rõnis imperio ſubiugãda &c. Eccl. 15

Sermo 81 De eodem die Sermo quartus De tribus perſonis, quæ ad hanc conuenerunt ſolemnitatem.

CVm induceret puerũ Ieſũ parentes eius. Ad celebrãdũ p̃ſentem ſolẽnitatẽ tres ꝑſonæ principaliter cõuenerũt. ſ. Simeõ cũ obuiatiõe,& portatione, Vnde dicit. Senex puerũ portabat &c. Ieſus eum oblõne,& Maria cũ purgatione Simeon igit puero obuiauit, & ipsũ in vlnis portauit. ſm Glo. Puer Ieſ⁹ a quatuor ꝑſonis tũc portat⁹ fuit. ſ. a beata Maria, a Ioſeph, a Simeone, & ab Anna. Per quos quatuor dat. ſpũalr intelligi, ꝙ Xp̃s ꝑ gratiã à quatuor ꝑſonis portat. Primo ab illis q̃ habent pęnitẽtiam amarã, q ſignificant ꝑ Mariã. Taliter portabat apoſtolus q dicebat: Ego.n. ſtigmata dñi Ieſu in corpore meo porto. Qui aũt sũt Xp̃i, carnẽ ſuã cũ vitijs,& cõcupiſcẽtijs crucifixerũt. Exeam⁹ igit ad eũ extra caſtra improperiũ ei⁹ portãtes, Improperiũ Chriſti sũt afflictiones, quas patimur pp Chriſtum, quæ ab inſipientibus improperiũ reputãtur. Sicut portauimus imaginem terreni .i. culpã, ſic portemus imaginẽ cœleſtis, ideſt pœnã. Scd̃o portat ab illis qui hñt operationẽ cõtinuã, quę ſignificãtur per Ioſeph, qui interpretat augmentum. Tales ab adoleſcentia incipiunt,& vſq; in finẽ nõ deficiũt. Bonũ eſt viro cũ portauerit iugum dñi ab adoleſcẽtia ſua. Tales.n. nõ retrocedũt vt frigidi, nec ſubſiſtũt vt tepi-

Luc. 2. | Puer Ieſ⁹ à quatuor ꝑſonis in templũ fuit portatus. | Gal. 6. | Ibid. | Heb. 13 | 1. Cor. 15. | Thre. 3.

di, sed proficiūt, vt feruentes & calidī. Vtinā frigidus esses, aut calidus &c. Tertiò portatur ab illis qui hñt etiam in aduersis longanimitatē, & perseuerantiam, qui significantur p Simeonem, qui habuit in expectādo longanimitatem, & perseuerantiam. Subijce humerum tuum, & porta illam, scilicet diuinam sapientiam. Quidam subijciūt os, qui sciunt alios inducere ad pœnitentiam. Quidam digitos, qui aliqualem, seu modicam habēt patientiā. Quidam manum sinistrā, qui sunt patiētes in paruis tribulationib⁹, & aduersis. Quidā manum dexteram subijciunt, qui sunt patientes in prosperis. Quidam humeros, qui patientiā portant in grauibus tribulationib⁹, & pœnis: Quarto portatur ab illis, qui habent puritatem, & munditiam, q. significantur per Annam, quæ munditiam, & cōtinentiam seruauit. Portant enim Christum, qui habent mūditiam corporis. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro: Qui habent puritatem mentis. Vnde spōsa inuitat sponsum dicens: Lectulus noster floridus. Qui habent claritatem honestæ conuersationis, sicut habuerunt virgines sapientes, quæ habuerunt oleū nitidæ conscientię cum lumine claritatis & cōuersationis honesta. Secundo in hac solemnitate fuit Iesus cū oblatione. Obtulerunt enim eū domino, & pro eo vnum par turturum, vel duos pullos columbarum. Nō enim obtulerunt agnum propter paupertatem, siue ꝓpter veritatem, quia verum agnum offerebant, siue propter mysticam significationem, ut scilicet secūdū Glossam. Qui non potest offerre agnum innocentiæ, ad lachrymas currat pœnitentiæ, quæ significatur per columbas, & turtures quæ pro cantu habent gemitum. Notandum quòd Christus quadrupliciter fuit oblatus.

Apoc. 2. — Eccl. 6. — 1. Cor. 9 — Can. 1.

Christ⁹ quadrupliciter fuit oblatus.

Primo a Patre in mundo. Misit Deus filiū suum natum de muliere &c.

Secūdo à mūdo ipsi Deo, sicut hodie, ad innuendū quòd ea, quæ à Deo recipimus, ipsi Deo reddere deberemus:

Gal. 4.

bĕremus: Tua autem ſunt omnia, quæ de manu tua ac cepimus, reddimus tibi. 1. Para. vltimo.

Tertiò a ſeipſo in crucis patibulo. Semetipſum obtulit immaculatum Deo. Heb. 9.

Quartò offertur quotidie a nobis in ſacrificio. In omni loco ſacrificatur, & offertur tibi oblatio mũda. Mal. 1.
Tertio in hac ſolemnitate fuit Maria cũ purificatione quæ non indigebat purificari, quia tota puriſſima fuit. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Cant. 4. Ipſa enim fuit pulchra, quia in vtero ſanctificata. Fuit tota pulchra, quia omnibus virtutibus, & gratijs fuit illuſtrata. Fuit Dei amica, quia a Dei filio adamata. Fuit ſine macula, quia ab omni peccato immunis fuit effecta. Nos autem non ſumus pulchri, quia multorum peccatorum deformitatibus fœdati. Nec toti pulchri, q̃a multis defectibus ſumus circundati. Nec ſine macula, quia multis uenialibus ſumus reſperſi. Nec ſumus certi, ꝙ ſumus Dei amici, quia non neſcimus an amore, an odio ſimus digni. Fiebat autem iſta purificatio per agrum, aut per turtures, aut per duos pullos columbarum. Purificatio quõo fienda. Illi.n. verè purificantur, qui habent innocentiam, qui ſignificantur per agrum. Ego autem in innocentia mea &c. Pſal. 25 Qui habent uitam contemplatiuam, qui ſignificantur per turturem quæ eſt auis ſoliuaga. Qui habent vitam actiuam, qui ſignificantur per columbam, quæ gregatim uolat. Vtraque autem auis bina ponitur, & vtraq; gemitum pro cantu habet. Contemplatiua enim debet habere oculum duplicem, vnum quo contempletur cœleſtia ad deſiderandum, alium quo uidet terrena ad deſpiciẽdum. Aſcendit vſq; ad cęlos, & deſcendunt vſque in abyſſum &c. Pſ. 106 Actiua autem debet habere duplicem actum, vnum erga ſe ad ſui correctionem. Exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. Pſal. 76 Alium erga proximum, ad eius ædificationem. Matth. 5. Sic luceat, & cætera. Et vtraque habet duplicem gemitum. Contemplatiua enim debet habere gemitum amoris, pro deſiderio

cœle-

Rom. 8. cœleſtis patriæ. Ipſi intra nos gemimus adoptionē filiorum Dei expectātes. Et deuotionis, pro conſideratione paſsionis dñicę. Iccirco ego plorans, & oculus meus deducens lacrymas, q̃a longe factus eſt me con ſolator meus. Siĺr actiua dēt habere gemitum compū ctionis pro peccatis proprijs. Lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum riga bo. Et compasſionis, pro alienis myſterijs. Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lacrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei &c.

Thre. 2.

Pſalm.

Hier. 9.

Sermo lxxxij De eodem die ſermo quintus Quare candelas accenſas in hac feſtiuitate ferantur, ratio triplex.

Luc. 2. LVmen ad reuelationem gentiū &c. Quia Simeon lumen Chriſtum uocauit, ideo cōſuetudo inoleuit in eccleſia, vt hodie lumina deferamus: Sicut .n. hodie ipſa Maria, Ioſeph, Symeon, & Anna, lumen procesſionaliter in templum deduxerunt, ſic nos can delas accenſas vſq; ad eccleſiam ꝓceſſionaliter baiu lamus. Notandum aūt, ꝙ iſtius obſeruantiæ, & cōſue tudinis triplex fuit ratio. Vna literalis, alia ſpiritualis, tertia moralis. Literalis quidem ratio eſt, qm̄ Romam olim in hoc menſe tria feſta luminaria celebra bant. Primum in honorem Proſerpinæ. Secundum in honorem Februæ. Tertium in honorem totius curię infernalis. Siquidem ſm eorum fabulas Proſerpinam ſpecioſam puellam flores colligētem Pluto Deus infernalis concupiſcens rapuit, & accipiens in ſpōſam, Deam fecit. Mulieres ergo Romanæ tota nocte eam cum luminaribus q̃rentes, rn̄ſum acceperunt, ꝙ Pluto eam rapuit, & in ſponſam accepit. Singulis igitur annis mulieres Romanæ in kalendis Februarij lumina deferebant tota nocte, in memoriā Proſerpinæ raptæ, & in Deam tranſlatæ. Scdō in honorem fecerūt Februæ, & in feſto eius. Nam ipſa fuit mater Martis, vnde & menſem iſtum ſuo noīe uocauerunt. Et de lu

ſtro

ftro in luftrum, i. de quinquennio in quinquennium totam vrbem cum luminaribus ob fui honorem luftrare confueuerunt. Tertium feftum luminarium in hoc menfe faciebant in honorem oĩum Deorum infernalium, ut fcilicet ipfos placarent, & ad mifericordiã inducerent, ꝙ animas fuorum defunctorum mitius punirent. Quia vero difficile eft affueta relinquere Romani etiã poftquam fidem Chrifti receperunt, ifta fefta luminarium adhuc in Februario faciebant, Ideo Greg. Papa iftud feftũ in honorem matris luminis trãftulit, ut in eius honorẽ deferamus lumina, quæ nobis genuit verũ lumen. Et iam non fiat ad honorem Proferpinæ fponfę Dei infernalis, fed ad honorem fpõfæ Dei cœleftis. Nec iã fiant ad honorem Febræ matris Dei belli, fed ad honorem matris Dei pacis. Iam non fiat ad honorem curię dæmonũ, fed ad reginæ oĩum Angelorũ. Et merito tranflatio ifta facta eft. Honorabant igitur Romani Proferpinã, vt fic à fuo fponfo acquirerent gratiam. Honorabant Februam, vt fic à filio fuo impetrarent victoriam. Honorabãt dęmones animas punientes, ut inclinarent ad mifericordiam. Sed ifta tria à matre Dei recepimus, fcilicet gratiam, mifericordiam, & uictoriam. Et ideo cantat ecclefia. Maria mater gratiæ, mater mifericordiæ &c. Ipfa enim uiuis dat gratiam, ideo dicitur. Maria mater gratiæ. Defunctis impetrat mifericordiam, ideo fubditur. Mater mifericordiæ. Et uniuerfali ecclefiæ de hoftibus obtinet victoriã, ideo fubditur. Tu nos ab hofte protege. Secũda caufa eft fpiritualis. Et ifta eft duplex Prima eft ex parte Virginis. Alia ex parte Chrifti. Nam ex parte Virginis, ideo candelas deferimus, ad innuendum, quòd purificatione non indigebat, quę tota rutilabat, & fplendebat. Significantur per candelam accenfam quatuor pręrogatiuę, quæ in ipfa fuerunt, fcilicet uirginitas in carne, quę fignificatur per ceram, quæ generatur ab ape fine corruptione. Puritas in mente, quæ intelligitur per lychinum. Omnis gloria eius filiæ regis

Per candelã accenfam quid denotet.

Pf. 44.

gis ab intus. Sanctificatio in vtroq; q̄ intelligitur per
Ps. 47. benedictionem cādelæ. Sāctificauit tabernaculū suū
altissimus. Diuinitas in ventre, quæ significatur per lu
Apo. 12 mē. Mulier amicta sole &c. Alia rō spiritualis ex parte Christi accipitur; quæ quidē intelligitur, vel significatur per cādelam rōne compositionis. Componitur quidē cādela ex cera, lychino, & lumine. Sic Christus constat ex carne sine semine gn̄ata, ex anima candore innocentię adornata, & luce diuinitatis carne vnita.
Can. 5. Dilectus meus candidus, pp animam candidam. Rubicūdus, pp virginitatem fulgidam. Electus ex milibus, pp carnem sine peccato genitam. Significatur, & Chri
Esa. 53. stus per istam candelam rōne consumptionis. Sicut. n.
Ps. 101. candela semetipsum consumit in nostrum seruitium, & Christus in nostrum obsequium cōsumpsit carnem per attritionem. Attritus est pp scelera nostra. Sangui
Mat. 26 nē p effusionem. Ossa mea sicut cremiū aruerunt. Sicut
Ps. 21. .n. in cremio nihil remanet pinguedinis, sic & in corpore Christi nihil remāsit sanguinis. Animam per tristitiam & dolorem. Tristis est aīa mea vsq; ad mortē.
Esa. 38. Substantiā corporalem vsque ad denudationem. Diuiserunt sibi vestimenta sua &c. Vitam corporalem p abbreuiationem. Præcisa est uelut à texente uita mea &c. Tertia rō est moralis. Et circa hanc tria sunt uidenda. Primò quid per illam candelam accēsam significetur. Secundò qualiter posset custodiri, ne extinguatur. Tertio quę impediunt ne extincta iterum reaccendatur. Significatur autem moraliter per illam candelam, ꝙ homo debet habere uitam sanctā, & famam bonam. Sanctam. n. uitam faciunt opera bona, fides recta, & intentio sincera. Operatio autem bona intelligitur per cerā, quia sicut cera rore cęlesti gignitur, sic & bona nostra
Esa. 26. Deo tm̄ habentur. Opera nostra operatus est in nobis. Fides intelligitur per lumen, quia sicut cera sine lumine non lucet, sic & nostra operatio sine fide Deo non
Heb. 11 placet. Sine fide impossibile est Deo placere. Intentio significatur per lychinum, qui quidem est occultus;

candidus,

candidus,& luminis baiulus,quia intentio noſtra dēt eſſe occulta a laude humana,& cādida,& pura,& operum noſtrorū corā Deo baiula, iuxta illud, Pr̄ tuus q̄ videt in abſcondito reddet tibi.Significat̄ etiam qualis debet eſſe hō in fama. Candela etiam accēſa lucet, fętet extincta,occulta non lucet . Sic ſancti uiri lucēt alijs per exemplum.Sic luceat,lux ueſtra coram homi nib. Pigri ſe occultant per torporē & ocium , Neque accēdunt lucernam & in abſcondito ponunt &c. Sed mali fętent per opus malum , De cadaueribus eorum aſcendit fœtor.Circa ſ̄m notandum ꝙ tria ſunt , quæ cuſtodiunt candelam ne extinguatur , ſcilicet quādo abſcōditur a uento , qn̄ alijs candelis aſſociatur,& qn̄ eis ſufficiens pabulum miniſtratur. Qui ergo nō uult extingui abſcōdatur a uento laudis humanę,aggregetur,& ueniatur congregationi ſanctæ,& habeat pabulum oronis cōtinuæ. Circa tertiū nota qđ tria ſunt , q̄ impediūt ne candela extincta reacendatur,ſ.remotio, humectatio,& groſſi corporis interpoſitio. Multi ergo ſunt qui non accenduntur ſiue quia prædicatorib. non appropinquat, nec adiunguntur . Qui appropinquant pedibus eius accipiunt de doctrina illius . Siue quia aquis delitiarum humectantur . Animalis homo non percipit,ea quæ ſunt ſpiritus Dei.Siue quia amor terrenorum in eius interponitur . Sollicitudo ſeculi iſtius , & fallacia diuitiarum ſuffocant uerbum .

Matt.6. Ibid. 5. Ibid. Eſa. 34. Cādelā ne extīguatur. 3.Cuſtodiunt. Deu.33 1.Cor.2 Mat.13.

Sermo lxxxiij.De ſancta Agatha. Sermo primus . De quadruplici eius fortitudine .

ACcinxit fortitudīe lūbos ſuos, roborauit brachiū ſuum ac guſtauit,& uidit qa bono eſt negociatio eius nō extinguet̄ in nocte lucerna eius . Laus magna eſt in muliere animi fortitudo,qa ex animi foititudinē,bona cauſant̄ in muliere.Et Paucæ hn̄t iſtā fortitudinē,iō dicebat Salomon. Mulierē fortē qs inueniet. Beata autē Agatha quadruplicē fortitudinē hūit ,& iō oī laude digna fuit . Prima eſt qua ſexū fragilē uirtu-

Prou.vltimo. Ibid.

re animi superauit, cum dr̄, Accinxit fortitudine lumbos suos. Secunda est qua contra mundi; & tyranni sæuitiam pugnauit, & uicit cum dr̄: Roborauit brachiū suum. Tertia est qua præ Dei dulcedine, omnia delectamenta, & oblectamenta mundi despexit, cum dicitur, Gustauit & vidit &c. quarta est, qua in morte per martyrium triumphauit, cum dr̄: Non extinguetur in nocte lucerna eius. Prima igitur fortitudo fuit. quia sexum fragilem uirtute animi superauit. Magnam quidem animi uirtutē habuit, ex eo quod in Christo per fidem fuit fundata, ex eo quod in Christo per charitatem solidata fuit, ex eo quod fuit instar saxi firma effecta, & instar ferri indomabilis habita. De duob primis ipsa dicit. Mens mea supra petrā solidata est, & in ipsa firmata, & fundata. De duobus sequentib. Affrodisia ait, Facilius possunt saxa moliri, & ferrū in plūbi molliciem conuerti, quā ab intentione Christiana mens istius Puellæ reuocari. Tyrannus.n. & Diabolus quatuor telis ipsam uoluerunt superare, scilicet minis, ut eam deterrerent, promissis ut eam allicerent, tentationū, iaculis, ut aīam perforarent, & tormentis, & supplicijs ut eam confrigerent. Sed minis non potuit deterreri, quia supra fundamentū fidei fortissimæ erat fun-

Matt. 7. data. Descendit pluuia & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & non cæcidit. Fundata enim erat ipsa supra firmam petram. Nec promissis potuit allici, quia super Iesum Christum per charitatem erat solidata, &

Eph. 3. radicata. In charitate radicati &c. Nec tētationū iaculis potuit pforari, qa tota fuit ferrea, idest lorica Dei

Isa. 6. induta. Induti loricam iustitiæ. Nec tormentis potuit

Ezch. 3. frāgi, quia tota fuit saxea & adamantina effecta. Vt adamantem & silicem dedi faciem tuam. Secunda fortitudo fuit, quia cōtra mundi & tyranni sæuitiam pugnauit, & vicit, cum dicitur: Roborauit brachium tuū &c.

Agathę certamina. Quadriplici nanque acie tyrannus contra eam pugnauit, quia fecit eā in æculeo extendi, in māmilla torqri, ī carcere obscuro recludi, & īter testas & carbones volutari.

volutari. Sed inter primam aciem, s. pœnam eculei uicit consideratione æternæ remunerationis; vnde ait, Ego in his pœnis tantum delector, sicut qui bonum nuncium audit, & qui uidet, quod diu desiderauit, uel qui multos thesauros inuenit, nec potest anima mea paradisum intrare, nisi feceris diligenter corpus meũ à carnificibus cũ corona martirij attrectari. Ex quib. verbis hr̄, ꝙ ipsa merito passionis sperabat se audire bonum nuncium, i. bonam auditionem & beatam, qua dr̄. Venite benedicti patris mei &c Sperabat se uidere amicum, i. recepturam Dei uisionem sciens, quod ibi est tota merces. Hæc est uita æterna &c. Totaq; lætitia sua. Videbis faciem eius in iubilo. Tota dilectio sua. Facies tua plena est gratiarum. Sperabat se inueni re cœlestem thesaurum, de quo dicitur: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed thesaurizate vobis thesaurum in cœlo. Thesaurus autem mundi, aut in seipso consumitur, ideo dicitur: Vbi erugo. Aut in morte relinquitur, ideo dicitur: Et tinea. Aut uiolenter aufertur, ideo dicitur: Vbi fures. In cœlo autẽ nulla erit consumptio. Vbi uera æternitas, ubi nulla mors, ubi plena immortalitas, nullus timor. ubi plena securitas, sperabat se recepturam coronam regalẽ. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit, qa fortiter, lętanter, fideliter, & utiliter. De his quatuor dr̄ in legenda. Mentem sanctam, s. habuit. Ecce, quia certauit fortiter sanctam. i. firmam. Spontaneam Deo sic se exhibuit. Ecce quia lætanter certauit. Honorem Deo dedit. Ecce quia fideliter. Et patriæ liberationẽ fecit, ecce quia utiliter Secundo habuit certamen, qa fuit in mammilla torta, Istud certamen uicit ex tripli ci consideratione, cum ait: Ego habeo mammillas integras intus in aĩa mea, quas ab infantia domino cõsecraui. Mammillæ. n. sunt intellectus, & affectus. Ipsa igitur mammillas integras habuit, s. sinistram qua Deum cognouit per fidẽ, & dexteram qua ipsum amauit per deuotionem. Et istas mãmillas habuit cõsecrãdas

Mat. 25
Io. 17.
Iob. 33.
Hest. 15
Matt. 6.
2. Thi. 2

das. Quia & intellectum posuit circa utilia inuestigã
da,& affectum circa cœlestia diligenda, & istas mam
millas consecrauit Deo, non ab ipsa senectute, sed ab
Thre. 3 infantia. Bonũ est uiro cum portauerit iugũ dñi ab
adoloscẽtia sua. Tertiò fuit in obscuro carcere clau-
sa. Et cõtra istud certamẽ Petrus apostolus dedit sibi
2. Co. 6. triplex auxiliũ, s. splẽdorẽ eximiũ, qa sicut dr̃. Quę so
Eccl. 18 cietas lucis ad tenebras dulce alloquiũ. Nõ ne ardo-
rẽ refrigerabit ros, sic & uerbum melius quã datũ, &
Eccl. 38 cęleste medicamẽtũ, qa mãmilla fuit sibi restituta. Vn
guẽtarius faciet pigmẽta suauitatis. Quartũ certamẽ
est, quia fecit eã inter testas & carbons volutari. Cõ-
tra iustud certamẽ habuit, adiutoriũ oĩa elemẽta. Nã
terra tremuit, aer corruscauit; aqua tyrãnũ absorbuit;
ignis erupit. Vindex est orbis terrarum cõtra insensa
tos. Tertio præ dulcedine Dei oĩa mundi oblectamẽ
Sap. 16. ta despexit, cum dr̃. Gustauit & vidit. Beati qui sunt in
patria, sunt Dei nomine insigniti. Habentes nomen
eius. & nomen patris eius. Sunt in fonte cœlestis re-
Apo. 14 frigerij positi. Quoniam apud te est fons uitæ &c. Sũt
Ps. 35. multitudine dulcedinis repleti. Quã magna multitu
Ps. 30. do dulcedinis tuę dñe. De hac triplici plenitudine B.
Agatha triplicem gustum recepit, s. nomẽ Dei uirtuo
sum, rorem saluificum, & spiritum sanctum, vnde ait:
Si feras promittis, audito Christi noĩe mansuescunt.
Mar. vl. In noĩe meo dæmonia eijcient. Si ignẽ adhibeas, de
cœlo rorem mihi saluificum angeli ministrabunt. Fe-
Dan. 3. cit medium fornacis, quasi ventum roris flantem. Si
plagas ingeras, habeo Spiritum sanctum per quem de
Ps. 93. spicio vniuerso. Secũdum multitudinẽ dolorũ meo-
rũ &c. Quartò in morte per martyrium triumphauit,
cum dr̃. Non extinguetur in nocte lucerna eius non
Agatha .n. in nocte, i. in morte extincta fuit, sed multiplici
multi- ratio corruscauit. Primo radio magnę reuerẽtiæ, & di
plici ra- gnitatis, quia Deus de ipsa curam habuit specialẽ, &
dio cor singularem, atq; generalem. Vnde ipsa ait, cum debe-
ruscauit ret decapitari. Dñe Iesu Christe, qui me creasti, ecce

cura

cura generalis. Qui me ab infantia custodisti, ecce cũ ra specialis. Qui corpus meum a pollutione seruasti, ecce cura singularis. Secundò fulsit radio puritatis, q̃a Deus ab ipsa oẽm amorem illicitum resecauit. s. amorem carnalem dicens. Corpus meũ à pollutione seruasti, amorem terrenum dicens. Et tulisti a me amorem seculi. amorẽ ꝓpriũ dicẽs. Qui me tormenta uincere fecit. Et perduxit ipsam ad amorem ęternum. Vñ ait. Iube me ad tuam misericordiam ꝑuenire. Tertiò fulsit radio sanctitatis, ꝙ notat̃ cũ dr̃. Mentem sanctam spontaneam. Ipsa. n. quantum ad se fuit valde pura: iõ dr̃, mentem sanctam. In Dei seruitio ualde deuota, iõ dr̃, spontaneam, fuit Deo ualde grata: ideo dr̃, honorem Deo. Et proximo ualde fructuosa: ideo dr̃, & patriæ liberationem. Quartò fulsit radio pietatis, q̃a data est nobis in aduocatam. Vnde ipsa ait Lucię. Sicut ꝑ me ciuitas Cathanensiũ sublimatur à Xp̃o &c. Ipsa. n. tanquã aduocata liberauit patriã suã ab incẽdio ignis à cultura dæmonis, & liberauit quotidie a periculis uniuersis. Ipsa. n. tanq̃ fidelis aduocata pro nobis intercedit ardenti uoto, iuxta illud. Et nunc hic sumus orantes pro uobis. Grandi merito. Augu. Immẽsa Dei bonitas, & pietas sanctorũ merita, nostra vult esse suffragia. Et sanguine ꝓcioso, sicut de sanguine Christi. Accessistis ad sanguinis aspersionẽ melius loquentẽ quã Abel. Quinto. n. fulsit radio ptãtis. Ostẽdit. n. se habere ptãtẽ sup corpora q̃a ea sanauit, sup aĩas, q̃a eas conuertit: sup creaturas. s. superiores, quia Deus ad ipsam angelos de cœlo destinauit, sup inferiores, q̃a terrã tremere fecit, & super medias, q̃a ignẽ accẽsum extinxit, aerem etiã dũ esset in carcere corruscare fecit.

2. Mar. 1
Heb. 12

Sermo lxxxiiij. De eadem Sermo ij Ab Angelica affinitate à profunda humilitate, & pœnarum acerbitate commendatur.

SOror nostra paruula est, & vbera non hẽt. Pñt hæc uerba esse angelorũ B. Agatam à trib. cõmendãtiũ. Can. 8.

Primò ab angelica affinitate, cum dr̃: Soror nostra. Secundo a profunda humilitate, cum dr̃. Paruula est. Tertio a pœnę acerbitate, cum dicit, Et vbera non habet.

Agatha partici-pat cũ angelis in 3.

Circa primum notandum, quod in angelis tria sunt, in quibus beata Agatha eis fuit affinis Primum est innata uirginitas. Beata autem Agatha & si non habuit virginitatem innatam habuit tñ per gratiam acquisitam. Vnde Amb. Maior est victoria uirginum, quā angelorum. Angeli enim sine carne uiuunt, Homines. n. in carne triumphant. Magnum igitur est quod fœmina in merito sanctitatis æquiparetur uiris. Equitatui meo in cruribus Pharaonis assimilaui te amica mea, Maius qđ præponatur uiris, Amen dico uobis, qđ meretrices præcedent vos in regno Dei. Omnem masculum excipiet mulier, Est filia melior filio. Maximum qđ æquiparetur angelis, Statura tua assimilata est palmæ, idest celsitudini angelicę. Beata autem Agatha in merito sanctitatis angelis & multis sanctis æquali extitit & multos excellit, Et per virginitatē se angelis sociauit. Eius autem uirginitas quadrupliciter fuit cōmendabilis. Primo, quia seruauit eam cum pulchritudine. Fuit enim valde pulchra, & speciosa cum tñ ipsa pulchritudo multis mulieribus consueuerat esse in cā ruinæ, Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua. Secundo eam seruauit cū iuuentute, cū ętas iuuenilis lasciua sit, Adolescentia, & voluptas vana sunt. Tertio seruauit eā rogata, & promissionibus solicitata, cum tamē præces, & promissiones sæpe inclinent animos puellarum., Quarto seruauit eā minis exterrita, & supplicijs cruciata; Gre. Quid nos barbati & debiles in iudicio dicemus, q̄ ire ad cęlestia, regna puellas p̄ ferrum videamus, quos ira superat, superbia inflat, ambitio perturbat, luxuria inquiunt. Secundo in Angelis est feruēs charitas, Qui facie angelos suos spiritus, & ministros suos ignē urentem. Et in hoc B. Agatha affinis eis fuit, q̄ Christum feruenter dilexit. Cuius triplex est signum. Vnum est, quia propter eius

Can. 1. Mat. 21. Eccl. 36 Can. 7.

Agathę virginitas quadrupliciter cō mēdat. Pro. 11. Eccl. 12 Ps. 103.

amorē oīa terrena cōtēpsit, unde ipsa ait. Quia abstuli sti à me amorem seculi. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione &c. Secundum est quia ipsum semper in corde, & in ore habuit. Vñ ait, quandiu vixero ipsum corde sp, & labijs inuocabo. Ex abundantia cordis os loquitur. Tertium est, quia libēter, & glorianter pro ipso tormenta sustinuit, vnde dicitur. Agatha lętanter, & gloriāter ibat ad carcerē &c. Tertiò in angelis est magna stabilitas. Solidissimi quasi ære fusi sunt. Et in hoc ipsa fuit eis affinis, q̄ sup Christum fuit fundata, & solidata, vnde dixit. Mens mea super petram solidata est, & in Christo fundata. Verba vestra venti sunt, promissiones vestrę pluuiæ sunt, terrores etiam vestri flumina sunt, quæ quantum cunque impugnant fundamenta. tñ domus meæ cadere non valebunt. Ipsam. n. deijcere non potuerunt nec pluuia, idest examinatio cęlestium flagellorum, nec venti, idest tentationes dæmonum, nec flamma, idest violētiæ tyrannorum. Vel dici potest quod ipsam deijcere non potuerunt, nec tētationes dęmonum graues, & apertæ, q̄ sunt quasi flumina. Nec graues, & occultę, quæ sunt quasi pluuiæ. Nec leues, & aperte, quæ sunt quasi uenti. Venti. n. occulti sunt quantum ad originē, sed aperti sunt quantum ad effectuum. Secundo commendatur ab humilitate, cum dr: Paruula est. Paruulus autem tria importat. Primò humilitatem. Nam cū par uulus esset in oculis tuis &c. Et quantum ad hoc ipsa fuit paruula, & ideo meruit cœlestem exaltationem. Sinite paruulos &c. talium est enim regnum cęlorum. Secundò importat simplicitatem. Malitia paruuli esto te. Tali modo etiam fuit paruula, & ideo meruit diui norum reuelationem. Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Tertiò importat puritatē. Vnde paruulus à puritate dicitur: Et hoc modo fuit paruula, & ideo meruit diuinæ gratiæ infusionem. Sapientiam, idest sapidam scientiam, q̄ est gratia Dei præstans paruulis. Tertiò beata Agatha

Can. 8. Mat. 12 Iob. 37. Paruul⁹ 3. importat. 1. Re. 15 Mat. 10. 1. Co. 14 Mat. 19 Psal. 18. Vberū differen tiæ.

commendat a pasſionis accerbitate, cum dr̃. Vbera nõ habet. Notandum autem, ꝙ ſunt vbera exteriora, interiora, & ſuperiora. Vbera autem exteriora non habuit, quia tyrannus ea amputauit, quod quidẽ fuit magnæ crudelitatis, quantum ad amputantem, unde dixit. Impie, crudelis, & dire tyrannæ &c. Magnæ pietatis quo ad ſanantem, quia Chriſtus per B. Petrum, ubera ſibi reſtituit. Ipſe uulnerat & medetur. Magnæ accerbitatis quo ad patientem, quia magnũ dolorẽ ibi ſenſit. Tum pp uim ſenſitiuam, quæ maximæ ibi viget, cũ ſint ibi nerui arteriæ ſibi inuicem coniuncti. Tum pp uicinitatem cordis. Tum pp caliditatẽ pectoris. Secũdò ſunt vbera interiora. ſ. intellectus, & affectus. De q̃bus ipſa dixit. Ego habeo mammillas integras intus in anima mea, ex quibus nutrio oẽs ſenſus meos. Intellectus enim infundit cognitionẽ, affectus ſubminiſtrat deuotionẽ. Ex his ergo vberibus nutriebat oẽs sẽſus. ſ. uiſum diuinam pulchritudinem admirando. Auditum, diuinæ inſpirationi obtemperãdo. De his duobus dr̃. Auditu auris audiui te, nunc autẽ oculus meus uidet te. Olfactum Chriſti conuerſationem, & beneficia odorãdo. Curremus in odorẽ vn. tu. &c. Et guſtũ, diuinã dulcedinẽ pguſtãdo. Guſtate, & videte, qm̃ ſuauis eſt dñs. Tactũ Chriſti, charitatis brachia amplectendo. Tenui eum, nec dimittam. Tertiò ſunt vbera ſuperiora, ideſt cęleſtia. De quib. dr̃. Lętamini cũ Hieruſalẽ oẽs qui diligitis eam, ut fugatis, & impleamini ab vberib. conſolationis eius, ut mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius. Ex quibus uerbis habetur, ꝙ ab illis vberibus tres riui emanant. ſ. plenitudo gaudij, & exultationis, plenitudo conſolatij & plenitudo delectationis.

[Margin: Vberũ differẽtiæ. — Iob. 5. — Iob. 42. — Can. 2. — Pſal. — Can. 3. — Eſa. 46.]

Sermo. lxxxv. De eadẽ Sermo iij. A panarũ quas ſuſtinuit acerbitate, A pœnarum Chriſti meditatione, atq; ab earundem uoluntaria perpeſsione commendatur.

Can. 1. FAſciculus myrrhæ dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur. Beata Agatha multa pro dilecta

cto suo passa fuit, qui pro ipsa multa passus fuit. Et idõ pęnas dilecti inter ubera sua portauit per meditationem & tormenta propria. Inter ubera cordis sui portabat per uoluntariã perpessionẽ. Cõmendatur autem in verbis prædictis a tribus. Primo a pęnarum acerbitate, quas pro dilecto sustinuit, cũ dicitur, Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi. Circa quod notandum, quod dilectus habuit magnum fascem uirtutum, & magnũ fascem pęnarum. Fuit enim tanquam paratũ repletum floribus oĩum uirtutum. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. De isto magno fasce florũ virtutum dilecti, B. Agatha quosdam flores collegit, & sibi fasciculum fecit. Collegit enim lilium pudicitiæ, uiolam conuersationis sanctæ, quia eius conuersatio semper erat in cęlis, & rosam patientię. O quam pulchra est casta gñatio. Ecce liliũ pudicitiæ, Cum claritate, Ecce splendor conuersationis sanctæ. Immortalis est enim memoria illius, Ecce constantia sapientię, Quia sic dr̃, Patiẽtia pauperum non peribit in finẽ. Secũdo dilectus habuit magnam fascẽ pœnarum, de quo magno fasce B. Agatha quędã ligna passionum extraxit & sibi fasciculum fecit. Primũ lignum est, quia fuit lapis cęsa, Et istud extraxit de magno fasce dilecti, qui in facie fuit uelatus percussus & cõsputus. Libenter ergo voluit faciẽ suã pcuti, cito turpandã corrosione vermiũ, ex quo illa facies fuit percussa, q̃ est gloria Angelorum. Secundum lignũ est, quia fuit in ęculeo extenta. Et istud traxit de magno fasce dilecti, qui tanq̃ pellis fuit in cruce extẽsus. Extẽdens cęlũ sicut pellẽ. Libẽter ergo voluit extẽdi in ęculeo amore dilecti, q fuit extẽsus in patibulo. Tertium lignũ fuit, quia fuit in pectore vulnerata qa ei mãmilla fuit euulsa, Et istud traxit de magno fasce dilecti, qui fuit iuxta cor in latere vulneratus. Libẽter ergo in pectore vulnus portauit amore dilecti, qui in corde vulnus accepit. Quartũ lignũ est, quia fuit carceri inclusa. Et istud lignũ extraxit de magno fasce dilecti, qui inclusit se in carcere uteri, stabuli, & limbi.

Ge. 27.

Sap. 4.

Ps. 9.

Ps. 103.

Libenter igitur sustinuit carcerem amore dilecti, qui pro nobis se taliter incarcerauit. Quãtum lignum est, quia inter testas & carbones fuit in uoluta. Et istud extraxit de magno fasce dilecti, qui & si non habuit carbones ignitos, habuit tñ clauos acutos. Et ideo libenter uoluit in carbonibus uolutari amore illius qui clauis uoluit perforari & in fornace, s. crucis aduri. Dilectus tam multas alias pœnas sustinuit, ex quibus maximum fascem sibi fecit. Ipse enim gigas geminæ substã tiæ, fuit & ideo magnũ fascem portare potuit. Agatha vero tam magnum fascem portare non potuit, & ideo aliqua ligna collegit de fasce dilecti & sibi fasciculũ fecit & ergo dixit, Fasciculus mirrhæ dilec. m. mi. Secũdo cõmendatur a pęnarum dilecti, cõtigua meditatione & deuotione cũ dr̃, Inter vbera mea commorabi-

Verbũ triplex uis. tur. Circa quod notandum, quod vbera habent vim attractiuam cum sint spongiosa & porosa, hñt uim conuersiuam, quia p calorẽ cordis fit decoctio sanguinis & conuertitur in naturam lactis, hñt vim effusiuam, quia lac emittũt. Vbera igitur animæ sunt memoria intelligentia, & uoluntas. Et ista circa passionem habẽt, uim attractiuam, quia memoria appetit impleri sãgui-

Thre. 3. ne per continuam recordationẽ. Recordare paupertatis meæ &c. & infra, Memoria memor ero, & tabescet

Ps. 67. in me aĩa mea. Intelligentia per verã fidem. Intingat pes tuus in sanguine. Pes enim est fides, q̃ tunc in sanguine intingitur qñ Christi passione repletur. Volun-

Iob. 39. tas appetit impleri per deuotionem, Pulli eius lambunt sanguinem. Secundo habent uim conuersiuã. Nã tunc dũ sanguis passionis sic est in memoria, & intelligẽtia, & volũtate, adest triplex ignis q ipsum dealbat,

Ps. 38. & quodammodo in lac conuertit, s. ignis meditatio-

Luc. 12. nis, q cor accendit, In meditatione mea exardescit ignis. Ignis amoris, q cor cõbustibile facit. Ignem veni mittere in terrã &c. Et ignis desiderij cęlestis, q scin-

Ezec. 1. tillas in cor proijciet, Scintillæ quasi aspectu æris candentis. Et sic sanguis dealbatus aĩam dealbat. Lauerunt

stolas

ſtolas ſuas,& dealbauerunt eas in ſanguine agni. Ter tiò ipſa vbera habent vim effuſiam. Nam aliqn̄ effundunt lac,aliquando ſanguinem, & aliquando butirū. Iuxta illud. Qui nimis præmit vbera ad eliciēdū lac exprimit butirū. Et qui vehementer emungit, eliciti ſanguinem.Sancti enim p̄dicatores,qui ſunt vbera ecclesiæ,aliquando effundunt lac, quādo alios inducūt ad puritatē innocentiæ. Sicut mō geniti infantes lac concupiſcite. Aliquando effundunt ſanguinē,quādo alios animant ad imitationē paſſionis dominicę. Elephantes oſtenderunt ſanguinē vuæ. Aliquando effundunt butirum,quando alios inducunt ad pinguedinē deuotionis internę.Butirū & mel comedet.Ille comedit mel,q̄ afficitur circa diuinitatis gloriam. Ille butirum,qui afficitur circa infirma humanitatis. Tertiò commendatᷣ a ſuarum pœnarū voluntaria perpeſſione,cū dicitur:Inter vbera mea cōmorabitur. Habebat .n.illas pœnas inter vbera.i.inter ītellectū,& affectū, quia libenter eos ſuſtinebat pp dilecti fidem, & eius amorē.Vn̄ dicitur:Agatha lætiſſime,& gloriāter ibat ad carcerē;& quaſi ad æpulas inuitata, Agonē ſuū domino prçcibus cōmendabat. Vbi notantᷣ quatuor gradus.Primus eſt,quia ſuſtinuit patienter.Et iſte gradus præponitᷣ, q̄a & ſi lętiſſimè , ergo & patienter; & iſte eſt neceſſitatis.Secūdus eſt,quia ſuſtinuit libēter,vnde dicitur:Agatha lętiſſimè,& iſte eſt p̄fectionis. Tertius eſt,quia ſuſtinuit glorianter,vnde dicitur:Et glorianter ibat ad carcerē;& iſte eſt magnę virtutis, quādo q̄s magis gloriatur de deſpectu propter Deū,quādo honore propter mundum.Quartus,quia ſuſtinuit delectabiliter,quod notatᷣ cū dicitur:Et quaſi ad æpulas inuitata,& iſte non eſt humanæ facultatis,ſed gr̄ę cœleſtis. De his quatuor gradibus ſic dicit:Nō poteſt anima mea in paradisū intrare , niſi diligēter corpus meū feceris a carnificibus attrectari : Ecce quomodo portauit patienter:Ego in his pęnis ſic delector, ſicut q̄ bonū nunciū audit,Ecce quomodo portauit libēter,

Apo. 7.
Pro. 30.
1. Pet. 2
1. Mac. 6.
Eſa. 7.
Agathę cōſtātia

Aut qui videt quod diu desiderauit, Ecce quomodo portauit glorianter. Aut qui multos thesauros inuenit. Ecce quomodo portauit delectabiliter.

Sermo lxxx. In Cathedra S. Petri. Sermo primus. A Deo, & à populo Antiocheno ipsum exaltatum ostendens.

Ps. 106. EXaltent eum in Ecclesia plebis & in cathedra seniorum laudent eum. Dupliciter B. Petrus exaltatus fuit, s. à Deo, cum dr̄: Exaltent eum in ecclesia plebis. Et à populo Antiocheno, cum dr̄: Et in chatedra seniorum laudent eum. Quantum ad primum notandum, quod pater, & filius, & spiritus sanctus eum, ēt super apl̄os, seu angelos in quatuor exaltauerunt. Primò in Dñici corporis consecratione. Angelorū quidem est sacerdoti consecranti assistere, & hostiā cōsecratam Deo offerre. Petri aūt, & sacerdotū est panem in corpus Christi conuertere, qđ nulli angelo est datum, vñ non angelis, sed solis sacerdotibus dictū est.

Pati super Angelos exaltatio.

Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Secūdo in peccatorum remissionē. Angelorum q̨dem est peccatores suis inspirationibus à peccatis auertere. suis orationibus sibi à Deo mīam implorare. Petri aūt, & sacerdotum est sibi confessis peccata remittere, vñ non

Io. 20. angelis, sed solis sacerdotib. dictum est illud, Quorū remiseritis peccata remittuntur eis. Et q̨a hoc officiū solius Dei est, scilicet peccatum remittere. Ideo Dij

Ps. 81. vocantur. Ego dixi Dij estis. Tertio in clauium collatione. Angelorum quidem est animas ad cœlum deducere. Petri & sacerdotum est ipsis animabus cęli ianuam aperire, vnde non Angelis, sed Petro dictum

Mat. 16 est. Tibi dabo claues regni cœlorum. Quarto in iudiciaria potestate, Angelorum quidem est iudicandos ad iudicium colligere, collectos ad inuicem separare, separatos, malos in ignem proijcere. Sed Petri & successorum eius est ipsos iudicare. Vñ non angelis, sed Petro, & successoribus suis dictum est. Matt. 19. Amen dico uobis quod uos q̨ reliquistis omnia, & secuti

cuti estis me.&c. Secundo B. Petrus fuit hodie exaltatus,& cathedrat⁹ à populo Antiocheno cum dr̄: Et in cathedra seniorũ laudent eum. Notandum aũt ꝙ istud festũ de cathedra,rōne S.Petri quinq; causis celebratur. Primò pp miraculosam Petri liberationem, & exultationem. Nam cũ Theophilus princeps Antiochiæ ipsum in carcerem deduxisset,& tandem per Dei prouidentiam,& Pauli ap̄li industriam, & Petri virtuosam potentiam,ꝙ.s. eius filium suscitauit,fuit de carcere liberatus,& in cathedra sublimatus, & patriarcha Antiochenus effectus. Ideo ēt ecclesia hoc festum celebrat, vt de Petri liberatione Deo gratias agat.Et quia prælati ecclesiæ tunc cœperunt loco,potestate,& noīe sublimari.Scdò celebratur pp noui nominis impositionem: Nā apud Antiochiā discipuli primo uocati sunt Christiani. Magna Dei dignatio, ꝙ nomen suum nobis participare uoluit.Seruos suos vocauit noīe alio. Et ideo tm̄ beneficium est nobis cum lætitia recolēdum. Parum aũt esset hr̄e nomen, nisi & res nominis haberetur. Aug. Christianus autē est qui non tm̄ noīe,sed opere,est.Christus aũt ab vnctione dr̄.Ille verè est Christianus, qui hēt vnctionē gratiæ quantum ad se:Et uos unctionem,quam accepistis ab eo,maneat in uobis.Qui hēt oleum compassionis,& mīæ,quantum ad proximum.Thesaurus desiderabilis,& oleum in habitaculo iusti.Qui hēt vnctionem conscientiæ,quantum ad Deum. Prudentes virgines acceperunt oleum &c.Tertiò celebratur pp coronę clericalis institutionem.Institutum.n.fuit,vt clerici coronam deferrent clericalem pp tres causas. Primo propter Petri imitationem. Cum.n.apud Anthiochiam fuisset captus,infideles ob Christi iniuriā sibi sumitatem capitis abraserunt.Cæteri autem clerici uidētes pastorem suum sic in capite deformatum, idem sibi fecerunt fieri. Et sic Petrus postmodum illud uoluit seruare in gloriam, ꝙ sibi in Christi iniuriam fuerat irrogatum. Ex quo patet, ꝙ Deus de ma-

Catedra S.Petri quare celebretur

Esa.65.

1.Ioā.2.

Prou.21

Mat.25.

Clerici quare coronā deferāt.

lis ſæpe bona elicit. Vñ de abraſione capitis facta in ignominiam ortũ habnit corona clericalis ſeruata in gloriam. Scđa cauſa eſt pp diſtinctionẽ, vt,ſ. per hoc ſignũ clerici à laicis diſcernantur. Olim Deus diſtinxit populum Iudæorum à populo gentilium per circuncisionis ſignaculum. Sed conuenientius eſt nr̃m ſignaculum,quã illorum Illud.n.fiebat in parte corporis verecunda; noſtrum fit in parte corporis reuerenda.Illud in membro gñatiuo,qa dediti erant gñationi filiorum,noſtrorum in membro ad cęlum eleuato,ꝙ dẽmus eſſe intenti contẽplationi cęleſtium.Illud.n.cum dolore,& effuſione ſanguinis,noſtrũ cum exultatione & lætitia cordis.Tertia cã eſt pp miſticã ſignificationem. Fit.n.in ſuperiori parte totalis raſio pilorum,qa inter Deum,& ipſos clericos nihil dẽt eſſe medium.Fit detruncatio capillorum,quia dẽnt detruncare ſuperfluitatem tpalium,& cogitationum malarum.Fit circularis formatio. Tum quia ipſi ſunt miniſtri eius,qui caret & fine & principio. Tum q̃a ſeruire Deo eſt regnare.Tum quia de corona ſacerdotalis dignitatis,clerici peruenturi ſunt ad coronã æternæ fęlicitatis.Quartò celebratur pp primæ miſſæ Petri celebrationẽ.Ipſe primã miſſam in pontificalibus Antiochię celebrauit.Et credẽdum eſt ꝙ iſto die,vel ſaltem iſto tpe.Et ideo hæc dies nobis celebris debet
2.Reg. eſſe. Ioannes quidem primam miſſam ſuam dixit in
23. Aſia,Iacobus in Hieruſalẽ. Marcus in Alexãdria,Dauid ſedens in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres.Fuit Petrus ſapiens,tñ Ioannis ſapientior reſpũ Iacobi,ſapiẽtiſſimus reſpũ ſ.Marci. Quintò celebrať pp erroris deſtructionem. Olim.n.gẽtiles in hac die feſtum faciebant,qđ continebat errorẽ,ſuperſtitionẽ, & illuſionem.Error qdem erat,quia credebant,ꝙ aĩæ defunctorum circa monumenta ſuorum corporum morarentur. Superſtitio aũt erat,quia cibaria,& vina ſuper tumulos charorum ſuorum ponebant,credẽtes quod aĩę talibus indigerent.Sed ſicut dicit Maximus
non

nō indigebant corporalibus cibis,ſed orationib.deuo tis eleemoſynis aſſiduis,& ſacrificijs altarium.Illuſio aūt erat, quia dæmones in nocte omnia cibaria conſu mebant.Et ſic eis alludebāt, ac ſi animæ comediſſent. Ideoque ſancti patres ordinauerunt, quod illa die, qua iſta fiebāt,fieret feſtum de cathedratione B. Petri, vt uirtute illius ſolemnitatis,hæc ſuperſtitio obliuioni traderetur. Vnde ab aliquibus feſtum hoc, uocatur feſtum Petri æpularum, & ſic illud feſtum expurgauit errorem,remouit ſuperſtitionem,& detexit.

Sermo lxxxvij.eodem die ſermo ſecundus A Cathedrali honore,a firmitate conſtantia,a perfectione ſapientia,& gratia commendatur.

DAuid ſedēs in cathedra ſapiētiſſimus īter tres, ipſe.n.eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus. Per Dauid qui interpretatur manum fortis, ſignificatur B. Petrus,quā pp ſuā fortitudinem a petra eſt appellatus. Cōmendatᷣ aūt in præmiſſis verbis a quatuor. Primò a cathedrali honore,cu dr̄,Sedens in cathedra.Eſt aūt triplex cathedra,ſ.regalis,magiſtralis,& ſacerdotalis. De cathedra regali dr̄, Cum ſediſſet rex ſuper cathedram ſuam &c.De cathedra magiſtrali dr̄,Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribę,& phariſęi &c.De ſacerdotali dr̄;In cathedra ſeniorum laudent eū.Pręsbyter enim græcè,latinè ſenex dr̄.In his tribus cathedris ſedit S Petrus.ſ.in cathedra regali, quia ad eum ſpectat iudicium oīum cauſarum. In magiſtrali, qa ad ipſum ſpectat expoſitio ſcripturarū.Et in ſacerdotali,quia ad ipſum ſpectat ligatio,& abſolutio peccatorum.Primo igitur ſedet in cathedra regali, quia ad ipſum ſpectat omne iudicium,ſ.ciuile,eccleſiaſticum,& medium.Si difficile,& ambiguum iudicium apud te eſſe proſpexeris,inter ſanguinē,& ſanguinē, per quod intelligitur iudiciū criminale,& ciuile, inter leprā, & non leprā per quod notatur eccleſiaſticum criminale. Et cauſam quod

2. Reg. 24.

Cathedra triplex.

1. Reg. 20.

Mat. 23.

Pſ. 106.

Deu. 17

quod ad utrunque refertur, s. ecclesiasticum, & ciuile venies ad sacerdotes leuitici generis. Secundo] sedit in cathedra magistrali, quia ad eius sedem spectat scri-
Mat. 16 pturarū expositio. Non. n. licet laico sed clerico p̄dica-
2. Pet. 1. re, uel exponere scripturas; vñ nō turbis sed apostolis
Mat. 19 dictū est, Prædicate euāgeliū oī creaturæ. Scripturarū interpretatio. Oīs prophetia propria interprætatione non fit &c. Scripturarū modificatio, vnde illud qđ dr̄. Quod Deus cōiunxit hō non separet, sic per fidē Petri modificatur, cōiunxit p̄ cōsensum mētis & copulā carnis. Tertio sedit in cathedra sacerdotali, qa ad ipsum spectat ligatio, & absolutio culparū. Peccator q̄dē su-
Sacerdotis potestas pra se hēt cęlū clausum & infra infernū apertū, intra se nō hēt gratiā sed culpā, & p̄didit meritorū parteci- patione eccl'a sanctorū. Pōt aūt sacerdos peccatori cę-
Act. 16. lū aperire. Quodcūq; ligaueris super terrā &c. Et qđ
Io. 20. aperire solueris sup̄ terrā &c. Pōt infernum claudere. Portę inferi nō præualebunt aduersus eā. Potest Spiritum sanctū dare, Tūc imponebāt manus super illos &
2. Co. 2. accipiebāt spiritū sc̄tm̄. Pōt peccata dimittere. Quorū remiseritis peccata, remittuntur eis, potest sanctorum merita communicare. Cui autem aliquid donastis, & ego &c. Secundo commendatur. Petrus à firmitate cō-
Pro. 18. stantiæ cum dr̄. Dauid, qui interpretatur manufortis. Prælatus enim non debet esse mollis sed fortis, quia sicut dr̄, Qui mollis & dissolutus est in opere suo; frater est sua opera dissipantis. Tria ponit, scilicet molle dissolutum, & dissipatum, molle est quod cedit oī duro, dissolutū, qđ nullo est vinculo colligatū, dissipatū qđ est oīno confractū. Beatus aūt Petrus nō fuit mollis; sed durus, qa nō cessit, sed fortiter sustinuit oēm p̄
Act. 5. secutione illatā. Ibāt ap̄li gaudētes a cōspectu cōcilij.
Io. vltimo. Nō fuit dissolutus sed cū Xp̄o colligatus; quia p̄ charitatē firmā, Dn̄e tu scis qa amo te. Nō fuit fractus, sed solidū p̄ perseuerantiā, Quasi vas auri solidū &c. Tertio commendatur a perfectione sapientię, cum dr̄. Sa-
Ecc. 50. piētissimus. Nec mirū si sapiētissimus fuit: quia tres sapien-

pientissimos doctores habuit.s. patrem reuelãtem. Caro & sanguis non reuelauit tibi &c. Filium instruentem. Omnia quæcunque audiui à patre meo nota feci vobis. Et spm̃ sanctũ infundentẽ. Paraclitus aũt spiritus sanctus, quem mitet pater in nomine meo, ille vos docebit oĩa. Quartò commendatur à perfectione gr̃a tiæ cum dr̃. Tenerrimus ligni vermiculus. Ille.n. est vermis, & est tener ad tangendum, & est durus ad perforandum. Ex quo innuitur B. Petro, ꝙ fuit mansuetus quantum ad bonos, ido dr̃ tenerrimus. Quæ mansuetudo in trib. apparuit. Primo in hoc, cum esset pontifex sũmus, humile offm̃ non recusauit. Dixit Simon Petrus uado piscari. Secundo ꝙ à minori reprehendi patienter sustinuit. Cũ venisset Cephas Antiochiam in faciem ei restiti &c. Nos aũt cũ à superiori rephendimur impatienter ferimus. Si a pari, indignamur, si à minori irridemus. Tertio in hoc ꝙ minoribus humiliter obediuit. Cum audissent apostoli qui erant hierosolimis, quia recipit Samaria uerbum Dei, miserunt ad eos Petrum, & Ioannem. Secundum fuit durus, & seuerus quantum ad malos, ideo dr̃ uermiculus ligni, cuius seueritas in trib⁹ apparuit, s. qa seuerè malos reprehẽdit. Pecunia tua tecũ sit in perditione. Seuere puniuit sicut patet. In punitione Ananiæ, & Saphiræ. Seuerè dñm defendit. Simõ Petr⁹ hñs gladiũ. Tertiò qd fuit humilis, quãtũ ad seipsũ, & Deũ, iõ dr̃ uermicul⁹. Eius autẽ humilitas in tribus apparuit. Primò in hoc qđ indignũ se Xp̃i pñtia reputauit. Exi à me quia hõ pec. &c. Secundò in hoc, quod à Xp̃o lauari recusauit. Non lauabis mihi pedes in ęternum. Tertiò in hoc, ꝙ crucifigi, ut dñs noluit, unde ait, quia non sum dignus in cruce esse sicut dñs meus, crucem meã girate,

Mat. 16. Io. 15. Io. 14. Petri mãsuetudo in trib. patet. Io. 21. Gal. 2. Act. 8. Act. 2. Io. 17. Luc. 5. Io. 13.

Sermo lxxxviij. De S. Matthia sermo I. A miraculosa electione & à vita perfectione commendatur.

CErte uidetis, quẽ elegerit dñs, ꝙ nõ sit similis ei ĩ oĩ populo. Quãuis istud dictũ sit đ Saule supbo ĩ regem

1. Re. 10

regẽ assumpto, conuenientius tñ dici põt de Matthia paruulo in apostolum assumpto. In q̃b. verbis à duob. commendaẗ. Primo à miraculosa electione cũ dr̃: Certe uidetis, quem elegerit dñs. Secundò à uitæ perfectione, cum subdiẗ, ꝙ non sit similis ei in populo. Circa primũ notãdũ ꝙ eius electio cõmendabilis est ex parte electorũ, electi, & modi eligendi. Eligentes aũt fuerũt magnæ auctoritatis, q̃a fuerunt apostoli, q̃ sunt principes mundi, ianitores cęli, & iudices seculi. Principes populorũ cõgregati sunt ad faciendũ s. Matthię electionẽ. Ecce q̃a sunt principes mundi, qm̃ Dij fortes terræ. Ecce q̃a erũt iudices seculi: vehementer eleuãti sunt, vt. s. sint ianitores cœli. Scd̃ò commendabilis est ex parte electi. In quo quidem fuerunt tria, quæ in quolibet prelato requiruntur. Primum est morũ maturitas, quod notaẗ cũ dr̃: Ex his uiris. uir. n maturitatem importat. Magnum. n. periculũ est, dum prælatus maturus non est. Vę terræ cuius rex puer est. Secundũ est vitæ sanctitas, ꝙ notaẗ cũ dr̃: Qui nobiscum sunt congregati. In tã beata. n. cõgregatione nullus potuisset habitare, nisi valde sanctus, unde dicit Chriso. q̃d quandiu Iudas fuit in collegio apostolorũ Diabolus nõ fuit ausus ipsum inuadere, sed qñ ab ipsis recessit, iñ ipsum intrauit. Tertiũ est sapientiæ, & doctrinę veritas, ꝙ notaẗ cũ dr̃: Oĩ tpe quo intrauit, & exiuit &c. Nullus. n. alicuius negotij plenã notitiã scire põt, nisi prius sciuerit eius principiũ, finem, & medium, Matthias nanque omnium actuum Christi sciuit principium ideo dr̃ oĩ tpe quo intrauit, s. per natiuitatẽ, sciuit & finem, ideo sequitur. Exiuit dñs Iesus. s per passionẽ. Sciuit & medium. Vnde sequitur. Incipiens à baptismate Ioannis &c. De his trib. dr̃: Date ex uobis Viros, ecce morum maturitas. Sapientes, & ignaros, ecce sapientiæ ueritas. Et quorum conuersatio fuit ꝓbata, ecce vitæ sanctitas. Tertiò cõmendabilis est ex parte modi eligendi. Apostoli. n. ipsam electionẽ inchoauerunt ab exhortatione salutifera, quia Petrus utilẽ sermonem

Matthię electio tripliciter cõmẽdatur.

Psa. 46.

Eccl. 10

Deut. 1.

monem præmisit, cum. n dr̄, surgens Petrus in medio fratrum dixit &c. Prosecuti sunt ipsam cum oratione deuota, vñ dr̄: Exorantes dixerunt. Tu dñe &c Et terminata est cum reuelatione diuina, vñ dr̄: Et cecidit sors super Matthiam. Secundum Dionysium illa sors fuit quidam splendor diuinus, per quem ostendebat ꝙ erat in apostolũ assumẽdus. Secundò commend. ẽ à vitæ perfectione, cum dr̄: Non sit similis ei in omni populo. Hæc aũt perfectio in quatuor cõsistit. Primo in hoc, qđ fuit magnæ sanctitatis quo ad seipsum & de hoc hẽt testimonium à patre, quia Matthias paruus interpretatur. Et ad patrẽ spectat paruulos consouere. Nõ est volũtas patris mei, ut pereat unus ex pusillis istis. Testimoniũ habuit à filio, quia cum duos statuissent, istum Christus præelegit. Testimoniũ habuit a Spiritusancto in Pẽtecoste, cũ eũ grā sua repleuit, Testimoniũ ẽt habuit à toto apostolorum collegio, q eũ cũ Ioseph statuerunt. Credendum est. n. qđ si duos meliores habuissent, ipsos statuissent. Secũdo eius perfectio consistit in hoc, quod fuit multæ familiaritatis, & dilectionis quo ad Christum. Cuius signa tria fuerunt. Primum est quod Christus fecit eum cõtribulẽ suũ. Fuit. n. de tribu Iuda, sicut & Christus. Solent autem hoĩes qui sunt ex cadẽ cognatione se inuicem diligere. Nemo carnem suam odio habuit &c. Scdò fecit eum compatriotam suum. Fuit. n. Bethleæmita, sicut & Christus, solent nanq; hoĩes eiusdẽ patriæ spiritualem ad inuicem familiaritatem habere. Tertium est, quia fecit ipsum commilitonem suum, quia ſm quosdam crucifixus fuit. Et sic cum Christo in eodem æquo, & sella sedit. Homo quẽ rex honorare cupit, dẽt imponi supra equum, qui de sella regis est. Tertiò consistit eius perfectio in hoc, ꝙ fuit multæ ptãtis, quo ad operationẽ miraculorum, quorũ q̃dam attestantur suam mĩam. Nam cum centum quinquaginta hoĩes ex quadam potione toxicata, toxicati fuissent, oẽs sanauit, & ad fidem conuertit. Quædam

Mathię Vita pfecta. Mat. 18 Eph. 5. Hest. 6.

dam atteſtātur ſuæ iuſtitiæ ueritatem. Quia cum quidam obſtinati perſiſterent, & uerbum Dei deriderēt, dixit eis, denūcio vobis, ꝙ viui in infernum deſcenderis. Statimq; terra ſe aperuit, & ipſos uiuos degluttiuit. Quædā verā ſuam potētiam, quia dæmones expellebat, & in infernum mittebat. Vñ cum quidā dæmon in forma pueri cōtra ipſum excitaret, ipſum expulit, & in infernum miſit. Cum ēt eſſet in carcere, dęmones in ipſum dētibus fremebant, ſed ad ipſum accedere nō audebāt. Quædam uero atteſtantur magnā ſuam fidem, qa quandam potionem toxicatam totā bibit, & nullam læſionem sēſit. Hæc.n. eius fidē atte-
Mar. vl. ſtantur. iuxta illud ꝙ legitur. Signa aūt eos q crediderint hæc ſequentur. Et infra. Et ſi mortiferū quid biberint, eis non nocebit. Quarto conſiſtit eius perfectio in hoc, quod fuit magnæ acerbitatis quantum ad martyrium. Quamuis. n. alibi legatur, quod in pace quieuerit, alibi tamen legitur quod fune in collo miſſa ꝑ ciuitatē ſit tractus, alibi crucifixus, alibi, quod fuit lapidatus, & ſecuri excerebratus. Supponendo igitur qđ ad dñm tranſiret per viam martyrij, poſſumus iſta cōcordare, & dicere, quod primò per ciuitatem fuit tractus ſed non mortuus, deinde fuit crucifixus, & ibi ſtans in cruce fuit lapidatus, & ſecuri percuſſus.

Sermo lxxxix. eodē die ſermo ij. Iudæ depoſitio, depoſitionis ratio, & punitio, atque Matthiæ electio ponitur.

Pſ. 108. FIant dies eius pauci, & ep̄atum eius accipiat alter. Et infra. Et perſecutus eſt hoīem mendicū & inopem &c. Et zona qua ſꝑ præcingitur &c. quod iſta uer-
Act. 1. ba de Iudæ depoſitione & Matthiæ electione intelligant, teſtatur Petrus dicens: Viri fratres oportet implere ſcripturā, quā dixerat ſpiritus ſanctus per os Dauid &c. In quibus uerbis quatuor ponuntur, Primo poniť Iudæ depoſitio cum dř: Fiant dies eius pauci. Chriſtus nanq; Iudam fecit diſcipulū ſuū, poſtea apoſtolum

Iudas cur īter diſcipulos poſitus.

ſtolum ſuum,poſtea ꝓcuratorē ſuū.Sed in hoc triplici ſtatu facti sūt dies eius pauci.Paucis.n.dieb.ſtetit ī diſcipulorū cōſortio, paucis dieb.in apoſtolorū collegio,& paucis dieb.in ꝓcuratoris officio.Sed mirū dr̄, quare Chriſti ſapiētia ipſum poſuit in conſortio ſuarum ouiū, quē ſciebat futurū eſſe lupum; in collegio apoſtolorū,quē ſciebat futurū eſſe ꝓditorē ſuū; quare eum fecit ſuum ꝓcuratorē, quē ſciebat eſſe futurū magnum furē. Sed hoc ſapientiſſima ratione eſt factum; ideo.n. poſui eum in conſortio diſcipulorum ſuorū, vt bonos cū malis in hoc mūdo mixtos eſſe oſtēdat. Nam in hoc mundo, aliqñ Diabolus inuenitur inter filios Dei: Quadā die cū ueniſſent filij Dei,& aſſiſterent coram Dn̄o, affuit inter eos Sathan. Aliqñ inter miniſtros Dei oſtēdit mihi Ieſum ſacerdotē magnū, & Sathan ſtabat à dextris eius,ut aduerſaretur ei. Aliqñ inter Apoſtolos Dei: Nonne duodecim uos elegi, & unus ex uobis Diabolus eſt? Secundo fecit eū Apoſtolum, quem ſciebat futurum eſſe proditorē ſuum,ut vanam fiduciam amputaret,ne in hoc mundo aliquis ſecurum ſe eſſe credat. Bernardus, Nuſquam eſt ſecuritas fratres mei, neque in cœlo, neque in Paradiſo, multo minus in mundo. In cęlo namque cecidit angelus ſub præſentia diuinitatis: Adam in Paradiſo in loco voluptatis: Iudas in mundo in ſchola Saluatoris. Tertiò fecit eum procuratorem ſuum,quem ſciebat furē, vt temporalia,uilia,& contemnēda eſſe doceret. Habuit quidē Chriſtus in hoc mundo quinque.ſ.corpus, eccleſiā, matrē propriā,& animam,& quandam modicam ſubſtantiam pro expenſis oblatam. Corpus autem habuit valde charum, ideo dimiſit ipſum cuſtodibus, valde charis, ſcilicet Ioſeph,& Nicodemo. Matrem, & eccleſiam habuit chariores, ideo cōmēdauit eas cuſtodibus charioribus, ſcilicet Ioāni,& Petro. Animā habuit chariſſimam, ideo eam recommendauit patri chariſſimo, pecuniam habuit contemptibilē,& uiliſſimam; ideo ipſam Iudæ commendauit. Secūdo poni-

Iob. 2. Zach. 3 Ioan. 6. Chriſt' quinq; habuit in hoc mundo

Chriſti nomina quędam

tur depoſitionis rõ cum dicitur: Perſecutus eſt hominem inopem, & mendicum, & compunctũ corde mortificare. Et uocatur Chriſtus inops, & mendicus, & cõpunctus; fuit. n. inops; ideſt, ſine ope adiutorij, quia ipſum pater dereliquerat multis cũ tribulationib. exponendo. Deus meus, ut quid dereliquiſti me? Iudęi vſq; ad mortem perſequendo. Pſal. Amici mei, & proximi mei aduerſum me appropinquauerũt, & ſteterunt. Apoſtoli ab eo fugiẽdo. Pſalm. Elongaſti à me amicum, & proximũ & notos meos a miſeria. Talẽ igitur inopẽ Iudas perſecutus eſt, uſq; ad proditoriam captionẽ. Et hoc fecit Iudas turbarũ auxilio, ac interueniẽte ꝑcio, & mediãte oſculo. Mira inſania, quia Iudas cũ turba cepit derelictum, cum oſculo prodidit amicũ, pro pecunia vendidit ſaluatorem ſuum. Secundò fuit mendicus. Dicitur enim mendicus, quaſi ad manum dicens, quia pauperes ſine uoce ſolent ad diuites manũ extendere: Sic & Chriſtus in cruce manus extẽdit ad patrẽ, vt ipſum recõciliaret. Pſalmus. Eleuatio manuũ mearum ſacrificium veſpertinum. Ad diabolum, ut ipſum caperet. Cornua in manib. eius. Ad humanum genus, vt ipſum ad compaſſionẽ inclinaret. Sed conqueritur dicens. Expandi manus tota die ad populum incredulum. Iſtum ſic mendicum Iudas perſecutus eſt, uſque ad furtiuam rerum ablationem. Fur erat, & loculos habens, &c. Tertiò fuit cõpunctus, ideſt dolore captus: Et hoc intus in mente. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Et extra in corpore, & hoc ſupra in capitis coronatione, & infra in pedũ perforatione, & in medio, in flagellatione, & in latere, in aperitione eiuſdẽ. Et iſtũ ſic cõpunctũ, & doloribus plenũ Iudas perſecutus eſt vſq; ad mortẽ. Tertiò ponitur eius punitio, cum dicitur. Induit maledictionẽ ſicut ueſtimentum, &c. Vbi maledictio Iudæ aſſimilatᷣ veſtimento, zonæ, aquæ & oleo. Veſtimentum autem induit, zona reſtringit veſtimenta, aqua intrat viſcera, oleum penetrat oſſa. Maledictio igitur Dei corpus Iudæ ſicut veſtimẽtũ induit,

Mat. 27. Abac. 1. Eſa. 65. Io. 12. Mat. 25

Iudæ maledictio cui aſſimiletur.

quando

qñ laqueo se suspendit. Tanq̃ zona ipsum p̃cinxit, qñ pęnæ æternæ ipsum addixit. Illi qui sunt in purgatorio habent pęnã, sed nõ cũ zona, qa pęna non est eis stricta. Illi qui sunt in inferno habent cum zona, qa ęternitas pœnam cõstringit, & perpetuò adhærere facit. Maledictio sicut aqua intrauit in eius viscera, qñ in terrã sunt diffusa. Apprehendit eũ dolor dirus viscerum, & quidem satis iustè, quippe qui aliorũ torserat uiscera. Iuste igitur Iudæ uiscera sunt diffusa, quia multorum torserat uiscera. s. Christi, doloribus ea replẽdo, Mariæ uiscera, doloris gladio uulnerãdo. Apostolorum, ea tristitia implẽdo, & sanctarũ matronarũ uiscera, fletibus cõtristãdo. Maledictio Dei sicut oleũ eius ossa penetrauit, qñ eius anima, quæ debet esse os, & robur corporis ad infernum descendit. Præuaricatus est Iudas, ut abiret in locum suũ, idest, In infernũ qui est locus suus, idest, sibi congruus rõne desperationis. Super tribus scelerib. Moab, & sup quartum nõ cõuertam eum. Iudas autem quatuor scelera cõmisit, s. auaritiæ, proditionis, homicidij, & desperationis. Super tribus igitur sceleribus primis Deus fuisset cõuersus Iudæ ad mĩam. Super quartum aũt. s. desperationis cõuerti noluit qa indignũ se fecit. Quartò ponit Matthiæ electio, cum dr̃: Ep̃atum eius accipiet alter. Quæ quidẽ electio cõmẽdabilis fuit pp tria quæ electores habuerunt. Primò habuerunt intentionem rectã. Intendebãt. n. illũ eligere, q esset s̃m Dei approbationem; qui haberet scientiæ illustrationẽ; & qui posset facere in populo magnam ædificationẽ. De his tribus dicitur. Dabo uobis pastores iuxta cor meum qui pascent uos scientia, & doctrina. Secundo habuerunt mentẽ deuotã, qa orationibus institerunt. Imminẽte enim electione debemus orationib. insistere, ad quod instruimur exemplo apostolico sicut hic. Exemplo p̃phetico: Vnde Moyses cũ dẽret a principatu cessare orãuit dicens. Prouideat Dñs exercituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc &c.

Marginalia: a. Mat. 3 — Act. 1. — Amos a — Iudę scelera quatuor — Matthię electio cõmendabilis pp tria. — Hier. 4. — Nu. 27.

Tertiò seruauerunt formā canonicā, q̄ fuit per communem consensum, & potius p diuinā inspirationē cum dicitur: Cecidit sors super Matthiam. Sortes mittuntur in sinum, & a Domino temperant. Huius aūt exemplo non est sortibus utēdum. Tum quia ẜm Hierony. Priuilegia paucorum, non faciunt legem cōem. Tum quia ẜm Bedā, Donec ueniret ueritas, figuram licuit obseruare. Posset tñ quis uti sortibus, qñ tria cōcurrunt. Primo qñ hoc fieret in necessitate, unde cum quædam ciuitas fuisset obsessa, & esset cōditio, qui deberent recedere, & qui remanere, Consultus Aug. rñdit. Sorte hoc est dirimendum. Vnde: Alibi dicit, ꝙ sors non est aliquid mali, sed res in humana dubietate diuinam indicans uoluntatem. Secundò quando fieret præmissa ad Deum oratione. Tertiò quando fieret cum sapienti consilio, & deliberatione. Ista tangit Beda dicens. Si quis necessitate compulsus exemplo apostolorum sortibus putat Deum esse consulēdum, uideat apostolos hoc egisse, collecto fratrum cœtu, & ad Deum fusis precibus.

Pro.16.

Sortib. qñ utendum.

Sermo xc. De eadem die sermo iij. De indigni prælati depositione, & digni subrogatione.

OPortet impleri scripturam, quā prædixit Spiritus sāctus p os Dauid de Iuda &c. In hac electione apostolica fit mentio de duob. Primò de indigni prælati, s. Iudæ depositione, cum dr̄: Oportet impleri scripturam &c. Secundò de digni subrogatione cum dr̄: Oportet ex his uiris &c. Circa primum notandū ꝙ prælatus quatuor de causis deponi debet, ꝓpter quas Iudas deponi debuit. Primo ꝓpter homicidij immanitatem, & maximè qñ homicidium notorium est: Iudas autem homicidium commisit, qñ Dei filium interfici procurauit. Et illud homicidium fuit notoriū. Vnde dr̄: Et notum factum est omnibus habitantibus in Hierusalē. Est aūt triplex notorium, scilicet præsūpti,

Prælatus quatuor de causis deponitur.

Notādū triplex.

pti,facti,& iuris.Homicidiũ ergo eius fuit notorium. Primo ꝑ pręsumptionem violẽtam, q̄ñ cum inimicis capitalibus Christi secretũ consilium inijt. Tunc abijt vnus de duodecim q dicebaſ Iudas Scarioth ad principes sacerdotum &c Secundo per facti euidentiã q̄ñ. s. venit cum turba cum gladijs,& fustibus comprehendere Iesum. Tũc enim nulla potuit tergiuersatione celare,quin Christi mortẽ tractauerit. Tertio per confessionem propriã, quod est notorium iuris, q̄ñ homicidium suum manifestauit dicens, Peccaui tradens sanguinem iustum. Et ista confessio facta est in iudicio,i. coram principibus sacerdotum qui erant iudices,quãuis mali essent. Secũdo deponi debuit propter hęreticam prauitatem. Ipse enim Christi fidẽ recepit; sed ab ipsa postmodum præuaricatus est, vñ dicitur, De qua Præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum, i. in infernũ,qui est locus suus.i.sibi congruus. Infernus.n. est locus fœtoris. De cadaueribus eorum ascendit fœtor, & iõ sibi competit ratione inuidiæ. Putredo ossiũ inuidia,vñ super illud, Quare hoc unguentum nõ uenijt trecentis denarijs,& datũ est egenis, dicit glossa, Bono odore moritur serpens. Est locus ardoris, & iõ competit sibi rõne ardentis auaritiæ, Fur erat & loculos h̄ñs,& ea q̄ mittebantur portabat. Est locus horroris. Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. iõ sibi competit rõne proditionis factę, ex qua tantus horror totum mundum concussit, ꝙ obscuratus fuit Sol,terra tremuit,lapides scissi sunt,& monumẽta scissa sunt & aperta. Tertio deponi debuit ꝑꝑ simoniacam prauitatem. Vendidit enim Christum pro re temporali,id est pro triginta denarijs, Notandum autẽ ꝙ sunt quædã annexa spiritualibus, sicut iuspatronatus, & sunt quædam pura spiritualia vt sunt ecclesiæ sacramẽta, quædã diuina sicut spiritussancti dona, sicut remissio peccatorũ, miraculorum operatio,& huiusmodi. Vẽdere autem spirituali annexum,magna est simonia. Vẽdere aũt spirituale purũ, est simonia maior. Vẽ-

Mat. 26
Mat. 27
Inferni qualitas.
Esa. 34.
Pro. 14.
Io. 12.
Io. 12.
Iob 10.

dere aliqd diuinū est simonia maxima. In Xpo āt fuit quoddā spirituali annexū. s. eius caro, q̄ mediante aīa fuit diuinitati annexa & coniuncta fuit in eo quoddā diuinū. s. eius diuinitas B. Iudas ergo uendendo Christū, pessimā simoniā commisit; quia vendidit quoddā spūali annexū, qddā spūale purū, & quoddā ex toto diuinū. Quarto deponi debuit pp dilapidationē. Quatuor aūt modis prælatus dilapidator pōt dici. Aut qñ bona ecclesiæ indebitè consumit, aut qñ ea per negligentiā perire sinit, aut qñ spiritualia negligit, aut qñ malo exemplo gregem corrūpit. Istis quatuor modis Iudas dilapidator fuit. Primo quia bona Christi indebitè consumebat. Fur erat & loculos habens, & ea quę mittebantur portabat. Secundo in procurādo negligēs erat, vt cū Christus dixit ei, Quod facis fac citius: qdā crediderūt, quod dixisset ei eme nobis q̄ opus sunt ad diē festum, aut quod egenis aliquid daret. Ex quo hr̄ quod Iudas nihil parauerat, nec pro die festo, nec pro pauperibus, Tertio spiritualia negligebat, qa de pauperibus non curabat. Hoc aūt dixit nō qa de egenis ptinebat ad eum &c. Quarto apostolos q̄tum in se erat malo exēplo corrumpebat, vñ postquam ab apostolis exiuit, dixit Christus, Nunc clarificatus est filius hoīs. Erat. n. Iudas cū apostolis sicut diabolus cū Angelis, lupus cū agnis, & accipiter cū colūbis, & iō collegiū apostolorum non fuit clarum, sed ipso recedēte clarificatus est Xps in eo. Secundo fit mētio de p̄lati digni id est, Matthiæ subrogatione, cum dr̄. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscū sunt congregati &c Circa cuius electionē quatuor tanguntur. Primū est cōmēdatio eligendi. Cōmēdatur aūt à tribus. s. a magnanimitate constantiæ in hoc q vocatur vir, idest virilis. Nō enim fugit vt mercenarius, sed cōstāter stetit vt pastor bonus. Greg. Mercenarius fugit nō mutando locū, sed subtrahēdo solatium, fugit quia iniustitiā vidit & tacuit, fugit quia sub silētio abscondit. Secundo cōmmēdatur à perfectione sciæ, fuit enim in schola Christi, quātum ad

Prælat⁹ dilapidator dr̄ quatuor modis.

Ioan. 2.

Ioā. 13.

Matthię electio cōmendabilis.

ad inchoationem, vñ dr̃: Omni tpe, quo intrauit &c. quantum ad consumationem cum dr̃: & exiuit dñs Iesus inter nos &c. quantum ad prosecutionem, vñ dr̃: Incipiens a baptismate Ioannis. quãtũ ad terminationem. vnde sequit: Vsq; ad diẽ quo assumptus est a nobis. Tertio cõmẽdat a sanctitate vitę, quę apparet ex noĩs interpretatione, qa interpretat paruus. Ex apostolorũ electione, qa de tãto numero ipsũ, & Ioseph statuerunt ex diuina approbatione, quia Deus ipsũ alteri p̃elegit. Scd̃ò tangitur electionis cõmẽdatio, cũ dr̃. Et statuerunt duos. Quæ quidẽ cõmendabilis est ex rõne numeri, zeli, & meriti. Ipsa. n. fuit magna quãtum ad numerũ, quia de centum, & viginti electorib. nullus discordauit. Fuit sana quantum ad zelum, quia statuerũt Matthiam extraneum, nullis apostolorũ propinquũ, vt ostendat, ꝙ illa electio non amore carnali fiebat, sed ex zelo Dei. Fuit digna quãtũ ad meritũ, qa ipsi electores & ipse electus magni meriti extiterũt. Tertio tãgit electi cõfirmatio, cũ dr̃ decidit sors super Matthiã. Quidã namq; de apostolis pri⁹ fuerũt electi, & postmodũ in penthecostę cõfirmati: Ps. Ego confirmaui columnas eius, p ꝙ datur intelligi, ꝙ electus nõ est statim confirmandus, sed prius in fama, & persona examinandus. Quidã fuerũt electi, sed nũq̃ confirmati, sicut Iudas, p ꝙ datur intelligi, ꝙ aliquis quantumcunq; sit electus, non est confirmandus, ꝙ. s. non est dignus, vel non est rite electus. Aliqui fuerut simul electi, & confirmati sicut Matthias, q ab apostolis erat electus, & mox a Spiritusancto cõfirmatus, & sicut Paulus q dicit: Paulus nõ ab hominib. s. electus, non per homines, scilicet cõfirmatus, sed per Iesum Christum: per ꝙ datur intelligi, ꝙ aliquis mox, vt est electus, est cõfirmandus, quãdo scilicet constat de electionis forma, & personæ sufficientia. Quartò tangit ipsius cõfirmati iurisdictio cũ dicit, Et annumeratus est cũ vndecim apostolis. Tribus nãq; modis iurisdictionẽ ordinariã est assecut⁹. Primo p ipsã electionẽ Gal. 1.

cõfirmatam. Secũdò per legem animatã. Princeps.n. est lex aĩata. Ex quo ad iurisdictionẽ ordinariã cõfe rẽdã, ęquipollet lex animata, & inanimata. Ista lex animata est Spiritussanctus, quẽ ipse cum ceteris apostolis accepit. Et iõ iurisdictionẽ ordinariã ab eo sortitus est. Tertiò p consuetudinẽ scriptã, & approbatã. Obtentũ est enim per diuinam consuetudinẽ, ꝙ quicunq;, mittit a Deo iurisdictionem ordinariã sortiatur. Sicut patet in Hier. ꝓpheta, ꝗ cũ a Deo mitteret, dictũ est ei: Ecce cõstitui te hodie sup gẽtes, & regno.

Sermo xci. De beatissimo Gregorio sermo primus. A profunda humilitate, A solicitudinis uigilantia. A diuina misericordia fiducia. Atque à doctrina commendatur.

EGo nouissim⁹ euigilaui, & quasi ꝗ colligit acinos post vindemiatores, in bũdictione Dei, & ipse
Eccl.3. speraui, & quasi ꝗ vindemiat repleui torcular. Magna humilitas B.Gregorij, ꝗ cum fuerit doctor excellentissimus tamen vocat se nouissimũ, & cum de sacra pagina magnas vuas.i. libros collegerit se tñ collegisse acinos asserit. In verbis igitur à quatuor cõmendat. Primo a ꝓfunda humilitate cordis in eo, ꝙ vocat se nouissimũ, & colligẽtẽ racemos, ꝗ tñ, vt dictũ ẽ, fuit
Ei⁹ humilitas laudat propter quatuor. eximius doctor, & collegit sẽsus ꝓfundos. Huius aũt doctoris humilitas in sua doctrina maximè apparet quãtũ ad quatuor. Primo, qa scripta sua in cõparatione aliorũ, vilia reputabat, vñ dicit in epistola ad Innocẽtiũ Africæ Præfectũ. Si delicioso cupitis pabulo saginari, B.Aug. opuscula legite, & ad cõparationẽ illi⁹ similaginis, nrm furfurẽ nõ qratis. Scdò qa scripta sua quãdiu viueret, publicari nolebat, vñ ait ibidem. Neq;.n. volo dũ ĩ hac carne sũ, si qua me dixisse cõtigit, ea facere hoĩb⁹ innotescere. Tertiò qa aliquẽ pul uerẽ humanæ laudis furtim i se cognoscebat. Vñ ait ĩ fine moraliũ. Dũ radicẽ purę ĩtẽtionis cõspicio, Deo

quidem

quidem ex ea me summopere voluisse placere cognosco. Sed eidē intentioni furtim, sed nescio qūo, se humanæ laudis appetitus interserit, qđ cum iā postmodum tardiusq; discerno, inuenio me aĺr agere, quod scio me aĺr īchoasse. Quartò, qa se, aut mala incaute, aut bona non bñ dixisse metuabat, vñ ait, & qdē mala me aliqñ dixisse, & si non inuenio, tñ quia oīno nō dixerim non defendo. Bona vero si qua diuinitus accipiens dixi, meo vtiq; iudicio minus me bñ dixisse confiteor. Scđò commendatur à vigilantia solicitudinis, cum dr: Vigilaui, vnde & Greg. interpretatur vigilans. Vigilauit aũt tripliciter. Primò quantum ad se per uitæ pfectionem. Cuius qdem perfectionis tria erant signa. s. quia terram despiciebat, cœlestia appetebat, & mortem desiderabat. Ista tria ponit in prologo sup dialogũ dicens: Infęlix animus meus meminit qualis fuit, qũo ei labentia cuncta subter erant in monasterio, ꝙ nulla nisi cœlestia cogitare consueuerat, ꝙ mortem quoq; quæ pænè cunctis pœna est, s. vt ingressum uitæ & laboris sui præmium amabat. Scđò vigilauit q̃tum ad Deum per contemplationem, cōtemplabatur qdem Dei maiestatem in oratione. Cor suũ tradidit ad uigilandum diluculo ad eũ qui fecit eum &c. Contemplabatur Dei ueritatē in locutione. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac euangelistæ &c. Ipseq; contemplabatur bonitatem Dei in meditatione. Beatus q audit me, & vigilat ad fores meas quotidie, qa inueniet me, qui aũt inuenit me, inueniet vitā &c. In his. n. trib. maxime emicuit B. Greg. s. in orando, in legendo & in meditando. Tertio uigilauit q̃tum ad ꝓximum per solicitam prouisionem. Necessariò. n. vigilare voluit sciens se datũ in speculatorem in medio hostiũ. Speculatorem dedi te domui Israel. In pastorē in medio luporum, iō uoluit vigilare cũ Iacob qui dicebat: Die noctuq; æstu vrebar & gelu. Fugiebatq; somnus ab oculis meis. In gubernatorē in medio fluctuũ. Vñ periculosum esset, si gu-

Eccl. 39

1. Tim. 4

Prou. 6.

Ezech. 3

Gen. 31.

Prou.43 bernator dormiret. Eris sicut dormiens in medio maris,& quasi sopitus gubernator amisso clauo. Tertiò commendatur à spe, & fiducia diuinæ miserationis, cũ dr̃.in benedictione Dei, & ipse speraui, valde.n. de Dei. miseratione sperare potuit, qui tanti meriti extitit, q potuit in Deũ,qñ.s. per orationes ipsum ad mĩam inclinauit, qui Traiano a pœna æterna pepercit. Si contra Deũ fortis fuisti &c. Potuit in angelum, qa ipsum placauit. Cũ.n. Greg. pro peste oraret, vidit angelũ gladiũ cruentatũ tergente, & reponentẽ: potuit in Diabolũ, qa ipsum fugauit. Nam facem de manu Petri accipiẽs, os eius,& faciẽ exussit, & ad modũ æthiopis denigrauit. Potuit in cęlum, qa in eius obsequiũ columnã ignis destinauit. Potuit in infernũ, qñ vt dictum est, aĩam Traiani ab inde suis precibus eduxit. Potuit in purgatoriũ, qñ quendam monachũ in excõicatione defunctũ, lecta sup eius foueam absolutionis cędula de purgatorio extraxit, put ipse postmodum apparens asseruit. Quartò commendat̃ a copia doctrinarũ,& instructionis, cum dr̃, & quasi qui vindemiat repleui torcular. Per torcular sigñatur sacra scriptura, qa sicut in torculari sunt diuersæ vuæ, sic in sacra scriptura diuersæ sunt sñiæ. Vel sigñatur ecclesia, qa sicut in torculari vuæ dẽnt exprimi, sic sacra scriptura in fide ecclesiæ dẽt exponi. Vel significatur q̃libet fidelis aĩa, qa Deus sibi sicut in torculari exprimi uinum gr̃æ,& sapiẽtiæ. Beatus n. Greg. torcular sacræ scripturæ impleuit diuersis expositionibus. Sicut.n. in torculari sunt vuæ magnæ, mediocres, & racemi, sic in sacra scriptura fiunt expositiones magnæ, anagogicæ, siue cęlestes. Fiunt mediocres, i. allegoricæ, siue spirituales. Fiunt paruę, i. tropologicæ, siue morales. Fiunt racemi. i. historicæ, siue literales. Ipse.n. omnibus istis vijs, & modis sacram scripturã exposuit. Secundò impleuit torcular ecclesiæ officiorum. Stare fecit circa altare cantores. Ipse enim ordinauit missale,& graduale; ideo dicitur: Stare fecit

Marginal notes: Eius potentia. — Gen.32. — Torcular plura significat.

iuxta

Iuxta altare cantores Ordinauit hymnos, ideo sequit. In sono eorum dulces fecit modos. Ordinauit missas, ideo sequitur. Dedit in celebrationibus decus. Ordinauit officium in septem horis decãtandũ perpetuo, iõ subditur, Ordinauit templũ in consumatione vitæ. Ordinauit antiphonarium in matutinis substantialiter decantãdum, ideo subditur, Et ampliauit mane sanctitatem Dei. Tertio impleuit torcular animæ varijs instructionibus. Nam docet prælatos in pastorali Docet etiam subditos. Sed subditorum quidam sunt incipientes, hos docet per exempla in dialogo. Quidam proficientes, hos docet in homelijs. Quidam perfecti hos docet per occulta mysteria in expositione super Ezechielem. Hos autem omnes docet in moralibus. Ibi enim instruuntur prę lati, qualiter subditos regant. incipientes qualiter viuant: proficientes qualiter de virtute in virtutem proficiant; & perfecti qualiter consummationem apprehendant.

Sermo xcij. De eodem sermo. Quomodo uigilando in quinque sapientiæ libris studuit.

QVi mane vigilat ad illam, s. sapientiam nõ laborabit. B. Gregorius, qui vigilãs interpretatur, Ad sapientiam de mane vigilauit, quia in sua adolescẽtia quærere cœpit eam, & tantum desiderium in eo addiscendi erat, quod labores non sentiebat. Videbantur ei dies pauci præ amoris magnitudine. Ideo sapientiam adinuenit, quia in libris sapientię vigilãdo studuit, q sunt quinque libri, s. liber conscientiæ, liber uitę, liber scientiæ, liber gratiæ, & liber naturæ. Tres enim primi significantur Genesi per tria ligna, quæ erant in paradiso. Liber enim conscientiæ significatur per lignũ, quod erat pulcrum visu, & ad uescendum suaue, quia conscientiam bonam Deus intuetur libenter, & in ea delectatur. Liber scientię, significatur per lignum sciẽtiæ boni, & mali, quia per scientiam bonum & malum

Sap. 6.

Gen. 29

Sapię libri quinque.

cogno-

ſcientiæ, q̄a ſicut dicit Gregorius Nazianzenus. Reuera mihi eſſe uidetur ars artiū, & diſciplina diſciplinarum hominē regere, uel imbuere, q eſt inter oēs animātes maximè moribus uarius, & uoluntate diuerſus. Ab iſto libro ſciæ Gregorius extraxit, & exēplauit librū paſtoralē in quo plene docet oēs paſtores. Vnde ait ibidē. Penſandum eſt ad culmen regiminis, quiſq; qualiter perueniat, atq; ad hoc ritè pueniens, qualiter uiuat; & bene uiuendo qualiter doceat, & bene docēs, infirmitatem ſuā quanta cōſideratione cognoſcat. De primo ſic ait, cū regiminis culmen impetrat̃, ſi donis p̄uentus eſt qui alijs proſit, debet ex corde fugere. De ſecundo ſic dicit: Conſiderandū eſt quia cum cām populi prçſul ſuſcepit, quaſi ad ęgrum medicus accedit. Quia ergo prçſumptione percuſſum mederi properat, in facie uulnus portat. De tertio ſic dicit: Ab imperitis paſtorale magiſterium qua temeritate. ſuſpicitur, q̄n ars artium eſt regimen animarū? De quarto ſic dicit: Dum rector foris immēſo fauore circundat̃, intus ueritate uacuat̃. Et q̄a in hoc libro ſcientię ſic uigilando ſtuduit, & libri paſtoralē inde extraxit, iō aſſimilatur fabro uigilāti. Vox inquit mallei intonat aurem eius, & uigilia ſua ornauit eū pfectione. Malleus ferrū domat, & incudem firmat, & ſuauem ſonū generat. Sic p̄lati debent domare duros, & inquietos. Cōſolari puſillanimes, & infirmos, & patienter ſe hr̄e ad oēs. Iſtā regulā apoſtolus tāgit. Rogamus uos fratres corripere inquietos. Tertius eſt liber uitæ, ſ. Chriſtus. in 1. Teſ. 5.
quo B. Greg. uigilādo ſtuduit, & inde ſpirituales delicias, & delectationes exhauſit, Ab iſto libro extraxit, & exēplauit expoſitiones quas fecit ſuper Ezechielē. Neq;.n. tam profunda, & occulta myſteria cognoſcere potuiſſet, niſi ea à libro uitæ habuiſſet, & Spiritusſanctus ei reuelaſſet. Vnde Petrus diaconus uidit Spm̄sāctū in colūbæ forma ſup caput eius manentē, & uerba q̄ dicebat inferentem. Spiritus omnia ſcrutatur, etiam 1. Co. 2.
profunda Dei. Et q̄a in hoc libro ſic uigilādo ſtuduit,

& occulta

& occulta mysteria inde extraxit: ideo assimilatᷣ doctori vigilanti. Vnde dr̃. Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis Parabolarum cõuersabitᷣ. & sequitur. Cor suũ tradet ad vigilandũ diluculo, ad eum qui fecit illum, & in cõspectu altissimi deprecabitur. Vbi ostenditur ꝙ ad ista occulta ascendit ꝑ cõtinuam, & assiduam meditationẽ. Vnde dicit: Cor suũ tradet ad cogitandum, per cordis emundationem, vñ dicitur diluculo. Ille.n.diluculo fecit. qui à corde suo omne tenebrosum expellit. Et per deuotã orationem vnde dr̃. Et in conspectu altissimi deprecabitur. Quartus est liber gratiæ. Et in isto studuit per oĩum gratiarum, & uirtutum possessionem. Fuit enim & intus virtutibus ornatus, & foris honestis morib. decoratus. Ab ista extraxit & exemplauit ordinationem officij ecclesiastici. Et quantum ad hoc assimilatᷣ pictori vigilanti. Vnde dr̃. Cor suum tradidit in similitudinẽ pictoris, & uigilia sua perficiet opus. Ecclesia quodãmodo picta est in officio ecclesiastico multiplici colore. Primũ colorem apposuit Christus qñ dixit. Hoc est corpus meum. Secundum apposuerunt apostoli qñ orationem dominicam in missa dicendam ordinauerũt, & morem symbolum apposuerunt. Tertium apposuit Ignatius, qui psalmos per antiphonas dicẽdos instituit. Quartum apposuit Hilarius, qui Gloria in excelsis Deo cõposuit. Quintum apposuit Nicea synodus q̃ symbolum maiorẽ edidit. Sextũ apposuit Athanasius ꝗ fidẽ in psalmo, Quicunq; vult, &c. sufficiẽtissimè explanauit, Septimum apposuit Hier. ꝗ psalteriũ per ferias distinxit, & Gloria patri in fine psalmorũ ordinauit. Octauum Amb. ꝗ cãtus, hymnos, & orationes fecit. Grego. uero opus fecit, & ꝑfecit, qa graduale cõposuit, missã ordinauit, & totũ offim̃ tã diurnũ q̃ nocturũ fecit. Quintus est liber naturæ, & ĩ isto studuit ꝑ creaturarũ cõsideratiõnẽ, qa ĩ ipsis uidit Dei potẽtiã, sapĩam, & bonitatẽ; & ab isto traxit libros qb.

Ecc.39

rudiores

rudiores instruxit.s.homelias & dialogũ. Tales aliqñ instruuntur uerbis, & quantũ ad hoc fecit homelias. Et aliqñ exẽplis, & quantũ ad hoc fecit dialogũ. Creaturæ.n.nos aliqñ instruũt verbis ps.cœli enarrãt gloriam Dei. Aliqñ exemplis ps.Præceptum posuit, & nõ pteribit. Et quantum ad hoc assimilatur figulo vigilãti, uñ dr.Cor suũ dedit, ut consummet linitionẽ, & uigilia sua mũdauit fornacem. Ipse.n.per uerba; & exẽpla illos, qui erant in vasa contumeliæ, formauit in vasa gloriæ. Iuxta illud. Quasi vas auri solidum ornatum omni lapide precioso. Fecit.n.ut essent uas, per gratiæ redundationem, ut essent aurei per charitatẽ succensam, ut essent solidi per patientiam, ut essent gemma, per uirtutum refulgentiam. Eccl.50

Sermo xciij. De eodem sermo tertius.

NEptalim Ceruus emissus, dãs eloquia pulchritudinis. Tria namq; sunt necessaria cuilibet pfecto plato. Primò, ut De⁹ habitet in ipso p grãm. Scdò ut sit solicitus per operationẽ bonã. Tertiò ut sit fructuosus per doctrinam. Ista tria habuit B. Greg. quæ notanť in uerbis præmissis. Primò namq; Deus in ipso habitauit per gratiã, qđ notatur cum dr: Neptalim ꝙ interpretať habitatio. Nã & pater in ipso habitauit p gratiã, dãdo sibi in miraculis magnam potẽtiã. Miracula.n.operari spectat ad potẽtiam. Dedit ptãtẽ sup oĩa dæmonia, & ut languores curaret. Filius in eo habitauit dãdo sibi pñtiã suã.s.qñ Greg.ipsum in forma peregrini recepit. Et dãdo sibi suã carnẽ uerã, qñ hostiã uisibiliter in uerã carnẽ cõuertit. Spũssctũs in eo habitauit, ꝙ oñdit per spẽm columbæ, quæ sup caput eius uisa fuit, & p colũnã igneam, q̃ sup ipsum de cœlo descẽdit, p ꝙ dať intelligi, ꝙ hẽbat simplicitatem colũbinã, & charitatẽ ignitam, iõ poterat dicere: Pater, & filius, & spiritussanctus, Ad eũ venimus, & mãsionem apud eum faciemus. Secundò fuit velox per operationẽ solicitã, cũ dr: Ceruus emissus. Ceruus autem Gen.49 Luc.9 Ioan.14

tem habet uelocitatẽ, renouationẽ, & discretionem. Sic S. Gregorius fuit velox ab sequendum illum, de de quo dr̃: Exultauit, vt gigas ad currẽdam viam, &c. Iõ fuit velox, quia deposuit velocissimè omne pondus, spondus diuitiarum; quia omnes reliquit, & de ipsis septem monasteria ædificauit. Pondus deliciarũ deposuit, quia corpus cõtinuè macerauit: ita, ut infirmato stomacho, uix subsistere valeret. Dum ẽt esset in monasterio à matre sua crudis leguminibus pascebatur. Pondus honorum, quia cum esset electus in summum pontificem fugit & se abscondit, sed indicio co-

Quare latere non potuit. lumbæ cœlestis manifestatus fuit. Non.n.poterat latere pp vitam eminentem: non potest ciuitas abscondi super montem posita: pp conuersationem fulgẽtem. Ibidem. Neq; accendunt lucernam &c. Propter famã

Matt.6. redolentem. Sicut cynnamomũ, & balsamũ aromati-

Eccl.24 zãs odorẽ dedi. Res igitur alta, lucida, & vaporosa abscõdi non põt. Scđo ceruus hẽt renouationẽ, qñ.n.senescit cum serpẽte, pugnat, & hausto ueneno ardẽtissimè sitit, & in fontem se proijciens in oculis, pilis, & cornibus, ac pelle renouatur. Sic S. Gregorius, & cæteri sancti cum dæmone pugnantes, & eius tentationes uincentes; ad fontẽ gratiæ refrigerãtis currunt, & sic renouantur in intellectu, quia lympidius Deum con-

Ad Eph. 4. spiciunt. Renouamini spiritu mẽtis uestrę. Renouant in affectu, quia feruẽtius Deum diligunt. psal. Emitte spm̃ tuũ, & creabuntur. Renouãtur in operatione, qa

Ephe.4. opera uirtuosa faciunt. Induite nouum hominem, q ꝭm Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Tunc.n.opera nostra uirtuosa sunt qñ sunt cum iustitia, quantum ad proximum, & sanctitate, quantũ ad nos: renouantur quantum ad cõuersationẽ extrinsecam, quia honestiorem conuersationem induunt.

Colos.3 Induẽtes nouum hoĩem, qui renouatur in agnitionẽ Dei. Tertio ceruus hẽt discretionẽ, & eius discretio ĩ trib. attẽdit. s. in uulneris sanatione, ĩ parturitione, & in cordis cõfortatione. Ceruus, n. sagitta percussus pu

legium

legium comedit,& sagittam sic proijcit.Ceruа dragā-
tium comedit , & sic leuius parit . Ceruus ēt comedit
quasdā herbas medicinales habētes respectu ad cor,
& sic cor quod erat tremulum confortationē accipit.
Habemus enim tria genera herbarū,quas ipse ceruus
comedit.Quarum vna valet ad sanandum, alia ad pa-
riēdum,& tertia ad confortandum,Ista tria genera B.
Greg.habuit,& alios etiam habere docuit.Herba nam Sap.15.
que valens ad sanandū est sermo Dei. Neq; herba;ne
que malagma sanauit eos,sed sermo tuus domine,quo
niā,sanat,& medetur omnia . Et sicut præsentia huius
herbæ est cā sanationis,ita absentia est cā mortis,Gre
gor . Quicunq; alimenta non retinet, huius profecto
uita desperat.Æternæ ergo mortis periculum nō for
midatur.s.si cibum sanctæ exhortationis accipitis , si
verba uitæ, idest alimenta iustitiæ,in memoria tene-
tis. Secunda herba est memoria mortis . Omnis caro Esa.40.
fęnū,& oīs gloria eius quasi flos agri &c. Et ista ualet
ad pariendū,idest ad proposita cōplenda p bona ope
ra.Gregor. Valde.n.se solicitat in bono opere , qui sp
cogitat de extremo fine . Tertio herba est meditatio
dominicæ passionis,quæ fuit herba multū amara. Fa-
sciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Et ista ualet ad Can. 1.
confortandum & roborandum .Gre. Si passio Christi
ad memoriam reducitur,nihil est,quod non ęquo ani
mo toleretur. Tertio B.Gregorius fuit fructuosus pro
ximo per doctrinam. Vnde dr̄, Dans eloquia pulcher Gre. dedit eloqa Pulchritudinis tripl'r.
rima & pulchritudinis.Ista autem eloquia pulchritu-
dinis tribus modis dedit.Primo namque fuit prædica
tor gratiosus,& ideo dedit eloquia pulchrę facundię.
Dicit autem Aug.in lib.de doctrina Christiana,quod
eloquens in uerbis suis agere debet, ut ueritas pateat,
veritas placeat , veritas moueat;& ut pateat debet lo-
qui clare , & aperte , ut placeat, debet loqui compo-
site & ornate , ut moueat debet loqui feruenter & de-
uote.Talis enim fuit eloquentia beati Gregorij.s.cla-
ra deuota,& ordinata.Clara nihil habēs obscuritatis.

Pro.14. Doctrina prudentium faciiis. Ordinatá nihil hñs ru-
Ibid.25 sticitatis.Lingua sapientiũ ornat sciam. Deuota, nihil
&.6. habens insipiditatis.Fauus mellis uerba composita.Se
cũdo fuit sacræ scripturæ compositor luculẽtissimus.
Et quantum ad hoc dedit eloquia pulchræ sententiæ.
Eius do Eius enim sñia, & doctrina habuit pulchram uenusta-
ctrina. tem, solidã ueritatem, & dulcem suauitatem. Pulchra
autem uenustas in eloquio causata erat in tribus, scili
cet a cęlesti sapientia qua sanctus Greg. erat repletus.
Iob.38. Quæ quidem sapientia cœlestis pulchra administrat
eloquia. Vnde repellitur Eliu. Quis est iste inuoluens
sententias sermonibus imperitis? ac si dicat, Senten-
tias cœlestes proferre vult per imperitos sermones.
Causata fuit a nobilitate senatoria. Vnde dicit Hiero.
de Isaia; Isaias in sermone discretus est, quippe, ut, sci
licet uir nobilis & urbanæ eloquentiæ, nec habens ali
Pro.20. quid rusticitatis admixtum. Causata erat a rhetorica &
philosophia, quia etiã in sua adolescẽtia magnus phi-
losophus & rhetor luculẽtissimus hẽbatur. De his tri-
bus dicitur, Aurum & multitudo gẽmarum, & uas pre
ciosum labia scientiæ. Labia enim scientiæ B.Grego.
fuerunt ornata auro, idest cœlesti sapientia & gem-
ma, idest rhetorica, & philosophia. Et ista procedebat
a vase precioso, quod productũ erat nobilitate senato
ria. Secundo eius doctrina habuit solidã firmitatem &
veritatem. Cum.n. quidam æmuli post mortem suam
libros comburrere uellent, Petrus diaconus resistit as-
serens se spiritum sanctum in specie columbæ sup eũ
sæpe vidisse, & desup iuramento facto in morte sua iu
Io.15. ramẽtum firmauit. Ex quo patet quod doctrina ipsius
approbata fuit per tria scilicet per spiritũ sanctũ ver-
ba inserentẽ: Paraclitus aũt spiritus sanctus quẽ mit-
Heb.6. tet Pater, in noĩe meo ille uos docebit oĩa & suggeret
vobis oĩa. Per iurationem interuenientem. Omnis cõ-
trouersiæ finis ad confirmationem est iuramentum, ꝙ
Ibid. per mortem subsequentem, Testamentum.n. in morte
confirmatum est. Tertio eius doctrina habet dulcem
suaui-

ſuauitatem. Eſt enim in corde, tanquam pigmentũ ad medicandum: In ore, tanquam mel ad proferẽdũ: In aure tanquam melodia ad audiendum. Et in opere, tã quam odor ad imitandum. Memoria Ioſię, ideſt beati Gregorij, qui ſeipſum in ſacrificium Deo exhibuit. Quia Ioſias ſacrificium interpretat͛. In compoſitione odoris facta. Ecce quam odorifera ad imitationem, Opus pigmentarij. Ecce quam delectabilis eſt utique ad meditationem. In ore, quaſi mel dulcorabit͛. Ecce quam dulcis ad prolationem, & ut muſica in conuiuio uini. Ecce quam ſuauis ad auditionem. Tertiò erat laudator Dei deuotus. Et quantum ad hoc habuit eloqa pulchræ laudationis diuinæ. Cum enim miſſa prius confusè diceret͛, ipſe eam pulchræ ordinauit, ſtatuẽs, ut in lingua triplici decantaretur, ſcilicet græca, ut ſunt Kyrieeleiſon, hębrea, ut ſunt amen, & halleluia, & latina, ut ſunt cætera alia. Sicut.n. iſtæ tres linguæ in ligno, & titulo crucis poſitæ, confeſſæ ſunt Chriſtũ morientem, ſic uoluit, ut Chriſtum laudarent in cœlo regnantem. Ordinauit etiam, ut in ipſa miſſa fierent tres partes de corpore Chriſti, ad innuẽdũ, qđ corpus myſticum, ideſt Chriſti fideles ſunt diuiſi in tres partes. Nam illa pars q̃ ponit͛ in calice, abſconditur, & in uino ponitur, ſignat illam partem quæ eſt in cœlo, q̃ ab omnibus malis abſconditur, & ab vbertate domus Dei inebriatur. Aliæ duæ partes ſignificant duas partes fidelium, quæ adhuc tribulationibus exponuntur, vna quæ eſt in mundo qui ſubijcitur multiplici paſſioni; alia quæ eſt in purgatorio, quæ ſubijcitur magnæ cruciationi. Ordinauit etiam, quod miſſa uocetur ex eo quod ipſa ſacra hoſtia à Deo Patre nobis dupliciter eſt miſſa; ſcilicet per incarnationem in mundo, & ſanctificationem in ſacramento, & nos eã ſibi dupliciter mittimus, ſcilicet per paſsionem, qua Deo reconciliamur, & per quotidianam oblationem, quæ pro nobis intercedit, ut miſericordiam conſequamur.

Ecc. 46.

Miſsã ordinauit.

Sermo xciiij. De eodem Sermo quartus. De eius vigilantia:

Mat. 24 VIgilate,quia nescitis, qua hora Dñs vester uenturus sit. Istud euangelium legit̃ in honore B. Gregorij q̃ uigilãs interpretat̃. Ipse.n.uigilauit sibi,ecclesiæ,& Deo. Sibi q̃dẽ p uirtutum acquisitionẽ. Multas

Grego. uirtutes. nanque uirtutes acquisiuit sibi. Prima est fortitudo cũ infirmitate. Licet.n.corpore langueret,semp tñ aut legebat,aut scribebat,aut orabat. Cũ infirmor,tũc potẽs

2. Cor. 12. sum. Sancti.n. uiri qñ cunq; sunt infirmi in corpore, sunt fortes in mẽte. Infirmi aũt ad amãdũ terrena.fortes uerò ad amandũ cælestia. Hoc oñditur exemplo ar

Fortitudo sanctorũ. boris,cordis,& corporis. Arboris quidẽ,q̃a ſm Greg. sancti uiri significant̃ p palmã, quæ inferius est arcta & superius lata. Mali aũt significant̃ per alia arbusta quę inferius in ramis sunt lata,& superius angusta. Exẽplo cordis,q̃a cor ẽ latum superius,& inferius strictum. Exemplo corporis quod habet rectitudinẽ, q̃a hõ debet habere rectam intentionem, eleuatam faciem, q̃a debet habere cor eleuatũ p amorẽ!. Radices superius, & ramos depẽdẽtes inferius, q̃a debet esse plãtatus in cœlo p desideriũ,& inferius fructificare p operationis studiũ. Scdò habuit abundantiam cũ paupertate. Ipse.n.in multis diuitijs abundauit,sed in his omnib.pauper fuit,quia oĩa pauperibus erogauit. Est

Pro. 13. quasi diues cũ nihil habeat, & est quasi pauper cũ in multis diuitijs sit. Ipse enim sex monasteria in Sicilia fecit,& septimum in domo ꝓpria fundauit. Indigentium nomina scripta habuit,& eis necessaria ministrauit. Tribus millib⁹ ancillis Dei lxxx. libras auri annualiter offerebat. Hic cadit exẽplũ de heremita, qui omnia reliquerat,& vnum solum cattum tenebat. Tertiò habuit exemplum cum humilitate, quam humilitatẽ habuit in aĩo, in verbo, in signo,& in honore inuito. In animo quidem,quia peccatorem se reputabat. Vñ

Maur-

Mauricio imperatori, qui eum persequebatur scripsit. Quia enim peccator sum, credo q̃ oĩpotentem Deum tanto uobis amplius placatis, quanto me sibi male seruientem magis affligitis. In uerbo quia primus in suis literis seruum seruorum se appellat. In signo, quia cũ quidam heremita vellet sibi reuerentiam exhibere, ipse prius se in terram prostrauit. In honore inuito, quia electio fuit inuita ex parte sui, & iõ fugit, & se abscondit. Sed tñ fuit uoluntaria ex parte populi, quia cum omnes unanimiter elegerũt. Et fuit miraculosa ex parte Dei, quia cũ latitaret, indicio colũbæ manifestatus est. Quartò habuit iustitiã cum pietate. Nã iustus fuit in puniendo, & pius in compatiẽdo, talis debet esse q̃libet p̃latus, sicut ipse Gregorius ostendit triplici exẽplo, s. exemplo lassæ, vnde ait; Iacentem non erigit, nisi qui status sui rectitudinem per compassionem flectit. Exemplo ferri, quia si ferrum debet cõiungi adinuicem, oportet quod prius mollescat. Qui enim vult alium sibi unire per mutuã correctionẽ, prius sibi mollescat per cõpassionem, & alijs mollescat per temperãtiã. Exẽplo olei. Ignis. n. correctionis non lucet, nec ardet in uino seueritatis, nec in aqua insipidę affectionis, sed in oleo misericordiæ, & cõpassionis. Secundò vigilauit ecclesię per officij ecclesiastici ordinationẽ. Quamuis. n. dies naturalis habeat, xxiiij. Horas, de ipsis tñ Gregorius extraxit septem ordinans, vt in ipsis Deus laudetur, ex eo q̃ ipsę horę sunt à Christo multiplici priuilegio cõsecratæ. Siqdẽ in matutinis Xp̃s est natus, à Iuda traditus, & captus. In media aũt nocte secũdũ opinionẽ Hieronymi ad iudiciũ est vẽturus. Libenter igitur in matutinis Deũ laudare debemus, & ei gratulari p̃ sua natiuitate, & captione, & p̃ iudicij executione. In prima Deus cœlũ & terrã in seruitiũ, & ad seruitium hoĩs creauit. Ad tẽplũ in hac hora p̃sonaliter ire consueuit, vnde dr̃, q̃ Omnis populus ad eum mane itabat, i. mane festinabat. Resurgens à mortuis mulierib. apparuit. In hac igitur hora laudamus Deũ,

Prælat⁹ qualis eẽ dẽat.

Horarũ canonicarũ rõ.

& pro bñficio creationis, pro gloria resurrectionis, & vt in nobis habeamus exẽplũ suæ imitationis. In tertia ad colũnã Christus fuit ligatus, flagellatus, & suæ mortis sñiam accepit à Iudęis, & spiritum sanctum in apostolos misit. Et propter hoc in tertia Deum laudamus. In sexta erat Christus in cruce cõclauatus. Sol radios suos subtraxit, & se tenebris induit. Et in die ascẽsionis Christus cũ discipulis suis, tanq̃ cũ amicis suis ab eis recessurus, cõuiuiũ fecit. In nona Xp̃s spm̃ emisit, in cruce lãcea latus eius pforatum fuit, & in cęlum ascẽdit In vesperis Christus corporis sui, & sanguinis sacrm̃ instituit, & discipulorum pedes lauit, & resurgẽs in habito peregrini apparuit. In cõpletorio Christus sanguineas guttas sudauit, de cruce depositus in monumẽto clausus fuit, resurgẽs clausis ianuis ad di-
Prou.8. scipulos intrauit. Tertiò uigilauit q̃tum ad Deum per cõtemplationem. Et quia vigilauit, ideo Deum inueniri meruit, iuxta illud. Qui mane vigilauerint ad me, inueniẽt me. Meruit quidem inuenire Christum, Spiritum sanctum, beatã Virginem, & angelos. Christum quidẽ inuenit in peregrini specie, & in visibili carne. Spiritum sanctum inuenit in columna ignis, & in specie columbæ super caput eius manentis. B. Virginem inuenit sibi reuerendam in Angelorum iubilatione, qñ auditę sunt uoces angelorũ sibi dicentium Regina cœli, &c. Et sibi propitiam in pestis propulsatione, qñ ad imaginem virginis turbulentia aeris fugit, & serenitas mira remãsit. Angelos multos inuenit; habuit q dem Angelum orationes suas Deo offerrentem, vp̃ dixit ei Angelus quem in forma pauperis susceperat. Et Angelus Dñi sum, & dominus me misit ad te, ut protegam te, & orationes tuas Deo offeram. Habuit Angelum eum cõtra omnia aduersa defendentem. Vñ cum Mauritius imperator ipsum persequeretur, angelus in monastico habitu contra ipsum spatam euaginatã uibrauit, & sic à persecutione cessauit. Hábuit Angelum sibi in omnibus obsequẽtem. Nam eum in die paschę

apud

apud sanctam Mariã Maiorẽ missã celebraret, & pax Domini pronũciaret, angelus domini alta voce sibi respondit: Et cũ spiritu tuo. Vnde in illa die Papa in dicta ecclesia celebrat, & cum pax domini dicit, sibi minime respondetur in illius miraculi testimoniũ.

Sermo xcv. De sancto Benedicto abbate. Sermo primus. Quomodo à Deo dilectus, ab hominibus amatus, & omni memoria dignus extitit.

DIlectus Deo, & hominib⁹, cuius memoria in bñ dictione est. Magnũ pconiũ a Deo diligi, ab hominibus amari, & in memoria haberi. Ab his tribus p conijs sanctus Benedictus in verbis pmissis cõmẽdatur. Fuit eñ a Deo dilectus; ab hominibus amatus, & oĩ memoria dignus. Dilectus .n. a Deo fuit, qa deuotè incẽpit, deuotius vixit, & deuotissimè finiuit. Incẽpit quidẽ a puritate; Gre. Ætatẽ qdẽ morib⁹ trãsiẽs, nulli animũ suũ voluptati dedit, & iõ meruit diuinæ visionis claritatẽ. Btĩ mundo corde, quoniã ipsi Deũ videbũt. Incœpit a paupertate. Gre. Despectis studijs, relicta domo, rebusq; patris, sanctæ cõuersationis habitũ quẽsiuit. Et ideo meruit iudiciariã potestatẽ. Iudiciũ pauperibus tribuit. Incœpit ab humilitate, Greg. Plus appetebat mala mundi ppeti, quã laudes: Plus p Deo laboribus fatigari, quàm fauoribus extolli. Et iõ meruit cẽlestẽ sublimitatẽ. Qui se humiliat exaltabit', Incẽpit a cõpassione: Greg Bñdictus religiosus & pius puer cũ nutricẽ suã flere conspiceret, eius dolori cõpassus est: Et iõ meruit diuinã miserationẽ. Btĩ misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequent'. Incœpit a deuota oratione, quia capistrum fractũ, deuota oratione sua reintegrauit: Et ideo meruit a Deo magnã fiduciã, & securitatem. Oratio humiliantis se penetrat nubes, & non descendet, donec respiciat altissimus. Secundò deuotius vixit, tota enim vita sua fuit

Eccl. 45 · Matt. 5. · Iob. 36. · Luc. 14. · Matt. 5. · Eccl 25

in oratione, & iō merebatᷣ exaudiri. In oratione die-
Eccl.3 rum exaudietur: Fuit in lectione, & ideo merebatᷣ sa-
1. Thi.4 piētia diuina impleri. Attēde tibi, & doctrinę tuę &c.
Fuit cōtemplatione; & iō merebatur cœlestibus reue
Ps.118 lationib⁹ adimpleri. Reuela oculos meos, & cōsidera
bo mirabilia de lege tua: Fuit in efficaci locutione; &
ideo merebatᷣ ab auditoribus exaudiri. Greg. Dum.n.
sibi cibū deferebāt corporis, ab eius ore alimenta de
ferebāt vitæ. Tertiò, & vltimò modo deuotissimè fini
uit, quod patet per quatuor signa. Primo quia monu-
mentū sibi fecit, quòd indicauit moriendi alacritatē;
Iob.3. Gaudent vehementer cum inuenerint sepulcrum. Se
cūdo in ecclesiā conferri se fecit, vt scilicet laudaret
Ps.21. Dei bonitatem: In medio ecclesiæ laudabo te. Voluit
quidē Deo gratias referre, & de eo, quòd in vita ipsū
cōseruauerat, & de eo quòd ipsum ad se vocauerat, &
de eo, scilicet, quòd æternā gloriam promiserat. Gra-
tiarum enim actio est de pteritis; pręsentibus, & futu-
ris. Cassianus, Gratiarum actiones quis agit, cum præ
terita beneficia recolit, cum psentia cōspicit quanta
Deus præparauit his, qui eū diligunt. Tertio corpus;
& sanguinem Christi suscepit, vt se muniret cōtra dę
monū malignitatem, qui animabus insidiantᷣ. In via
Ps. 139. hac qua ambulabam abscōderunt laqueum mihi. Po-
Iob. 17. ne me dn̄e iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra
Moriē- me. Quartò erectus inter manus discipulorum vitā fi
tiū dif- niuit. Quidam moriuntur iacentes, q̄a a bonis operi
ferētia. bus vacauerunt. Quidam prostrati, qui per peccatum
corruerunt. Quidam claudi, qui fidem sine operibus
habuerunt. Quidam ab infirmitate sanati, qui post
peccatum ad pœnitentiam redierūt. Quidā erecti si-
cut viri sancti, q̄ a peccato liberati sūt bonis operib.
pleni, & intentione recti. Istam quadruplicē differē-
Heb. 12 tiā tangit apostolus, Remissas manus, & genua soluta
erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris, vt nō
claudicans, quis erret, magis aūt sanetur. Scdò fuit ab
hominibus amatus, & hoc ꝓpter multa beneficia, &

miracula, quæ inter eos fecit. Quorum quędam fecit quãtum ad semetipsum. Mira .n. virtus de illo exibat, s. ab oculis suis, qñ ligatum uidit ab hostibus, mox a vinculis est solutus. Mira a manib. suis, quia vas in quo erat potus venenatus, signo crucis confregit. Mira ab ore eius, s. qñ dixit monialibus, quæ linguã suã nõ cohibebunt, excommunico eas. Mira à corde suo, quia absentia, vt pñtia cognoscebat. Quædam operatus est quantum ad mundum minorem, i. hominem. Quosdam .n. innuit in vita à diabolica tentatione, sicut monachũ, qui in oratione stare nõ poterat, Quosdam uero in morte, diabolica oppressione, sicut monachum, quem Diabolus ruina parietis oppresserat. Quosdam post mortem, sicut monachum, qui ad parentes visitandos sine benedictione iuerat. Quædam vero operatus est in maiori mundo, s. in cœlo, qñ animam sororis in specie columbæ ascendentem vidit. In purgatorio, sicut qñ pro monialibus defunctis orauit. In aere, sicut qñ lucem cœlestem aspexit. In aqua, sicut qñ puerum Placidum liberauit. In terra, sicut qñ aquam de terra produxit. In igne, sicut quando ignem fantasticum extinxit. Tertiò erat omni memoria dignus. Licet .n. à nobis recesserit corporaliter, nobiscum tñ quadrupliciter remansit. Primò quo ad odorem suæ famæ. Sicut .n. post poma odorifera, post species aromaticas remanet odor ipsarum, sic post mortem sanctorum remanet nobiscum odor virtutum. Dies mei transierunt, sicut naues poma portantes. Secundo quantum ad dulcedinem suæ doctrinæ. Sicut enim apis postquam de alueario auolat, nobis fauos mellis relinquit, sic S. Benedictus de corpore recedens, doctrinam mellifluam mundo dimisit. Breuis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Sanctus enim Benedictus fuit apis ratione virginitatis. Fuit breuis, & hoc ratione humilitatis. Et fuit volatile, ratione cœlestis conuersationis. Et habuit dulcem fructum ratione melliflue prædica-

Benedictus nobiscum remãsit quadrupliciter

Iob. 9.

Eccle. 1.

prædicationis. Tertiò q̃tum ad lucem suæ rłæ. Sicut .n.sol occumbens dimittit nobis lucem in luna,& luna nos illuminat, sic B. Benedictus occumbens, post mortem corporis dimisit nobis lunam,i. salutarē regulam,quæ illuminat religionem monasticam.Luna tñ non lucet,qñ terra interponitur, quia ordo monasticus multū tenebratur, qñ terrena cupiditate aspergitur.Quartò quantum ad calorem charitatis succensæ. Sicut.n.ignis in clibano,vel fornace extinctus,remanet in suo calore,sic B.Benedictus,q̃ habuit ignita eloquia,succensa desideria, & feruentia opera. In Christo .n. per mortem corporis extinctio remansit
Eccl.1. per eius calorem in mundo . Scintillæ quasi aspectus æris cādentis.Ipse.n fuit scintilla inquantum habuit subtilia,& cœlestia desideria . Et fuit æs inquantum habuit sonora,& inflammatiua verba.Et fuit cādens, inquantum habuit feruentia opera.

Sermo xcvi.De eodem sermo secundus De eius benedictionibus.

Deu.33 BEnedictus in filijs asser.Sic placens fratribus suis tingit in oleo pedem suum.Ferrum, & æs calciamentum eius. Sicut dies iuuētutis tuæ, sic & senectus tua. Sanctus Benedictus re,& noīe.Benedictus multas benedictiones habuit,q̃ in uerbis p̄dictis notanť. Prima consistit,in Dei habitatione cum dr̄, Asser,qui interpretatur atriū.Et dr̄ atrium à trib. Ipse.n.atrium erat,q̃a sola Trinitas in eo habitauit,s. Pater dādo sibi potentiam in hostium expugnatione.Vicit.n.diabolum,carnem, & mundum . Diabolus ipsum voluit vincere per impatientiam,qñ tintinabulū fregit, sed vinci non potuit,quia in Dei seruitio p̄seuerauit. Si spiritus p̄tātem hñs ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Ipsum voluit allicere per cōcupiscentiam, qñ grauem tentationem sibi immisit, sed allici non potuit,q̃a inter spinas,& vepres se proiecit. Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ.

Bened. dia. car. & mundū vicit

Eccl.10

Ibid.11

Et

Et ipsum uoluit decipere per fraudolentiam, sicut qñ in forma medici sibi apparuit, asserens se uelle potionare fratres, sed ipse diabolus deceptus est, quia monachum, quẽ inuaserat, in mãmillam percussit, & sic diabolus fugit. Mulctato pestilẽtiæ sapientior erit paruulus. Ipsum uoluit deterrere per horribilẽ formam, qa sibi teterrimus apparebat, & in ipsum flammãtibus oculis, & stridoribus obuiat, sed ipsum deterrere nõ poterat, quia scilicet scuto præmunitus erat. In oĩbus scutum sumentes fidei &c. Secundò vicit carnem. Nam cum quædam auis, quę merula dicitur, ante eius faciẽ uolitaret, magna carnis concupiscentia est in eũ secuta, sed tamen ipsam tentationem per tria deuicit, s. per crucis impressionem. Signa thau super frontes ultorũ gementium &c. Per deuotam orationem, & intentionem. Vt sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus dederit &c. Per carnis macerationem, quia mox se nudum inter spinas, & uepres se prostrauit, & sic per vulnus corporis sanauit vulnus mentis. Tertiò uicit mundum, & quantum ad diuitias, quoniã omnia contempsit, & in heremum nudus aufugit. Et quantum ad delitias, quia secundum Gręgo. à pueritia cor senile gessit, & nulli uoluptati animum dedit. Et q̃tum ad honores, quia cũ per miraculũ de capisterio in multo honore hẽretur, inde latenter fugit. Secundò filius in eo habitauit dãdo sibi sapientiam in secretorum cognitione. Ipse enim cognouit absentia p̃terita, pręsentia, & futura. Absentia præterita, sicut patet in monachis, quos extra monasterium comedisse cognouit. Cognouit futura contingentia, sicut obitũ suũ & casum Romę. Cognouit occulta p̃ñtia, sicut patet in monacho sibi seruiẽte de su pbia tẽtato. Et sic patet ꝙ fuit propheta de p̃terito, de futuro, & de p̃senti occulto. Tertiò Spiritus sanctus habitauit in eo dando gratiã in sui institutione. Dedit nanque sibi gratiam incipientẽ per quam de mũdo exiens deuotè incepit, proficientẽ, quã feruenter prosecutus erat. Et perfectam, quia

Pro. 11.

Eph. 6.

Ezec. 9.

Sap. 8.

quia ad summum cõtemplationis gradum peruenit. I-
stud significať in uia, quã fecerũt filij Israel, qa de Æ-
gypto exeũtes, in desertũ venerũt. De deserto, in terrã
ꝑmissionis, in qua fructus terræ primo comederũt. De
inde peruenerũt in Hierusalem. S. Benedictus de mun
do tenebroso uenit ad desertũ pnĩę. Et de deserto pę-
nitẽtię, ꝑuenit ad gustũ cęlestis grãæ. Et de gustu grãæ, ꝑ
uenit ad contẽplationem visionis diuinæ. Scđa bñdi-
ctio consistit in filiorũ propagationẽ, cum dr̃: Benedi
ctus in filijs. Ipse.n. per suam prędicationẽ, & regulã
multos filios gñauit. Generatos, temporalibus subsi-
dijs enutriuit. Enutritos, ad promotiones Abbatis pro-
Esa. 1. mouit: sed modo potest conqueri. Filios enutriui, & e-
xaltaui, ipsi autem spreuerũt me. Facti sunt ei degene-
res filij, quia regulares obseruãtias cõtemnunt, & præ
lationibus, & abbatijs intendunt. Tẽporalia indebite
consumunt, non Dei honorem, sed proprium fauorẽ
attendunt. Tertia bñdictio consistit in regulari institu
tione, quod notať cum dicitur: Placens fratribus suis.
In sua.n. regula posuit ea, quæ Deo & hominibus pla-
cent. In tribus bñplacitum est spiritui meo, quę sunt ꝓ
Ecc. 25. bata coram Deo, & hominibus. Concordia fratrum, a-
mor proximorũ, vir & mulier sibi benè consentientes.
Ex illa enim regula docẽtur monachi, ut inter eos sit
concordia mutua, iõ dicitur. Concordia fratrũ: q̃tum
ad prælatos sit obedientia deuota, ideò dicitur: Vir &
mulier sibi bñ̃ consentientes, tunc enim prælatus, qui
per uirum, & subditus, qui per mulierem intelligiť, be
nè sibi consentiunt, qñ prælatus sapienter regit, & sub
ditus humiliter obedit. Et sit quantum ad hoĩes chari
Rom. 5. tas diffusa, iõ dr̃: Amor proximorum. Charitas Dei dif
fusa est in cordibus &c. Quarta benedictio consistit in
dulci deuotione, quod notatur cum dicitur; Tingat in
oleo pedem suum. Tingere est modicum quid accipe
re. In p̃senti vita sanctus Benedictus, & alij sancti tin-
gũt memoriam in sanguine per dñicæ passionis recor
Ps. 67. dationem. Intingatur pes tuus in sanguine. Tingunt
intel-

intellectum in oleo, quod est fomentũ luminis p aliqualem de Deo cognitionem, sicut dr̃ hic. Tingat in oleo pedem suum. Tingunt affectum in melle p aliqualem deuotionem, qđ significatum est in Ionatha 1. Re.
qui sumitatem virgæ in fauum mellis intinxit. In futuro aũt nõ erit tinctio, sed immersio, & natatio, & ine 14.
briatio. Tunc.n.sancti mergentur in abissum ineffabi Esa. 46.
le charitatis. Implebit dominus splendoribus animã tuam. Tunc natabunt in pelago deuotionis, & melliflux suauitatis. Tũc uidebis, & afflues &c. Tũc inebria Ibid. 40
buntᷣ in cellario infinitæ charitatis. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Quinta benedictio consistit in præsenti conseruatione; qđ notatᷣ cum dr̃: Ferrum & Psal. 25
æs calciamentum eius, lucerna extinguitᷣ aut p negligẽtiã, aut per nimiã abundantiam, aut per nimian penuriam. Deuotionem autẽ mentis quidã perdunt ex sola negligentia, sicut virgines fatuæ, quidam ex nimia abũdãtia. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum Psa. 27.
quidam ex aduersitate illata. Cor fatui quasi vas cõfra Eccl. 21
ctum, omnem sapientiam nõ tenebit. Sed B. Benedictus fuit calciatus, idest expeditus ad ambulandũ ne torpescat per negligentiam, & ideo dr̃ calciamentum eius. Fuit etiam calciatus ære, ne marcesceret per prosperitatem nimiã, fuit calciatus ferro, ut sit firmus cõtra aduersitatem illatam. Et ideo dr̃ ferrum, & æs calciamentum eius. Sexta benedictio consistit in fœlici cõsumatione, quod notatur cum dicitur. Dies iuuẽtutis tuæ ita, & senectus tua. Iuuentus est ætas fortitudinis alacritatis, & caloris. Fuit.n.S. Benedictus talis in senectute, qualis in iuuentute, quia semper perseuerauit in eadẽ fortitudine operis. Fortitudinem meã ad Psal. 58.
te custodiam, in eadẽ alacritate ueritatis. Animus gau Pro. 17.
dens ætatem floridam facit, fuit in eodem calore amo Can. 7.
ris. Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus ęmulatio.

Sermo xcvij. De eodem sermo iij. Ad mundi contemptum & ad religionem, propter maximum fructum, ipse & quilibet Religiosus, praepositis hortatur verbis.

Gen. 12 EGredere de domo tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terrã, q̃ monstrauero tibi. Faciamq; te in gentẽ magnã, & bñdicã tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Pñt hæc uerba, q̃ locutus est dñs ad Abraam, cõuenire B. Bñdicto, & cuilibet religioso, in quib. Dñs quẽlibet nostrũ ad tria hortat̃. Primò ad mundi cõtemptũ cũ dr̃. Egredere de terra tua &c. vbi ostendit̃, ꝙ debemus cõtẽne-

Contẽnere debemus mũdũ. re mundum, quantũ ad terrenã possessionẽ cũ dr̃: Egredere de terra tua &c. ut nihil terrenũ possidens. Possessionẽ nõ dabitis eis in Israel. Ego.n. dñs possessio eorum: q̃tum ad carnalem affectione cum dr̃: Et de co-

Eze. 44. gnatione tua, ut. s. parentes tuos carnaliter, non nimis

Mat. 10 diligas. Qui amat patrẽ, & matrẽ plus quã me, non est me dignus. Aug. Amãdus est generator, sed p̃ponẽdus est creator, quantũ ad corporalem habitationẽ cũ dr̃: Et de domo p̃ris tui, s. in eadem domo nõ maneas, qa

Mich. 7 sicut dr̃: Inimici hominis domestici eius. Ab his oĩb. debemus exire, & corpore, & cõuersatione. Hoc signi

Gen. 19 ficatum est, ubi dr̃, ꝙ angeli, Loth extra Sodomam posuerunt, præcipientes, ne post tergum respiceret, & ne circa regionem maneret. In hoc quod eum duxerunt de Sodoma, datur intelligi, ꝙ religiosus non d̃et manere cum mundanis, etiam corporaliter. In hoc q̃d angeli p̃ceperũt, ne post tergũ respiceret, datur intelligi ꝙ non debet redire ad mundum mentaliter. In hoc quod dicitur, quod non stet in omni loco circa regionem, datur intelligi quod non debet stare in mundo etiam mortaliter, idest quod religiosi nõ debẽt habere mores mundanos. Regio autẽ uicina est peccato vetusta, ipsa cõuersatio quę ostenditur in uerbis lasciuis

in gestibus,& moribus uanis. Secundò Dñs hortatur ad religionis ingressum,cum dr̃:Et ueni in terrã,quã monstrauero tibi.Terra optima est religio sacta. Secundum autem Virgilium in Georgicis libro I terra bona tribus modis cognoscitur, Primo modo per nigredinem : quia nigredo terræ bonitatem attestatur. Secundo per dulcedinem, quia sapor dulcis, & non amarus bonitatẽ indicat.Tertio,per suffosionem,q̃a qñ effoditur,& postea repletur, per aliquod tp̃s si superabundauerit est optima, si defecerit, est mala, si æquata fuerit est bona. Terra primo cognoscitur qñ est nigra per abiectionem & asperitatem.Religio igitur tũc est bona qñ est nigra per asperitatem. Boni.n. religiosi denigrant se per humilitatem exterius, sed dealbant se interius per puritatem, Nigra sum sed formosa. Secundo quando est dulcis per deuotionẽ, seu deuotionis suauitatem.In deserto enim pœnitentiæ, & non in Ægypto mundi datur manna cœleste, idest deuotio spiritualis. Ducam eam in solitudinẽ & loquar ad cor eius.Tertio cognoscitur per suffosionem & repletionem.Illi.n.qui seruant præcepta sunt bona terra,quia quantum peccauerũt tantum Deo satisfaciũt.Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ &c. Illi qui supererogant consilia,sunt optima terra. Quæcunq; supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Illi qui deficiunt ab vtroq;, sunt reproba terra.Proferens autem spinas,& tribulos,reproba est. Et signanter dicit,quam monstrauero tibi. Cũ.n.in religione sint trina substantialia,s. uotũ obedientiæ,paupertatis,& continentiæ,Christus ista tria nobis mõstrauit uerbo cũ dixit, Si quis uult post me venire abneget semetipsum. Ecce renunciatio ꝓpriç voluntatis; & tollat crucem suam. Ecce mortificatio carnalis uoluptatis;Et sequatur me.s.pauperem,Ecce propositum paupertatis. Ostenditur etiam exemplo quia uirginitate, floruit paupertatẽ elegit:& patri in omnibus obediuit.Tertio ponit religionis fructum,q quadru-

Terra bona qũo cognoscit̃

Religio qñ bona.

Cant.I.

Ose.2.

Rom.6.

Luc.10.

Heb.6.

Luc.91.

quadruplex est, primus est magna in psonis dilatatio cum dicit, Faciamq; te in gẽtem magnam. In religionibus est quadruplex dña personarum, quæ significat per quadrigas equorum. Ibi sunt contemplatiui cœlestibus desiderijs flagrãtes, isti sunt equi rubei; ibi sunt actiui uirtutum uarietate pollẽtes, isti equi uarij; ibi sunt uirgines puritate pollẽtes, isti sunt equi albi. ibi sunt cõtinentes, se per opera pęnitentiæ macerantes, isti sunt ęqui nigri. Secundus fructus est cœlestis gra-

Iacob ĩ deserto 3. benedictiones obtinuit. tię benedictio cum dr̃: Et benedicam tibi. Notandum aũt quod Iacob in deserto triplicem benedictionem obtinuit ab angelo. Vna est, qa neruus fęmoris emarcuit, i. concupiscentia debilitata. Secunda, quia nomẽ mutauit, idest Israel, qui interpretatur uir uidens Deum. Tertia contra Deum fortis fuit, vnde dixit ei

Deu. 33 angelus, contra Deum fortis fuisti; ista triplex benedictio in deserto pœnitentiæ obtinetur, s. carnis incorruptio. Benedictio illius qui apparuit in rubo, ve

Gen. 37 nit super caput Ioseph. Rubus qui non comburitur est castitas, quæ à cõcupiscentia non superatur. Cœlestiũ

Ose. 11 cõtemplatio: In pinguedine terræ & in rore cœli desuper erit benedictio tua, & deuota oratio, quæ Deum vincit. Inualuit Iacob ad angelum, & confortatus est, fleuit & rogauit eum. Tertius fructus est noĩs exaltatio cum dr̃, Et magnificabo nomen tuum. Nomen S. Benedicti, & aliorum sanctorum magnificatum est.

Ps. 71. Primo, quia sp est corã oculis diuinæ maiestatis. Ho-

Luc. 15. norabile nomen eorum coram ipso. Secundo, quia in honore hñr ab angelis: Gaudium est angelis super uno peccatore pœnitentiam agente, multo fortius super vno iusto Deo seruiente. Tertio, quia scriptũ est,

Luc. 10. Gaudete, quia noĩa uestra scripta sunt in cœlis. Quarto, quia honoratũr ab omnibus populis; ab omnibus

Eccl. 44 ecclesijs, & in oĩbus sæculis. Vnde cantat ecclesia, Sapiẽtiam sanctorum narrant oẽs populi, & laudẽ eorũ nunciat oĩs ecclesia, nomina autem eorum uiuent in sęculum sęculi. Quartus fructus est æterna remuneratio, cum

tio,cum dr:Erisq; bñdictus.Fuit aũt bñdictus,illa qua druplici bñdictione de qua dr:Bñdictionibus cęli de sup abyssum iacentis deorsum,vberum,& uuluæ.Habent.n.sancti beatitudinem à superiori, respiciendo Dei faciem gloriosam, ista est bñdictio cęli desuper, hñt ab inferiori,respiciendo iustissimam Dei uindictam,ista est bñdictio abyssi,habent ab interiori conuertendo se ad suam conscientiam, ista est bñdictio vberũ, conscientia.n.est mãmilla, quæ cęteras uirtutes nutrit;hñt ab exteriori possidentes societatẽ fęcũdã,ista est bñdictio vuluæ,Deus n.tũc ualde fæcũdus erit,quia magnam filiorum multitudinem generabit. Gen.49

Sermo xcviij De annunciatione B Mariæ virginis sermo j. De his quæ sancti patres in præposita autoritate à sancta Trinitate petunt.

ROrate cęli desuper,& nubes pluant iustũ,aperiatur terra,& germinet saluatorẽ. Possunt esse hęc uerba aliquorum sanctorũ patrũ desiderantiũ Christi aduentum.In quib.uerbis tria petunt à sancta Trinitate. Primò petunt dominicæ incarnationis mysteriũ, cum dñt,rorate cœli desuper, ubi duo sunt uidenda.s. quare Deus dicat cęlum, & quare Christi incarnatio rori assimiletur, Deus aũt dr cęlum, scilicet empyreum,quia id cęlum est lucidũ,immobile, & capacitatis immẽsæ.Sic Deus habet totalem claritatem. Deus lux est,& tenebrę nõ sunt in eo ullę.Habet immobilẽ stabilitatẽ Apud quẽ non est transmutatio &c. Habet immensam capitatẽ: Qui capit oẽs spiritus intelligibiles.Assimilatur aũt incarnatio Christi rori,qa.s.ros generat in medio aeris,interstitio, a tẽperato calido, & temperato frigido. Tria namq; interstitia sunt.s. cęlũ,mundus,& infernus.Hic igitur ros.i.Christi incarnatio nõ est facta in superiori interstitio.i.cęlo, quia naturam angelicam non apprehendit, nec in infimo idest in inferno, qa dæmones nõ redeũt:sed est facta

Esa. 45.
1.Io. 1.
Iac. 1.
Sapiẽ.7

in medio.ſ. in ipſo mundo, quia naturæ humanæ ſe
Gal. 4. vniuit. Deus filium ſuũ miſit natũ ex muliere, factum
ſub lege. Et iſta redẽptio facta eſt ex calido, & frigido.
Duo.n.ſunt, quæ mouerunt dominũ, ut hõ fieret, unũ
ex parte ſui, ſcilicet magnitudo charitatis, quæ fuit
Ro. 5. quaſi calor; Commendat Deus charitatẽ ſuam in no-
bis, &c. Aliud ex parte noſtri ſcilicet miſeria genera-
Pſal. 11. lis. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperũ,
nunc exurgam dicit dominus. In hoc tñ deficit ſimi-
litudo, quia ibi eſt temperatum calidum, & tempera-
Eph. 5. tum frigidum, Hic autẽ eſt nimus calor amoris. Deus
q̃ diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatẽ
ſuam qua dilexit nos, &c. Et nimium frigus languo-
Pſal. 13 rum. Oẽs declinauerunt. Secundò ſancti patres petũt
ab angelis uirgineæ ſalutationis præconiũ, cum dr̃:
Et nubes pluant iuſtum. Tunc enim nubes iuſtum
pluit, quando Gabriel Chriſtum uirgini nunciauit.
Angeli Hic autem duo videnda ſunt, ſcilicet quare angeli di
quare cuntur nubes, & quare Chriſti incarnatio pluuiæ, aſ-
dicunt ſimilatur. Dicuntur autem nubes, quia ſunt thronus
nubes. Dei; in quibus ſedet, & quieſcit. Iuxta illud, Thronus
Eccl. 24 meus in columna nubis. Dicitur autẽ, Quod de thro-
Apo. 4. no procedebant fulgura, uoces, & tonitura. Nam ſm
Dionyſium triplex eſt officium angelorum, ſcilicet il
luminare, purgare, & perficere. Ab alijs ergo thronis
procedunt fulgura, & corruſcationes, quando illumi-
Pſa. 96. nant uim noſtram intellectiuam. Illuxerunt corruſca
tiones tuæ orbi terræ, Procedunt tonitura, qñ p com-
Eccl. 1. minationẽ, & terrores purgant noſtrã affectiuam. Nã
ſicut dr̃, Timor domini expellit peccatum. Procedunt
Zach. 1. voces, ideſt inſpirationes, per quas perficiunt no-
Incar- ſtram operationem. Angelus qui loquabatur in me
natio uerba bona, & verba conſolatoria. Aſſimilatur au-
Chriſti tem incarnatio Chriſti pluuiæ. Pluuia tribus modis
pluuiæ generatur, ſcilicet uirtute caloris attrahentis, vir-
aſſimi- tute uaporis aſcendentis, & uirtute venti colligentis.
latur. Venti enim volantes ſuprà mare multum humorem

ſæpe

ſępe colligunt,& ſecum ad aerē attrahentes in pluuiā diſſoluunt.pluuiam autē ſubſtantialem,his tribus modis generatā fuiſſe,oſtendit Gabriel in triplici loquutione cum virgine. Primò namq; oſtendit ipſam eſſe generatā uirtute caloris attrahentis, cū dixit:Aue gratia plena,Gratia enim Dei,eſt amor Dei.Amor autem eſt ignis.Iuxta illud. Ignem ueni mittere in terrā &c. Luc.12.
Si igitur uirgo fuit plena gratia,& amore Dei,fuit plena igne, & calore. Et uirtute iſtius caloris diuinum fontem ad ſe attraxit, & iſtam cœleſtem pluuiam generauit.Deſcendet ſicut pluuia in vellus. Secundò oſtendit Gabriel iſtam pluuiam generandā uirtute vaporis cum dixit:Ecce concipies,& paries filiū &c.Filius autē Dei eſt uapor Dei, iuxta illud.Vapor eſt virtus Dei &c. Iſte igitur uapor Dei infra uiſcera uirginis ſine ſui inciſione,ſine apertione ſe occultauit, iuxta illud. Quaſi libanus non inciſus uaporaui habitationē meā &c.ideſt q in me per carnē aſſumptā habitauit. Et iſte uapor inter uiſcera uirginis occultatus, in pluuiam ſe deffudit, qn̄ mundum famelicum ſatiauit.Pluit illis manna ad manducandum.Tertiò oſtendit Gabriel hāc pluuiam generandam uirtute vēti colligentis cum dr̄, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Spiritus eſt vētus.Iuxta illud, Spiritus ubi uult ſpirat. Iſte autem uentus flans in Maria,ideſt in corde uirginis Mariæ,humores virginis collegit,& corpus Chriſti formauit,quod ſalutarem pluuiam generauit,qa totū mūdum fructificare fecit. Dr̄ autem, Nō pluuit annos tres & menſes ſex. Anni tres ſunt tria tempora, q̄ præceſſerant.ſ.naturæ,culpæ, & legis ſcriptæ. Et in his pluuia benedictionis non uenit. Quartum autem eſt tempus gratiæ. Et in iſto etiam non uenit ad menſes ſex.In iſto aūt menſe ſexto,Miſſus eſt angelus Gabriel a Deo &c.Tunc.n. pluuia deſcendit, & ſalutarē fructum producit. Tertio ſancti patres petunt a uirgine deuotum conſenſum cum dicitur:Aperiatur terra;vbi duo uidenda ſunt, ſcilicet quare uirgo dicatur

Pſal.71 Sap.7. Ecc.24. Pſal.77 Io.3. Iaco.5.

terra,& qualiter ſe aperuit,& ſaluatorẽ generauit. Di-
Maria quare terra dicatur. citur autem terra, quia ſicut dicit Auguſt.de trinitate.
Bona terra eſt in altitudine montium,temperamento
collium,planitie camporum. Sic,& ipſa fuit alta p cę-
leſtium contemplationem. Ego in altiſſimis habito,
Eccl. 2. fuit temperata p diſcretionem. Cuius diſcretio appa-
Luc. 2. ret. Maria autem conſeruabat omnia uerba hæc, fuit
plana per humilem conſeruationem, quod patet,qa
licet Deum conceperit,tñ tribus menſibus cum Heli-
ſabet humiliter conuerſata fuit. Vel terra dicitur,quia
terra exterius venuſtatur plantis, interius ditatur in-
numeris theſauris: In intimo eſt plena tormentis, &
ibi infernus eſſe perhibet. Sic & ipſa exterius fuit or-
nata venuſtate morum, & interius fuit ditata theſau-
ro virtutum,in intimo cordis uulnerata dolorib. tor-
Luc. 2. mentorum,iuxta illud. Tuam ipſius animam pertran-
Can. 5. ſibit gladius. Et pp iſta tria ipſa dicit. Nigra ſum ſed
formoſa. Nigra ſum,præ dolore paſſiones,ſed formo-
ſa, decore uirtutis, ſicut pellis Salomonis, fulgore.ſ.
conuerſationis. Illę enim pelles erant vmbraticæ. Et
Can. 5. iſta terra ſe aperuit.& ſaluatorem generauit. Aperuit
quidem animum ſuum ad conſentiendum,quem con-
ſenſum requirebat ſponſus dicens. Aperi mihi ſoror
mea. Bernar.ſuper Cant. Surge,curre,aperi. Surge per
fidem, curre per deuotionem,aperi per cõfeſsionem.
Aperuit enim vterum ſuum ad concipiendum, hæc
Eze.44. eſt enim illa porta de qua dicitur: Quæ fuit clauſa
omni viro, ſed aperta Domino. Aperuit os ſuum
Luc.2. ad benedicendum,quando dixit: Magnificat anima
Zac.11. mea dominum. Aperi os tuum, & implebo illud.
Aperuit ſinum ſuum ad miſerendum. Aperi libane
portas tuas. Libanus interpretatur candidatio,& ſigni-
ficat beatam Mariam quæ fuit candida, & habet tres
portas,ſcilicet potentiæ,ſapientiæ, & miſericordiæ.
Quidam enim peccant per infirmitatem. Iſtis a-
perit portas potentiæ dando eis uirtutem reſiſtendi.
Quidam per ignorantiam, illis aperit portas ſapien-

tiæ

riæ, dando eius lumen cognoſcendi. Quidam per certam malitiam, & illis aperit portas misericordiæ dando eius gratiam pęnitendi. Aperit manus ſuas ad largiendum. Manũ ſuam aperuit inopi, ideſt, Christo pauperi p ſex opera miſericordiæ, vnde dicit Ber. Beata Virgo Dei filium in vtero ſuſcepit, nudum carne, uel etiam pannis operuit, eſurientem pauit, ſitientem lacte potauit, infirmum per infantiam non ſolum viſitauit, ſed etiam omnia humana ſibi exhibuit, in carcere poſito & crucis patibulo ligatum uiſitauit, eius ſepulturæ interfuit. Aperuit cor ſuum ad ſubueniendum, quia miſericordia ſua ſubuenit vniuerſis, ſ. bonis, malis, viuis, & defunctis, vnde cantat eccleſia, Maria mater gratiæ mater miſericordiæ &c. Aperit q̃dem bonis, impetrando gratiam, vnde dicitur, Maria mater gratię, &c. Aperit malis, obtinendo remiſſionẽ, & miſericordiã, Vñ dicitur: Mater miſericordię, &c. Aperit uiuis, eos a dæmonum inſidijs protegendo, unde dr̃: Tu nos ab hoſte ꝓtege. Aperit mortuus; eos ad gloria deducendo. Vñ dr̃, In hora mortis ſuſcipe &c. Prou. vltimo. Notandum.

Sermo. xcix. De annunciatione beatæ Mariæ virginis ſermo ij. De his qui ad Chriſti incarnationem cooperati ſunt.

Viſitaſti terrã, & inebriaſti eã, & multiplicaſti locupletare eã. Genus humanũ per Chriſti redẽptionẽ redẽptũ, recolens Chriſti redemptionem, ſeu redẽptionis ſuæ bñficiũ, Deo regratiatur, & dicit viſitaſti terrã &c. In quibus verbis ponũtur quatuor perſonæ, quæ ad Chriſti incarnationẽ cooperantur. Primo ponitur pſona angeli, qui ipſam ſalutãdo uiſitauit cũ dicitur, Viſitaſti, ſ. per angelum, & iſte cooperatus eſt ad Xpi incarnationẽ per modum ſalutãdi, nunciandi, cõmẽdãdi, inducendi. Iſtud eſt quadruplex officiũ paranymphi, ſ. ſponſam ex parte ſponſi ſalutare, uoluntatẽ ſponſi ſibi aperire, ſponſum multipliciter cõmendare, Pſ. 64. Angel⁹ ad ĩcarnationẽ quo ſit cooparatus.

& ipſam ſpõſam ad conſentiendũ inducere . Ipſe igiť primo uirginẽ ſalutauit, cum dixit, Aue Maria gratia plena. Voluntatẽ ſponſi ſibi inſinuauit cũ ait: Ecce cõcipies &c. Ipſum ſpõſum multipliciter cõmẽdauit, cũ ait. Hic erit magnus &c. ipſam ad conſentiendum induxit, cũ ait, Spiritus ſanctus in te ſuperueniet. Ac ſi dicat, ne timeas conſentire, quia nõ concipies humano ſemine, ſed myſtico ſpiramine. Scđo ponitur perſona uirginis quæ ſaluatorem generauit, cum dicitur terra. Quæ quidem operata eſt ad Chriſti incarnationem p modum conſentiendi, & ſubminiſtrandi, confouẽdi, & educãdi. Ipſa quidem matrimonio ſpirituali cõſenſit, cũ dixit, Ecce ancilla domini. Et ideo fuit legitima mater, quia in quolibet matrimonio cõſenſus requiritur, vt. ſ. aliqua mulier habeatur. Conſenſit autem animo, cum dixit; Magnificat aĩa mea dñm. Conſenſit ſigno, cũ dixit: Et exultauit ſpũs meus &c. gaudiũ qdẽ quod erat in corde exultauit, ideſt extra ſaltauit exterius in faciẽ. Cõſenſit uerbo, cum ſubditur: Quia reſpexit humilitatẽ ancillę ſuæ. Et qñ dixit: Ecce ancilla domini. Secundo materiam conuenientẽ ſubminiſtrauit. Ipſam enim materiam conuenientẽ ad productionem prolis miniſtrauit. Ideo dicitur: Bonum faciet dominus ſuper terram, mulier enim circundabit uirum. Homo circundat, quod eſt ſuum propriũ, nõ quod eſt alienum, uirgo enim puerum ſola circũdedit, quia Chriſti caro tota ſua propria fuit. Omnis enim figura perficiť ex plurib. lineis, qa corpus aliorũ puerorũ formať ex cõmixtione vtriuſq; parentis. In virgine aũt fuit circũdatio, quia circularis forma tñ vna linea claudiť, qa corpus Xp̃i formatũ eſt ex ſola carne virginis incorrupta. Illud ẽt quod eſt circundatum ex oĩ parte eſt clauſum. Sola igituř virgo circũdatur, quia in cõceptione, & partu, virgo pmãſit. Tertio in vtero nouẽ menſibus, & decimum attingens ipſum fouet, & iõ fuit virgo, & uera & mater. Locus. n. conueniens, & diſpoſitus matricis operatur ad bonitatẽ prolis, quaſi prębẽs fomentũ eidem.

Maria ad incarnationẽ tripľr a cooperata eſt.

Hier. 11

eidem. Beata igitur virgo Maria locũ conuenientẽ,& nutrimentũ conueniens conceptioni fœtus ꝓbuit. Et ideo vera mater fuit, iõ Christus dixit, Decẽ mẽsibus coagulatus sũ in sanguine. Quarto ipsũ solicitè educauit,& fuit studiosa mater. Nã ipsũ pannis inuoluit, ĩ ꝑsepio reclinauit,& fascia cõstrinxit, & lacte pauit. Est aũt lac sanguis secũdo in vberibus coctus, de mã millis trahens albedinẽ,& saporositatem. Sãguis virginis bis igne ſpũs sancti fuit excoctus, scilicet quãdo ipsam in vtero sanctificauit,& quando eã superuenit. Ecce lac eius habuit albedinẽ, q̃a fuit virgineũ, saporositatem, q̃a fuit a spiritu sancto depuratũ,& vbertatem, q̃a fuit de cœlo ministratũ, iuxta illud. Sola virgo vbere lactabat de cęlo pleno. Tertio ponit̃ ꝑsona spiritus sancti, q̃ ipsã inebriauit, cũ dr̃, inebriasti eã. Qui quidẽ Spiritus sanctus, secundũ Io. Dama. Operatus est ad Christi incarnationẽ dãdo, scilicet matri sãctificationis gratiã, semini diuinitatis potẽtiã receptiuam,& virgini potẽtiã generatiuã. Tria nãq; erãt olim impossibilia. Vnũ quod aliqua mater sine peccato conciperet, iõ Spiritus sanctus eã in vtero sanctificans,& in eã postmodũ veniẽs, sibi dedit sãctificationis gratiã, vt sine peccato cõciperet,& pareret, sanctificauit tabernaculũ suũ altissimus. Secundũ impossibile erat, vt fœmina intra suũ corpus Deũ reciperet, iõ Spiritus sanctus sibi dedit. Verbi diuinitatis potentiã receptiuã. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole Tunc enim sole amicta fuit, quando Deũ in vtero suo cõcepit. Tertium impossibile erat vt virgo generaret, ideo Spiritus sanctus ei dedit virtutẽ generatiuam, quia virgo concepit,& virgo peperit, ideo assimilatur api. Breuis in volatilibus est apis, initium dulcoris habet fructus illius: ipsa enim fuit apis, quia virginitate ornata, quia secũdum Ambro. s. Omnes apes virgines sũt. Fuit breuis, q̃a humilitate prædita. Fuit volatilis, q̃a in cęlestib⁹ eleuata. Fecit fructũ dulcoris q̃a cęlesti ꝓle fecundata. Quarto ponit̃ ꝑsona

Sap. 7.

Impossibilia olĩ tria.

Ps. 45.

Apo. 12

Eccl. 11

filij q̄ ipsam multipliciter locupletauit, dū ex ea carnem assumpsit, qđ notatur cum dr̄: Multiplicasti locupletare eā. Assumpsit aūt ipsam carnem sine diuinitatis pollutione, sine diuinitatis mutatione, cū virginitatis conseruatione, & cū nr̄a saluatione ista quatuor tangit ecclesia dicēs, Magnum hæreditatis mysteriū templum Dei factus est vterus nesciēs virū, Ecce, qa recipit carnē cum virginitatis conseruatione. Nō est pollutus ex ea carnē assumens. Ecce, quia recedit sine diuinitatis pollutione. Mirabile mysterium declarat, hodie renouantur, naturę Ecce, qa recepit cū nr̄a saluatione, Deus homo factus est, id quod fuit pmāsit, & qđ non erat assumpsit: Ecce, quia recepit sine sua diuinitatis mutatione. Assumpsit igitur primo cū matris cōseruatione, quia ipsam illibatā seruauit. Huius exēplū ponit Bernar. dicens, Sicut sine corruptione sui sidus emittit radiū, sic absq; sua lęsione virgo protulit filiū. Nec sideris radius sui minuit claritatem, nec virginis filius integritatem. Huius exemplū ponit Aug. in lib. de fide ad Petrum dicens, Prædicauit istū visibilem solē radios suos per omnes fæces spargere, & eos mūdos, & sinceros seruare. Si ergo visibilia mūda visibilibus immundis cōiungi possunt, & nō coinqnari quāto magis inuisibilis ueritas totum hoīem sine sui cōtaminatione assumpsit etiā cum nostra saluatione? Nam sicut dicit Dama. Totū me totus assūpsit ut mihi toti salutem gratificet. Vere totum sicut habet in tertio sententiarū. Cū quadruplex sit status hominis scilicet ante peccatū, sub peccato, sub gratia, & in gloria. Christus de primo assumpsit peccati immunitatē. De secundò pœnalitatem, De tertio gratiæ plenitudinē. De quarto nō posse peccare, Assumpsit sine suæ diuinitatis mutatione. Huius exemplum ponit August. dicens; Non oportet verbum esse mutatum susceptione hominis, sic nec membra veste induta mutantur, quamuis illa suceptio ineffabile susceptū suscipienti copulauerit.

Statꝰ hominis quadruplex.

Sermo

Sermo c. De eodem sermo iij. Egrediens uirga, flos ascendens, spirituscꝫ requiescens vt propheta describit.

EGredietur uirga de radice Iesse. Et flos de radice eius ascendet. Et requiescet sup eum spiritus domini &c. Olim terra nr̃æ naturæ maledicta erat, quia tunc spinas, & tribulos germinabat. Nunc aũt est benedicta, qa benedictam uirgam ꝑtulit & benedictũ florem produxit. Et iõ hoc prophetizans Isaias dicit. Egredietur virga de radice Iesse &c. In q̃bus uerbis propheta tria scribit. Primo uirgam egredientem .i. de virgine nascentem, cum dr̃: Egredietur uirga de radice &c. Dicitur aũt virgo virga triplici de cã. Primò, qa fuit gracilis per humilitatem. Et q̃uis gracilis fuerit, tñ plus quam septingentis annis post Esaiam fuit. Et q̃uis fuerit gracilis, tñ maximum fructũ portauit, quem cœlũ, & terra capere non pñt, qui sufficit ad mundi rédẽptionem, & ad plenam angelorum, & hoĩum reformationem. Licet fuit gracilis, tñ totum mundum suo robore sustẽtauit. Nã in passione Christi Columnę mundi .i. ap̃li fuerunt concussæ. Ipsa aũt tanq̃ columna immobilis stetit, & totus mundus sup eam innixus fuit. Scd̃o dr̃ uirga, quia fuit flexibilis per pietatem. Quæ est ista quæ ascẽdit per desertũ sicut uirgula fumi &c. Ipsa .n. fuit uirgula, q̃a flexibilis per pietatem. Et fumi; qa concremata per charitatem. Ex aromatibus myrræ, qa fugat diabolicam tentatione. Et thuris, qa restringit fluidas cogitationes. Pulueris pigmentarij, qa delectat uirtutes, & confortationes. Tertio dr̃ esse uirga, quia est utilis per officiorũ multiplicationem. Vsus .n. virgæ aliq̃ñ est ad dñij ostensionem, siue ad percussionẽ, aliq̃ñ ad regimen, siue directionem, aliq̃ñ ad sustentationẽ. Ad istud quadruplex officium, siue usum data est nobis uirgo Maria. Vñ ipsa dicit: Ego mater pulchræ dilectionis &c. Data quidem est nobis tanq̃ mater ad dominandum. Vnde dr̃: Ego mater &c. Virgam uirtutis tuæ emittet dñs ex Sion, dñare in medio inimicorum tuorum.

Esa. 6.

Maria Virga quare dicatur.

Can. 3.

Virgæ us⁹ multiplex.

Eccl. 24.

Psa. 109.

Data

Data est nobis ad defendendum, & percutiendum, s. dęmones, qbus ipsa est ualde terribilis. Ideo dr̄, ma-
Nu. 17. ter timoris. Consurget virga de Israel, & pcutiet duces Moab. Data est nobis ad directionem, ideo dr̄, Ma
Mich. 7 ter agnitionis: Pasce populum tuum in virga tua. Et pōt esse verbum Patris ad filium. Ac si dicat. Sicut pastor dirigit gregē suum per uirgam suam, sic & tu pasce, & dirige populum tuum per matrem tuam. Data est nobis ad sustentationem, ideo dr̄. Sanctæ spei, Vir
Psal. 22. ga tua, & baculus &c. Ipsa.n. est uirga inquantum dæmones percutit, & baculus inquantum debiles sustētat, & regit. Secundo propheta describit florem ascendentem cum dr̄: Et flos de radice eius ascendet. Et cū deberet dici conuenientius, vt vr̄, ascendet de virga, dixit, ascendet de radice, vt ostendat hoc factum esse per Dei infinitam charitatem, q̄a Iesse incēdium interpretatur, vt ostēdat in Christo naturæ humanæ veritatem, q̄a inde sumpta est caro floris, vnde traxit ori
Christ⁹ ginem caro radicis. Dicitur aūt Christus flos pp tres
ꝑpter 3. rationes. Primo pp gn̄ationem. Flos namq; gn̄atur à
flos dr̄. calore solis, & infusione roris, & sine apertione arboris. Sic ad conceptionem Christi calor Spiritus sancti se infudit, & ipsam incarnationem fecit. Ros diuinæ gr̄æ superuenit, qui uirgini obumbrauit, nullā apertionem pertulit, sed uirgo concepit. Scd̄ò significatur Christus per florem, q̄tum ad adorationem. Habet .n. odorē patrem afficientem, & quantum ad hoc
Gen. 8. est similis odori sacrificij. Odoratus est dn̄s odorem suauitatis &c Odorem dæmones expellentē. Et quātum ad hoc est similis odori myrrhæ, q̄ expellit uer-
Eccl. 24 mes, Quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris. Odorem, hominem à putredine peccati conseruantem. Et
Ibid. q̄tum ad hoc est similis odori balsami. Quasi balsamum non mixtū odor meus. Odorem nunq̄ deficientem. Flos quidem auulsus, attritus, arefactus, odorem suūm nō perdit. Sic & Christus fuit auulsus in morte.
Esa. 53. Quasi.n. abscisus est de terra uiuentium. Arefactus in

cruce.

cruce. Aruit tanq̃ testa uirtus mea. Attritus in flagella- Ps. 21.
tione. Attritus est propter scelera nostra. Et odorem Esa. 53.
suum nõ perdidit, sed semper seruauit. Amb. Flos odo-
rem, & succisus seruat, & contractus accumulat, nec
auulsus amittit. Ita Dñs in patibulo crucis, nec contri
tus emarcuit, nec auulsus euanuit, & lancea pũctionis
succisus, sole speciosior, fusi cruoris calore uernauit.
Tertiò assimilatur Christus flori, quantum ad floris ua
rietatem. Nam assimilatur uiolæ propter humilitatẽ.
Ego flos campi. Viola namq; dr̃ flos campi, quia inter Can. 2.
flores campi obtinet principatũ; uel in partibus ultra-
marinis dr̃ nasci quidam flos, qui flos campi dicitur,
qui habet stipitem asperum, & quinque folia rubea. Et
sigñat Crhistũ, qui pertulit asperitatẽ crucis, & quinq;
vulnera passionis. Assimilatur rosæ propter nimiam
charitatem, per quã pro nobis se sanguine rubricauit.
Quasi flos rosarum in diebus verni. Assimilatur lilio Ecc. 50.
pp puritatem. Quasi lilium cõuallium. Tertio prophe Can. 2.
ta ponit spiritũ requiescentem cũ dicitur: Requiescet
super eum spiritus dñi. In alijs hominib. spiritus non
requiescit, quia hẽt ibi aliquid, aut per modum contri
stantis sicut peccatũ mortale commissionis. Nolite cõ Eph. 4.
tristare spiritum sanctũ Dei. Aut p modum extinguen 1. The. 5
tis, sicut peccatum mortale omissionis. Spiritũ nolite
extinguere. Aut per modũ aduersantis, sicut est venia-
le, & sensualitas. Caro cõcupiscit aduersus spiritũ &c. Gal. 2.
Aut per modum molestantis, vt tumultus sollicitudi-
num, contrarietas desideriorum, perturbatio passio-
num. In Christo aũt Spiritus sanctus requieuit perfe-
ctè, quia nihil in eo fuit; quod Spiritũ sanctũ contrista
ret, vt est peccatum cõmissionis: Peccatũ non fecit &c.
Nihil quòd extingueret, vt est peccatum omissionis.
Quid est quod debui facere vineæ meæ, & nõ feci. Ni 2. Per. 2.
hil quod aduersaretur, quia sensualitas rationi in om- Esa. 5.
nibus obediuit. Nihil quod molestaret, quia nullus tu
multus sollicitudinum, nulla contrarietas deside-
riorum, nulla perturbatio passionum in eo fuit. In
hac

hac.n.circa omnia erãt pacifica. Hinc eſt, ꝙ coruus re quieuit in cadauere, qa diabolus requieſcit in peccato

Iob.11. re.Sub umbra dormit &c.Columba requieuit in uiridi

Hie.17. arbore, quia ſpiritus ſanctus requieſcit in ſanctorũ mẽ te, qui ſunt uirides coram Deo. Erit foliũ eius uiride, tñ in hac vita nõ requieſcit perfecte, iõ colũba de uiridi arbore ad arcã redijt. Arca vero requieuit in mõte q̃a Chriſtus, q eſt arca ſanctificationis, reqeuit in Spiritus ſancti altitudine, & plenitudine. Vñ & in euãgelio Nazareorũ ſic ſcriptũ eſt. Factũ eſt cũ aſcendiſſet Dñs de aqua, deſcendit foris omnis ſpiritus, & requieuit ſup eũ, & dixit ei, Expectabã te in oĩbus prophetis, vt venires, & requieſcerem in te. Tu es.n.requies mea.

Sermo cj. De eadem die ſermo quartus. De legatione, quomodo magna undequaque extiterit.

Luc. 1. MIſſus eſt Gabriel Angelus à Deo in ciuitatẽ Galilcę &c. Olim miſſus fuit diabolus ad Euã ĩferẽs paruam ſuggeſtionem, mendacem aſſertionem, & fallacẽ promiſſionẽ. Sed hodie mittitur Angelus ad Virginem offerens reuerendã ſalutationẽ cum dixit: Aue gratia plena: veram aſſertionẽ cum dixit: Inueniſti.n. gratiam apud dominum. Vtilem promisſionem cum dixit: Ecce concipies. Quamuis autem Deus olim miſerit multas legationes, & ambaſciatas ꝑ angelos ſuos, & prophetas ſuos: Iſta tñ fuit maior, & dignior q̃ vnq̃ miſit, qđ patet ex quatuor. Magnus.n.eſt ille, q miſit, magnus nũcius, quẽ miſit, magna ꝑſona, ad quã miſit, magna cã ꝑꝑ quã miſit. Primo igitur magnus eſt ille qui miſit, qđ notatur cum dr̃: A Deo.i.à tota Trinitate. Nã Pater ibi poſuit ſuam potentiam, filius ſuã ſapĩam,

Impoſſibilia. 3. Spiritus ſanctus ſuam gratiã. Tria.n.olim erãt impoſſibilia. Vnum ꝙ aliqua fœmina intra ſuũ vterum Deũ cõciperet. Iõ pater poſuit ibi ſuã potentiã, qa potẽtiã receptiuã diuinitatis: Pater B. Vergini Marię dedit, vt intra ſuum uterũ poſſit concipere Deũ. Vnde angelus hunc

hunc conceptum per Dei potentiã probauit. Nõ erit inquiens impossibile apud Deũ oẽ uerbum. Signum magnum apparuit in cœlo, idest in ecclesia militãte, mulier amicta sole, i dest fulgida diuinitate. Secundũ impossibile erat, quod uirgo existẽs uirgo, cõciperet: ideo filius posuit ibi suam sapiam, quia saluo sigillo uirginitatis, sapienter sciuit intrare, & sapienter exire, hæc enim est illa porta de qua dicitur, ꝙ omni homini est clausa, nisi soli principi, qui intrat, & exit per eã. Tertium impossibile erat qđ aliqua mater sine peccato filiũ generaret. Ideo Spiritus sanctus posuit ibi suam gratiam, quæ ipsam uirginem in utero matris sãctificauit, & postmodũ in conceptu eã superuenit, & eã purgauit, atque mundauit, ita ꝙ sine peccato concepit. Ideo dicitur; quod. n. nascetur ex te sanctum vocabitur &c. Secundò ipsa legatio fuit magna, quia. s. magnus nuncius, quem misit, quod notatur cum dr̃: Missus est angelus Gabriel. Eius autem magnitudo apparet ex tribus magnis officijs, quæ in curia Dei habet. Vnum est assistentia apud Deum. Ego enim sum Gabriel angelus, qui assisto semper ante Deum. Secundum est uictoria præliorum, vnde dicit glosa super Dan. 8. Gabriel prælijs præpositus est, iõ Gabriel fortitudo Dei interpretať. Tertium est reuelatio secretorum. Gabriel fac intelligere istam uisionem. Ecce q̃ magna officia. Magnum enim est secrera reuelare, maius victoriam in prælijs tribuere, maximum ante Deũ semper assistere. Et sicut uidemus, ꝙ Papa habet tres differentias nunciorum, siue legatorum, quorũquosdam mittit ad negotia magna, & isti dicuntur nũcij, quosdam ad negocia maiora, & isti dñr legati non ex latere, quosdam ad negotia maxima, & isti dicuntur legati ex latere. Sic Deus quosdam mittit ad negotia magna, ut angelos, quosdam ad negotia maiora, ut archangelos, quosdam ad negotia maxima, ut scilicet illos de suprema hierarchia, qui semper Deo assistunt. Et ideo de illis legatis de latere, qui sunt istius supre-

mæ

Luc. 1. Apo. 12 Eze. 44. Gabrielis sublimitas. Luc. 1. Dan. 8.

mæ hierarchiæ, quidem angelum Gabriel affirmant fuisse, unde dicit Greg. Ad Mariam summum angelũ mitti debuit, qui summum omnium nunciauit. Tertiò hæc legatio fuit magna, quia magna ꝑsona fuit ad q̃ fuit missus, quod notatur cum dr̃: Ad Virginẽ despon satam uiro Ioseph. De qua duo dicuntur. s. ꝙ fuit, & Virgo, & desponsata. Ideo uidendum est, quare Christus nasci voluit de Virgine, & quare de desponsata. De Virgine quidem dn̄s nasci voluit secundũ Ansel. vt opera sua perficeret, & compleret. Quatuor aũt modis Deus hominem facere potest, scilicet sine hoĩe & fœmina, sicut fecit Adam. De homine sine fœmina, sicut primam matrem Euam. De homine & de fęmina, sicut fecit nos. Et ideo ut opera Dei essent perfecta, quartum modum faciendi hominem addidit, & filiũ suum de fœmina sine homine nasci uoluit. Dei ꝑfecta sunt opera. De despõsata nasci uoluit Dominus Iesus Christus, ut in quolibet statu salutẽ esse ostenderet. s. in statu virginali, matrimoniali, & uiduali, ideo ipsa B. Maria fuit uirgo incorrupta, & desponsata, & post mortem Ioseph vidua derelicta. Quartò ista legatio fuit magna, quia magna cã propter quam misit. Commisit. n. ipse Deus angelo quatuor legationes. Primã vt ipsam beatam uirginem salutaret, quod fecit qñ dixit. Aue gratia plena. Ber. Inducit nos ad salutationẽ Mariæ Gabrielis exemplũ, Ioannis tripudiũ, & resalutationis lucrum. Secunda legatio quã cõmisit Deus angelo est, ut salutantẽ cõfortaret. Cum. n. Virgo salutationẽ audiuisset, turbata est in sermone angeli. B. ergo uirgo Maria turbata fuit, nõ turbatione impatẽtię, sed uerecũdiæ, pauoris, & admirationis. Angelus aũt in specie iuuenis speciosi ad eã intrauit in cubile, iõ fuit multum turbata, & pauefacta. Vñ cãtat. Et expauescens uirgo de lumine. Nouã, & insolitã salutationẽ angelus B. Virgini facerat, ideo fuit secundò turbata, idest admirata, ideo angelus beatam Virginẽ sic verecundatã, sic pauefactam, sic admiratam confortauit dicens:

Quatuor modi pôt De⁹ hominẽ facere.

Deu. 32

cens:

cens: Ne timeas Maria. Propriū.n. boni angeli eſt terrere in principio, confortare in medio, & lætificare in fine. Mali autem angeli, qui ſe transformant in angelos lucis, in principio quidem terrent multum, in medio magis, & in fine maxime terrent. Tertia legatio qua commiſſa fuit angelo ex parte Dei ad B. Virginē eſt, vt confortatam magnum filium gn̄aturā nūciaret cum dixit: Ecce concipies, & paries filium &c. hic erit magnus &c. Vbi oſtendit ipſum eſſe magum ex origine cum dixit. Filius altiſſimi vocabit'. Ex potēti dn̄atione cum ait. Dabit illi dn̄s Deus ſedem Dauid patris eius. Ex nobili ſubditorum poſſeſſione cū dicit, Et regnabit in domo Iacob in æternum. Nō dixit in domo Eſau, quia non regnat in malis, ſed in bonis. Et ex æterna duratione cum dixit. Et regni eius non erit finis. Quartò, quia ipſam generantem uirginitatem ſeruaturam promitteret. Quæſiuit.n. Maria dicens: Quomodo fiet iſtud qm̄ virum nō cognoſco? Ac ſi dicat. Cum tres ſint modi generandi filium, ſ. ſpiritualiter, naturaliter, & ſuper ſubſtantialiter. Si intelligas quod generabo ipſum ſpiritualiter, magnum quidem erit, ſed tamen ad me nihil pertinebit. Si autē intelligas, quod naturaliter, ſ. quod voluntas Dei ſit, ut de ſpōſo meo Ioſeph naturali more gn̄em, maius quidem erit. Gaudebo.n. de tam nobili prole, ſed non gaudebo de perdita uirginitate. Si autem intelligas quod ſuper ſubſtātialiter, & miraculoſe, hoc quidem maximum erit. Gaudebo enim de tam nobili prole, & conſeruato pudore. Et nunc angelus ei expoſuit, qđ tertio modo conciperet, ſ. ſuper ſubſtantialiter dicēs: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Et conuenienter dicit: Obumbrabit tibi. Deus.n. lux eſt inacceſſibilis. Lucem habitat inacceſſibilem, eſt ignis inextinguibilis. Deus noſter ignis conſumēs eſt, & dulcedo ineffabilis. Spūs meus ſuper mel dulcis. Virgo igitur habendo Deum in ſuo vtero habuit lucem inacceſſibilem ignem inextinguibilem

Angelorum bonorum apparitio à malorum diſpar.

1. Thi. 6
Heb. 12
Eccl. 24

bilem,& dulcedinem ineffabilem.Sed si oculus ad visum solis reuerberatur,si caro modicum carbonis tactum non patitur, si ex immensitate gaudij quis moritur,qũo virgo beata,quæ pura creatura erat, potuit respicere in lucem tam infinitæ claritatis pati tm̃ caminum diuinitatis, sustinere,dulcedinem tam infinitæ iucunditatis? Proculdubio non potuisset, nisi virtus altissimi obumbrasset. Lux.n.inaccessibilis se sibi obũ

Notandum.

brauit,qñ testę,i.terrenę carni se vniuit.Et sic lucẽ in testa, tãquã in lucerna videre potuit, Ignis quidẽ inextinguibilis,& diuinus se sibi obumbrauit, quia inter se, & aĩam virginis corpus assumptum mediũ posuit,& sic calorem sustinere potuit.Dulcedo ineffabilis se sibi obumbrauit,quia tantam dulcedinem carne uelauit,sicut homo habẽs in ore aliquid dulcissimũ, tãtã dulcedinẽ tẽperat,quia aliquo extrinseco ipsam velat.Bene ergo dr̃ virtus altissimi obumbrabit tibi, dum & lux testæ se vniuit & ignis medium interposuit,& dulcedo ineffabilis se uelauit. Tunc Maria sic salutata,sic confortata, sic de magnifica prole lætificata,sic de pudore certificata ait. Ecce ancilla domini &c.Non est credẽdum ꝙ ista sic leuiter protulerit, sed qđ ipsa in terra genua flexit,terram osculata, est oculos ad cęlum leuauit, manus & brachia in cęlum extendit,& sic cum magno gaudio dixit:Ecce ancilla domini &c.

Sermo ciij. De eodem sermo quintus. Quare Beatam Virginem salutare debeamus.

AVe gratia plena dñs &c. Nullus sufficienter laudare,& salutare potest illam, quam salutauit angelus dicens:Aue gratia plena:quam sanctificauit Pr̃ altissimus.Sanctificauit tabernaculũ suum altissimus,

Ps. 45. quam reueretur Dei filius.Erat subditus illi,cui se cõ

Luc.2. misit Spiritus sanctus. Spiritus sanctus superueniet

Ibid. 2. in te,quã totus beatificat,& admiratur mũdus. Ibidẽ.

Ecce

Ecce.n. ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quamuis aũt digni non simus, tñ eam salutare debemus,& pp debitum, & pp exemplum, & pp fructum. Debitum quidem est qa salutatio debetur amicis,beneficis,& dominis.Et ipsa est amica nostra,Surge propera amica mea. Ego mater pulchræ dilectionis,i. quæ pulchrè diligo,& pulchrè amari uolo. Est & benefica nostra: Venerunt mihi oĩa bona pariter Eccl. 24
cum illa.Et dñã nostra; In omni populo,& in oĩ gen Sap. 7.
te primatum tenui &c. Ipsa.n.dominatur in cœlo,iõ Eccl. 24
dicit:In omni populo,s.angelorum In mundo,ideo subdit;Et in omni gente primatum tenui.In inferno ideo subdit:Omnium excellentium,& sublimiũ colla ꝓpria uirtute calcaui. Quia ergo est amica nostra, debemus eam salutare deuotè.Et ille deuotè salutat, qui salutat eam cum sincera intentione, cum cordis attentione,& cum fidei deuotione.Quia igitur benefica nostra est,debet salutari frequenter.Sume cytharam,i.salutationem angelicam,& circui ciuitatem,i. beatam uirginem,in qua est unitas ciuium,i. cogitationum in ipsum Deum vnitarum.Deinde subdit;Be Esa.23.
ne cane,frequẽta canticum,vt memoria tui sit. Quia est domina nostra dẽt salutari humiliter,s.cum genu flexione. Non est magnum si homo ad salutationem illã genua ponat in terrã,ad cuius prolationem Rex regũ descendit in terram,nõ est mirum, neq; magnũ si se humiliat uermiculus, cum ad illam salutationẽ altissimus factus est paruus, nõ est magnũ si homo genua in terram figat,qñ reginam cœli,& terrę salutat. Secundò debemus eam salutare pp exemplum.Habemus.n.exemplum ab angelo,qui eam salutauit in thalamo. A Ioãne qui eam salutauit in utero. A filio qui 3.Reg.2
eam salutauit in cęlo Surrexit Rex in occursum matris,adorauitq; eam,i.salutauit;ideo debemus erubescere eam .s. non salutare, postquam tales eam salutant.Erubesce a salutantibus de silentio. Tertiò debe Eccl. 41
mus eam salutare propter fructum.Ipsa enim salutan

tem resalutat. Obuiant illi quasi mater honorificata.
Ecc. 24. Obuiamus enim sibi orationibus deuotis. Obuiat ipsa nobis auxiliis opportunis, dando nobis, s. panem gratiæ. Vnde subditur: Cibauit eum pane vitæ, & intellectus. Virtutem perseuerantiæ. Vnde subditur: Et firmabitur in illo, & non flectetur. Et exaltationem gloriæ. Vnde sequit: Et exaltauit illum apud proximos suos. Vel potest dici q hæc salutatio est dicenda, quia uirgini multum placet, & diabolo multum displicet, hominibus multum prodest. Placet quidem virgini quādo audit salutationē, quā sibi detulit fidelis paranymphus, quæ sibi gaudium maximum fuit. Vnde dixit: Exultauit spiritus meus &c. Qñ audit cœlestem cantationem, quā sibi detulit ioculator deuotus, q̄ cantatio tantę suauitatis fuit, quod prouocauit ad cantandū &
Ps. 95. ipsam cum dixit: Magnificat anima mea dñm. Et angelos quando dixerūt: Gloria in excelsis Deo. Et totum
Pro. 15. mundum. Lętentur cęli, exultet terra. Quando audit epistolam, quam sibi detulit fidelis nuncius, in qua cōtinetur prosperitas amicorū, redemptio captiuorum, & victoria hostium. Aqua frigida animæ sitienti &c. Ista autem epistola secundum Bernar. fuit in consistorio diuinitatis seu Trinitatis dictata, digito Dei descripta, & uni de fortissimis palatij ad deferendū delegata. Qñ audit legationem, quam sibi detulit solēnis legatus, per quam sibi annunciabat, quod in reginam erat assumenda. Bernar. Egreditur Gabriel de rege ad reginam, de imperatore ad imperatricem, & eo fortè alacrius, vt scilicet cum angeli prius regem haberent, habituri essent & reginam. Secundò diabolo multum displicet. Displicet enim sibi illa salutatio, quia sibi est ad dissecationem. Cum enim sit inuidus dissecatur, uidēs quod per illam salutationem homo acquirit salutem. Displicet sibi illa cantatio, quia est sibi ad molestationem. Cum enim sit in luctu, molestatur, qñ eā
Ecc. 22. audit. Musica in luctu importuna narratio. Displicet sibi illa epistola, quia est sibi ad conturbationem. Cum

enim

enim sit tyrãnus displicet sibi, quod per illã amisit captiuos. Educẽs de cõsolatione vinctum &c. Displicet Esa. 42.
sibi illa legatio, quia est sibi ad indignationem. Cum
.n. sit superbus indignat, qđ à muliere sit uictus. Erit. Iudit. 9
n. memoriale domino, quod manus fęminę deiecerit
eum. Nec mirum si tantum sibi displicet illa salutatio,
illa cantatio, illa epistola, illa legatio; quia per illam
fuit territus. Terribilis ut castrorum acies ordinata. Can. 6.
Fuit cõfusus. Tradidit eum in manus fœminæ, & cõ- Iudi. 16
fudit eum. Fuit contritus: Ipsa conteret caput tuum. Gene. 3
Fuit mortuus, Inter pedes Iael, idest uirginis defecit, Iud. 4.
& mortuus est Sysara, idest Diabolus. Et ideo cum illã
salutationem audit, timet, ac si audiret tonitruum, quo
rotetur, & terreat. Vox tonitrui tui Deus in rota. Ac Psal. 76
si uideret clauam, qua percutiat. Consurget uirga de Nu. 24.
Israel &c. Ac si uideret gladium quo iuguletur. Ampu Iud. 13.
tauit Iudith pugione caput Holoferni. Ac si uideret Iud. 5.
clauum, & malleum, quo excerebraret. Sinistram manum misit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos, tempora Sysaræ, idest Diaboli ualde perforans.
Non solum autem displicet sibi illa salutatio, sed etiã omnia uerba quæ sunt in ea. Displicet.n. sibi Aue. i. sine vę, cum ipse æternum uæ procurauerit. Cumque audit nominare Mariam, cum ipsa eum contriuerit. Cumque audit gratia plena, cum ipse primos parẽtes gratia euacuauerit. Cum audit dominus tecum, cum serpẽs sit, & fuerit. Cunq; audit benedicta tu in mulieribus, cum ipse maledictionẽ induxerit. Cũ audit benedictus fructus uentris tui, cũ p suã suggestionẽ fructus mulieris fuerit maledictus. Tertiò hæc salutatio homini multũ pdest. Hõ.n. aliqñ est immundus per culpam, tenebrosus per ignorantiam, uacuus pec priuationẽ gratiæ, solus derelictus a diuina protectione maledictus maledictione pęnæ æternæ, & famelicus à cęlesti refectione. Sed q est immundus ad tã sanctã accedat, q̃ est sine uæ culpæ, ideo dicitur: Aue. Qui est tenebrosus accedat ad tam illuminatam, ideo dicitur:

Maria, quæ interpretatur illuminata. Qui est gratia vacuus, accedat ad tam repletam, ideo dr̃: Gratia plena. Qui est solitarius, ad tam satiatam accedat iō dr̃, Dominus tecum. Qui est maledictus, accedat ad tam benedictam, ideo dr̃: Benedicta tu in mulierib. Qui est in cœlesti benedictione, & refectione priuatus, accedat ad ipsam tali fructu in immensum dotatam, ideo dicitur. Et benedictus fructus uentris tui.

Sermo ciij De eodem sermo vi In quo ostenditur sex in beata virgine spiritualiter fuisse gratias, quas temporaliter vnaquaque mulier affectare solet.

AVe Maria gratia plena dñs tecum. Solent mulieres sex gratias affectare tēporaliter, quas B. Maria uirgo habuit spiritualiter, quæ in angelica salutatione optantur. Primò nanq; habuit pulchritudinem, cū dr̃: Aue, i. sine uę peccati, Fuit enim tam pulchra, ꝙ fuit sine macula. Tota pulchra es amica mea & macula non est in te. Ipsa. n. fuit pulchra, quia sine peccato originali. Tota pulchra, quia sine peccato mortali. Et sine macula, qa sine peccato veniali. Et nō tm̃ fuit pulchra, sed habuit pulcherrima ornamenta. De quib. dicitur: Oīs gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis. Habit. n. uestimentum uariatum per uirtutum diuersitatem, ideo dicitur: Circumamicta uarietate. Interius informatum per sinceram intentionem, iō dr̃: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Exterius auro seratum insertum per charitatem, ideo dr̃: In fimbrijs aureis. Eius. n. charitas, & vsque in finem pseuerauit, & usque ad pauperes se extendit, qui sunt quasi fimbriæ in uestimento ecclesiæ. Secundò excellentiam, & nobilitatem habuit, cum dr̃ Maria, quæ interpretatur domina. Est autem triplex nobilitas. Prima est originis, quæ causatur ex carnis propagatione. Secūda morum, quæ causatur ex morū compositione. Tertia uirtutis, quæ causat ex uirtutum possessione. Istā triplicē nobi-

Cant. 4. · Psal. 44 · Nobilitas triplex.

nobilitatē ipsa habuit. De qua dicitur: Astitit regina à dextris tuis, ecce nobilitas originis. In vestitu deaurato, i. cum corpore morum honestate præclaro, ecce nobilitas moris. Circundata varietate, i. virtutum multiplicitate, ecce nobilitas virtutis. Tertio habuit diuitiarum plenitudinem, cū dr̄: Gratia plena. Habet autem Deus quadruplicem mēsuram gratiæ, s. confertam, bonam, coagitatam, & supereffluentem. Bona mensura est mensura sufficientiæ, quam hn̄t oēs sancti ad sui iustificationem. Conferta est mēsura abundantiæ, quam habuerunt apostoli ad suam conuersionē, & aliorū saluationem, Coagitata est excellentiæ, quam habuerunt in utero sanctificati. Super fluens est mensura affluentiæ, quæ fuit in Christo. Oēs autem has quatuor mēsuras gratiæ, Virgo Maria habuisse videtur. Vñ ipsa ait: In me omnis gratia vitæ, quo ad gratiam iustificantē. Et ueritatis, quo ad gratiam alios conuertentem, & saluantem. Et uirtutis, quo ad gratiam confirmantem. Et à generationibus meis adimplemini, quo ad gratiam superfluentem. Quartò habuit sponsum amabilem, cū dicitur: Dominus tecum. Circa quòd notandum, ꝙ quadruplex est unitas. Prima est carnalis, quæ est inter sponsum, & sponsam. Secunda est naturalis, qua est inter patrem, & filium. Tertia est socialis, quæ est inter amicum, & amicum. Quarta est spiritualis, quæ est inter Deum, & animam. Ista quadruplici unitate Dominus erat secum. Primò unitate carnali, quæ est inter sponsum, & sponsam. Christus enim cum ea matrimonium contraxit, & eam in sponsam accepit. Sponsabo te mihi in fide. Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo sponsatā ualde amauit. Adamauit eā rex sup oēs mulieres. Adamatā sibi cōiūxit, & vna caro facta fuit, qa caro Xp̄i erat caro virginis. Erūt duo ī carne una. Scd̄ò fuit cū ea vnitate naturali, q̄ est īter mr̄m & filiū. Ex qua unitate fiebat, ꝙ ipsa diligebat filiū tanq̄ rē suā. 2. Regum. 1. Sicut mater unicum filiū diligit, ita te diligebā. Et filius honorat matrem tanquā cām

Marginal notes: Ps. 44. / Gratiæ mēsura quadruplex. / Luc. 6. / Ecc. 24. / Vnitas quadruplex. / Osee. 2. / Ps. 18. / Hest. 2. / Gen. 2.

ſuam honorando ipſam in uita, quia ſibi ſubditus fuit. In morte, quia ad ipſam venit. Et poſt mortem, quia ad dexteram ſuam collocauit. Et ipſi ambo ſibi mutuo cō

Luc. 2. patiebantur, tanquam habentes animam ſuam. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius. Tertiò fuit ſecum

Can. 7. vnitate ſociali, quæ eſt inter amicum, & amicum. Ipſi enim diligebant ſe mutuo. Ego dilecto meo, & cōuerſio eius ad me. Ipſi idem velle, & idem nolle habebāt.

Ibid. 2. Dilectus meus mihi, & ego illi. Immo eis, & ī eis cor vnũ, & anima una erat. Si enim de credētibus dr̄, Erat

Act. 4. enim eis cor vnum, & anima una, multo excellentius iſta unitas in filio, & matre erat. Quartò fuit cum ea vnitate ſpirituali, quæ eſt inter Deum, & animā: Adeo quidem fuit ſecum vnita per amorem, quod tota fuit in amorem conuerſa, ideo dicitur. Mulier amicta ſole ꝙ tota ex amore facta eſt languida. Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo, ꝙ tota fuit

Apo. 12 amore liquefacta. Anima mea liquefacta eſt. quòd to-

Can. 2. ta fuit amore Chriſti vulnerata. Vnde ait ſponſa. Vul-

Ibid. 5. nerata charitate ego ſum. Quintò habuit famam cele

Ibid. 2. brem, cum dicitur: Benedicta tu in mulieribus. Ipſa. n. fuit famoſa Deo per humilitatem, angelis per uirginitatem, hominibus per fœcunditatem. De his tribus dicitur: Tu gloria Hieruſalem, ideſt Dei, in quo eſt viſio noſtræ pacis. Tu lætitia Iſrael, id eſt angelorum,

Iud. 15. qui ſemper reſpiciunt faciem patris. Tu honorificentia populi noſtri, ideſt totius generis humani. Et ſequitur. Quia feciſti viriliter, Deum, ſcilicet per tuam humilitatem ad terram trahendo. Et confortatum eſt cor tuum, per tuam fęcũditatem humano generi ſalutem inueniēdo. Eo quod caſtitatem amaueris, virginitatē cum angelis conſeruando. Propter hanc famam celebrem ipſa dicit: Beatam me dicens omnes generationes. Quia, & coniugatæ propter prolem quam habuit, & uiduæ propter continentiā, quam ſeruauit, & virgines propter integritatem mentis, & etiam corporis, quam cuſtodiuit. Sextò habuit prolem nobilem,

cum

cum dicit; Et benedictus fructus vētris. Ista est illa benedictio de qua dr̄, Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam vini, frumēti, & olei. De quo ēt fructu dr̄, A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. In isto fructu fuerunt tres subæ s. caro, quæ significatur per fructum, quæ fuit mortua in passione, pullulauit in resurrectione, & multū fructum attulit in ascēsione, & spiritus sancti missione: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit &c. Per oleum significatur eius aīa, quæ oleo sancti spiritus fuit plena.. Vnxit te Deus Deus tuus &c. Per ipsum vinum quod lætificat cor hominis, significatur ipsa diuinitas, quæ est lętitia sanctorum. Est igitur iste fructus benedictus, & quantum ad carnem, q̄ pro nobis passa fuit, & resurrexit, & quantum ad aīam, quæ spiritu sancto plena de sua plenitudine nobis effudit, & quantum ad diuinitatem in qua nostra lætitia, & beatitudo consistit &c.

Gen. 27. Ps. 4. Ioā. 12. Esa. 1.

Sermo ciiij. De eodem die sermo septimus. Quare Virgo Maria salutanda.

AVe Maria gratia plena &c. In ista salutatione angelica ponuntur sex causæ, quare dēt aliqua dña salutari, quæ possunt plene in domina nostra uirgine Maria gloriosa inueniri. Salutanda est quidem dña nostra, tam formosa, quod notatur cum dr̄, Aue, i. sine væ peccati, Nulla. n. peccati macula in ea fuit, & iō fuit plene formosa, & pulcha extitit. Vt uero eius pulchritudinem melius uideamus, notandum quod est quintuplex pulchritudo. Prima est spiritualis, q̄ consistit in decore virtutum, De qua dr̄ Thren. 4. Saphiro pulchriores. Istam pulchritudinem ipsa habuit, De qua dr̄: Specie tua, & pulchritudine tua &c. Omnes. n. virtutes ipsa possedit. In me omnis gratia uitæ, & uirtutis &c. Secunda est pulchritudo moralis quæ consistit in compositione morum. De qua dr̄: O quam pul-

Pulchritudo quintuplex in Maria. Ps. 44. Eccl. 44

memoriale passionis. Vnum in uisu: s. passio Christi picta Aliud in auditu, scilicet passio Christi prædicata. Aliud in gustu, scilicet passio Christi in hoc sacramento veraciter contenta. Si igitur affectum mouet pasśio Christi imaginibus uisa, & pasśio audita, & prędicata, multo fortius mouere debet pasśio degustata. In omni ore quasi mel dulcorabitur eius memoria. Quintum lauacrum est lachrimarum ex oculis ad lamentum quantū ad publicæ pęnitentes, qui hodie reconciliantur. In capite enim ieiunij excludunt ab introitu ecclesiæ: arcentur a pceptione eucharistiæ, & ligantur nexibus pœnitentiæ. Et istud fit in signum pœnitentiæ Adæ, qui fuit a paradiso eiectus, a ligno vitæ prohibitus & multis pœnis ligatus. Sed hodie Christus cœlestem ianuā cœpit aperire, & ideo in ecclesiā introducunt. Hodie corpus & sanguinē ad mā ducandum dedit, & ideo ad edendum admittunt. Hodie ligatus fuit, & ideo ipsi qui ligati erāt a nexib. soluuntur, iuxta illud: Si ergo me quæritis finite hos abire. Sextum lauachrum est lachrimarū ex plantis ad sacramentum, sicut est oleum, & balsamū, ex qb. chrisma conficit, & pontificali benedictione adiuncta Per qđ datur intelligi; quod debemus habere oculum, idest nitorem conscientiæ, quantum ad Deum; Prudentes uirgines acceperunt oleum &c. balsamum; idest odorem bonæ famę quantum ad proximum, Sicut cinnamomum & balsamum odorē dedi: & benedictionem cœlestis gratiæ quantum ad seipsos, quam benedictionem cœlestis pontifex habet dare.

Christi memorialia. — Ecc. 49. — Io. 18. — Mat. 2[5] — Eccl. 14

Sermo cvij. De eodem die sermo ij. quomodo Christus hac in cœna, amici, magistri, domini, serui, ac prælati personam assumpsit.

SVrgit a cœna, & ponit vestimenta sua. in hac cœna Dominus multorū personam assumpsit. s. personā amici, magistri, domini, serui, ac pręlati. Personam q̄dem amici assumpsit qn̄ cū discipulis cænare uoluit.

Signum.n.ſpiritualis amicitiæ, inuicem epulari, & maxime qñ deberent ſe ſeparari. Chriſtus igitur ab apoſtolis diſceſſurus, primum cum eis cœnam uoluit celebrare. In qua quidem fuit triplex genus cibi, & triplex genus uini. Ibi.n.fuit panis azimus, agnus typicus, & Chriſti uerum corpus, quod Chriſtus in ſpecie panis diſcipulis dedit. Cõtraria autem his fuerunt in cœna Adæ, quam ipſe cum uxore ſua celebrauit. Hic.n.fuit panis azimus, ibi fuit panis fermẽtatus, quia tota natura humana per peccatum fuit fermentata & corrupta. Hic agnus typicus, ibi cibus vetitus, hic panis in corpus Chriſti mutatus, ibi panis mutatus in corpus Diaboli, peccatum.n. mortale in corpus Diaboli facit trãſire. Fuit etiam in cœna Domini triplex genus uini, ſ. legale, i. ſuccus de lactucis agreſtibus; Sacramentale, ideſt ſanguis Chriſti diſcipulis in ſpecie uini oblatus. ſpirituale, ideſt abũdantia diuini amoris, quo oẽs, qui erant in illa cœna erant repleti, & quodammodo ebrij effecti. Nam præ amore Chriſtus fuit ebrius, quãdo in Cruce fuit denudatus. Petrus fuit ebrius, quando contra pericula mortis ſecurus erat effectus. Ioannes fuit ebrius, qui in Chriſti pectore, quaſi in fonte fuit potatus. Si igitur ad hanc uolumus accedere, & corpus Chriſti dignè ſuſcipere, debemus, hunc triplicem cibum habere, ſcilicet panem azimum, ideſt cor purum. Epulemur in azimis ſinceritatis. Agnum, ideſt cor amore Chriſti inflammatum &c. Pſalmus, Inflammatum eſt cor meum &c. panem tranſubſtantiatum, ideſt cor ab omni amore mundi alienatum, ut nihil ſit ibi amoris mundi, ſed accidentia ſine ſubiecto, ideſt amor temporalium, non radicentur in animo. Debemus etiã habere hoc triplex uinum, ſ. vinum cõtritionis ex herbis agreſtibus &c. Potabis nos vino compunctionis, uinum deuotionis, ut eius ſanguinem ſemper cum deuotione, & deſiderio in memoria habeamus, Pulli eius lambunt ſanguinem, uinum amoris, ut eius dulcedine delectemur, & inebriemur.

[Margin notes: In cœna Xpi triplex genꝰ cibi atq; uini. — Ad Euchariſtiã ꝑparatio. — 1.Cor.5 — Pſ.59. — Iob.9. — Can. 5.]

Bibite

Bibite, & inebriamini chariſſimi. Secundo Chriſtus aſſumpſit perſonam magiſtri, cum dr̃; Vos uocatis me magiſter & Domine, de iſto magiſtro dicit; Magiſter ſcimus, quia uerax es &c. Secundum autem Chryſo. Magiſter veritatis quis efficitur, veritatem non falſificando, a ueritate non cadendo, & ueritatem defendendo Chriſtus igitur dicitur uerus magiſter, quia ueritatem non falſificauit, unde dicitur; Magiſter ſcimus, qa verax es, veritatem non tacuit, vnde dicit; Et viam Dei in ueritate doces: & ueritatem defendit, unde dicitur, Non enim reſpicis perſonam hominum. Habuit autem iſte magiſter quatuor modos docendi, docuit uerbis, exemplis, ſacramentis, & miraculis. Quidam enim erant rudes, & inſcij, & iſtos docebat verbis; Aperiens os ſuum, docebat eos dicens; Beati pauperes ſpiritu quoniam &c. Quidam erant curioſi, qui nolebant audire uerba, ſed videre făcta, iſtos docebat exẽplis: Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde. Quidam erant ſuperbi, & iſtos humiliabat ſub creaturis inſtituens ſacramenta a quibus iuſtificationẽ acciperent, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto &c. Quidam erant duri & obſtinati, iſtos conuincebat miraculis. Qui pertranſit benefaciendo, & ſanando omnes oppreſſos a diabolo. Tertio aſſumpſit perſonam domini, cum dicit; Si ego magiſter, & dominus, Dicit autem Cyprianus, quod ad perfectum dominum tria requiruntur, ſcilicet terror, ordinatio, & amor. Quantum ad iſta tria Chriſtus in præſenti uita plenum dominium nõ oſtendit: In futuro autem oſtẽdet, quia reprobos reget in terrore, Reges eos in uirga ferrea &c. Beatos reget in amore. Amantiſſimus domini habitat confidenter: & omnes ponet in ordine. Nam & in bonis erit ordo præmiorũ, alia claritas ſolis ideſt Chriſti, alia claritas lunæ, i. beatæ Virginis Marię, alia claritas ſtellarũ. i. aliorum ſanctorũ Stella .n. differt a ſtella in claritate, qa ẽt gloria vnius sãcti differt a gloria alterius. In malis eſt ordo pęnarũ, Iux

[Margin notes: Io. 13. — Mat. 22. — Docendi quos modos habuit Chriſt⁹. — Mat. 5. — Ibid. 11 — Io. 3. — Act. 10. — Dño requiruntur. 3. — Pſal. 2. — Deut 3. — 1. Co. 15]

Apo. 23 ta illud. Quātū se glorificauit & in delitijs fuit, tm̄ da te ei tormentum, & luctū. Quartò assumpsit personam serui in hoc, quod pedes seruorum lauit, quod fecit primo in exemplum humilitatis, vn̄ dicit. Exemplum

Ps. 12. enim dedi uobis &c. Quis sicut dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra? tunc humilia respicit in terra, qn̄ pedes Iudæ lauit, qui Iudas erat terrenus per auaritiam. Chrys. Quē tumorem non destruat, quod qui sedet sup er cherubin pedes lauit proditoris? Secūdo lauit in medicamentū nostræ infirmitatis, homo quidē se erexerat usque ad summum Dei: Iō Chrstus se humiliauit usq; ad infimum hominis, ut eius humilitas superbiā nostram sanaret. Aug. Tanta quippe est humilitas, ut eā suo com mēdaret exemplo diuina sublimitas, quia homo sup. bus in æternum periret, nisi eum Deus humilis muniret. Tertio lauit in sacramentum habendæ puritatis; lauit enim pedes antequā eis corpus suum daret, ut per hoc daretur intelligi, ꝙ antequam ad corpus Christi accedamus, lotione pedū idest affectuum indigemus. In cuius significatione dicit Diony. ꝙ sacerdos celebraturus lauat manus, quia non tm̄ debet esse mundus a peccatis grauibus, sed ēt a uenialibus. Quintò assumpsit personā prælati cū dixit: Exēplum enim dedi uobis &c. Christus ergo prelatis in exēplū, q docuit discipulos suos per exēplum, per doctrinam, & ꝓtexit ꝑ orationē de quibus dicit Gregorius, Christus ueniēs, noua docuit, noua docens mira exercuit; mira faciēs, praua tolerauit. In his ergo tribus tota vita Christi cōprehenditur, scilicet in docendo, in faciendo, & in prædicando. In quibus prælati ipsum imitari debent.

Prelat⁹ qualis esse dēt Ipsi nāq; subditos instruere dēnt ꝑ doctrinā, informare per vitā, & defendere per iustitiā, sed multi possent dicere illud: Nō sum medicus, & in domo mea nō est panis, neq; vestimentum, noli me cōstituere principē populi. Ipsi enim non sunt medici quia non possunt sanare aliorum vitam, cum ipsi vitā habeant vulneratam,

tam, Greg. Cũ causam populi præsul suscipit, quasi ad ęgrũ medicus accedit. Qua ergo præsumptione mederi properant, qui in facie ipsum vulnus portant? Ipsi etiã nõ habent panem sacrę doctrinę, & ideo alios reficere, & instruere nõ possunt. Paruuli petierunt panẽ, & nõ erat qui frangeret eis. Ipsi etiam non defendũt per iustitiam, De cuius vestimento dicitur: Induti lorica iustitię. Thr.3. Eph.6.

Sermo cviij. De eodem sermo quartus. Humilitatis, maiestatis, ac charitatis opus, nobis Christus ostendit.

SCitis quid fecerim vobis? Ad istã interrogationẽ possumus respondere, vtiq; scimus, q̃d hodie fecerit nobis; q̃a tria opera fecit nobis. Primum est opus miræ humilitatis, & hoc inquantum pedes discipulorum lauit, & ista humilitas commendabilis est, quantum ad quadruplex genus causę. Primo ex cõsideratione causæ agentis, q̃a ille, q̃ est super omnia, se hodie humiliauit infra omnia; idest vsq; ad pedes seruorũ, vñ primò ostendit suam sublimitatẽ, & postea ponit humilitatẽ dicẽs: Vos vocatis me magister, & dñe &c. Si ergo dominus & magister vester &c. nec est verbũ superbiæ, sed humilitatis necessarię. Cum enim superbire, sit super alios ire, qui super omnes est, superbire nõ põt. Secundo cõmendabilis ex cõsideratione causæ materialis; idest ipsorum discipulorum, circa quos fiebat ipsa ablutio, q̃a non lauabat pedes Imperatorũ sed piscatorum, & seruorum, Vnde Petrus sciens suã vilitatẽ, & Christi maiestatẽ dixit: Non lauabis mihi pedes in æternũ. Et Christus respondit: Si nõ lauero te &c. tũc Petrus timore cõcussus, & amore inflammatus obtulit lauandos pedes, & manus, & caput. Sed dominus p suam responsionem ostendit, q̃ Petrus nõ indigebat lotione capitis, nec manuũ, sed tantum pedũ. Per caput enim intentio, p manus autem operatio significatur.

Humili. Chri cõmendatur.

Notandum.

gnificatur. Ista autem in Petro munda erāt, quia intētionē ad Deū dirigebat, & opera sancta habebat. Per pedes autem significatur affectio, quæ aliquo puluere terrenæ affectionis, siue cupiditatis sæpe aspergitur. Augu. Ipsi humani affectus; sine quibus in hac mortalitate nō viuitur, quasi pedes sunt, vbi & humanis rebus afficimur. Vnde si dixerimus quòd peccatum nō habemus, nosmetipsos decipimus. Nos autem indigemus, vt lauentur in nobis, & caput intentionis, quæ sæpe est discordata: & manus operationis, quæ sæpē est remissa, & pes affectionis, q̄ sæpe est puluere aspersa; & cor cogitationis, quę sæpe est immunda; & corpus totius cōuersationis, quæ sæpe est inordinata. Et ad ista quinque abluenda, Christus in quinque partibus corporis sanguinem emisit. In carne scilicet, vt lauaret nostram intentionem. In manibus, vt lauaret nostram operationem. In pedibus, vt lauaret nostram affectionem. In corde, vt lauaret nostram cogitationem. Et fuit flagellatus in toto corpore: vt lauaret nostram vitam, & conuersationem. Tertiò ista humilitas cōmendabilis est ratione modi agendi, qui fuit, vestimenta deposuit; lintheo se præcinxit; & aquā in peluim misit; ac sic pedes lauit: Vestimētū deposuit, quia corpus ab eo separatum fuit. Lintheo se præcinxit, quando idem corpus renouatum resumpsit. Et aquam in peluim misit: quando suum sanguinem in terram effudit. Et sic pedes idest affectus nostros lauit.
Apoc. 1 Lauit nos à peccatis nostris in sāguine suo. Fecit nobis spirituale lixiuium, in quo pro aqua posuit suum
1. Io. 5. sanguinem preciosum. Hic est qui venit in aqua & sanguine Christus Iesus: pro cinere amaritudinem
Ps. 37. pœnarum. Cinerem tanquam panem manducabam.
Ioā. 15. Pro igne calefaciente amorē incensum. Cum dilexisset suos qui erant in mundo &c. Sed quia lixiuium nimis erat forte; tum propter nimium Cinerem amaritudinis: tam propter nimiam ebullitionem amoris, iō cū duplici aqua temperauit, scilicet aqua lachrymatio-

mationis, quam in cruce fudit. Et aqua regñationis quæ de latere emanauit. Et ex tali lixiuio sic facto ex aqua sanguinis, & cinere amaritudinis sic calefacta, ex igne amoris sic temperato; ex aqua lachrymationis & regenerationis, oĩum pedes lauit. Quartò commendabilis est ex rõne causæ finalis, quæ fuit exemplum humilitatis datæ. Et etiam, vt daret exemplum prælatis, ut ipsi qui sunt caput, subditos, qui sunt pedes, lauẽt, i. uerbo, & exemplo informent. Quod aũt pedes aliquorum non possunt lauari, vel emundari hic, põt esse triplex causa. Primò ex rõne lauantis, qñ .s. non habet manus mundas. Prælati. n. qui uitam mũdam non habent, potius inquinant quam lauent. Ab immundo quid mundabitur? Greg. Nazianze. Mundari prius oportet, & sic alios emundare. Secundò .s. ex parte lauandi, quando .s. lauandus subditus habet pulueres terrenorum nimis inueteratos, quia amor terrenorum, inest cordibus auarorũ per modum formæ accidentalis, quæ possit eis adesse uel abesse præter subiecti corruptionem, quia si adsunt corrumpitur animus eorum per superbiam, si absunt corrumpitur per impatientiam. Vel etiam quando nimis inquinantur. Qui baptizatur à mortuo, & interum tangit mortuum, quid proficiet lauatio eius? Tales. n. sunt instar laterum, quia quantò plus lauantur, tantò plus inquinantur. Canis reuersus ad vomitum &c. Tertio ex parte aquæ, qua lauantur, quando .s. est turbida, & immunda, per quam amor ipsius mundi significatur, quia animam non abluit, sed immundam facit. Quid tibi in via Aegypti; ut bibas aquam turbidam? Aug. Quisquis es qui es in mundo; ad te uenit, qui fecit mundum: vt eripiat te de mundo. Quod si adhuc aliqua delectatione te retinet mundus, semper uis esse immundus? Secundò fecit opus miræ maiestatis, ꝙ consistit in corporis & sanguinis consecratione. Hoc enim est tantæ maiestatis, ꝙ excellit omnem potentiam creatam. s. potentiam sensitiuam; eo ꝙ accidentia

Heb. 1.

Pedes cuiuslibet non lauãtur triplici de causa

Eccl. 25

Eccl. 24

2. Pet. 2

Hier. 2.

Euchari stiæ sacramentum omnē excedit pōtētiā creatam.

dentia ibi sine subiecto constant, & sensum moueāt, sensibilis cognitionis naturam excellit, cum accidētis esse sit inesse. Cū ergo audis, hoc est corpus meū, non acquiescas gustui, quia putaret se sentire saporē panis, nec uisui, & sic de alijs sensibus, qui ibi deciperentur. Acquiescas tm̄ auditui, quia cum audis hoc est corpus meum: hoc est, qđ audis hoc significatum est in Isaac in quo deceptus fuit visus, quia Iacob nō

Gen. 27. cognouit. Olfactus, quia credidit sentire odorem vestimentorum Esau, & sensit odorem Iacob. Gustus, q̄a putabat se comedere de uenatione Esau. Tactus quia putabat tangere manus Esau. Auditus uero non fuit deceptus, cum dr̄: Vox quidem vox Iacob est. Secundò excellit potentiam imaginatiuam, inquātum vnum, & idem corpus est in diuersis locis. Dicit aūt Innocentius tertius, quod sicut filius Dei per naturam hēt triplicem modum essendi in rebus. Est.n.in omnibus per essentiam, in iustis per gratiam, in natura assumpta per unionem, ita corpus eius hēt triplicē modum essendi. Est.n.in cœlo localiter, in uerbo specialiter, in altari sacramentaliter. Tertiò excedit potentiam intellectiuam, inquantum corpus Christi integrum, & perfectum sub tam parua specie est cōtentum. Augu. loquens de hoc sacro contra Felicianum dicit, hoc fides quærat, intelligentia nō exquirat, ne aut non inuentum credat incredibile, aut inuentum, credat singulare. Quartò excedit potentiam operatiuam, quia potentia creata hoc non pōt, sed solummodo increata. Eusebius. Inuisibilis sacerdos inuisibiles creaturas uerbo suo secreta portare committat. Tertiò fecit opus miræ charitatis, qđ consistit in suæ passionis inchoatione. Hodie q̄dem suam passionem in

Luc. 22. choauit inquantum factus in agonia sanguineas guttas sudauit. Sudor aūt causat̄ ex nimio labore, timore, dolore, & calore. Christus aūt habuit laborem. In ua-

Esa. 49 cuum laboraui &c. Habuit timorē inquātum erat ho

Mat. 11. mo passibilis. Cępit pauere, & tędere. Habuit dolorem.

rem: O vos omnes qui transitis per uiam attendite, & videte, si est dolor similis sicut dolor meus. Habuit calorem .i. feruentem amorem. Cum dilexisset suos qui erant in mundo, &c. & dicitur factus in agonia. Ista .n. quatuor acies pugnabant inuicem: tres .s. cōtra vnam, & una contra tres. Si quidem labor pugnabat contra amorem, & amor contra laborem. labor enim nolebat passionem, sed amor uolebat, & amor laborem uicit, & labor amori cessit, quia fructum de labore suo considerauit. Pro eo quod laborauit, uidebit, & saturabitur. Similiter timor pugnabat contra amorem, & amor cōtra timorem, timor enim nolebat passionem, sed amor volebat, & amor timorem superauit, atque timor amori cessit, vnde deposuit timorem, & prudenter passionem sustinuit. Iustus quasi leo confidens, absq; timore erit. Similiter dolor pugnabat contra amorem, & amor contra dolorem, quia dolor nolebat passionem, sed amor uolebat, & amor dolorem superauit, & dolor amori cessit. Vnde cum magno gaudio passionem sustinuit. Proposito sibi gaudio sustinuit crucem. Non fuit ergo mirum si in corde suo agonia magna fuit, vbi tantus conflictus extitit tam uehemens fuit ardor & conflictus amoris, q; per totum corpus sudauit, & sudorem conuertit in sanguinem.

Thre. 1. Io. 13. Charitas in Christo qualis. Esa. 53. Pro. 28. Heb. 12

Sermo cix. De eodem sermo .v. De præparatione ad Eucharistia sacramentum.

PRobet seipsum hō, & sic de Pane illo edat, & de calice bibat. Cæteri cibi sunt probādi, & sic recipiendi. Iste autem cibus non est probandus, quia semper est bonus; sed recipiens est probandus, si est benè præparatus. iō dicit apostolus, probet aūt seipsum homo. Sicut .n. medicina homini non p̄parato est causa mortis, & homini pręparato est causa salutis, sic iste cibus hoī indigno est venenum; homini autē digno est meritum sempiternum. Notandum autē q; homo circa hæc tria probare se dēt, Primò seipsum quantæ sit puritatis. De

1. Co. 6.

purita-

puritate aũt recipientis hoc sacrũ corpus dr̃: Renes vo
stros accingetis &c. quæ ibi ponũtur. Ex quibus verbis
Eno.11. hr̃, ꝙ recipiens hoc sacramentum debet esse mundus
à carnali delectatione, ideo dr̃ renes vestros accin. qa
2. Re.6. Oza a domino est percussus, quia arcam Dei tangere
præsumpsit, & rationem assignāt Iudęi; quia mundus
non erat, quia illa nocte cum uxore sua iacuerat. Si er
go ille est percussus, q̃a iacuit cũ sua vxore, qua peus-
sione dignus est, qui se fædat cum meretrice? Si ille q
tetigit: qua percussione ille qui sumit? Si ille tetigit ar
cam ligneā, qua percussione dignus est, qui sumit indi
gnè carnem Christi uerā? Secundò debet esse mundus
à terrenorum affectione, quod notatur cum dr̃: Calcia
menta habebitis in pedibus: nõ enim dẽt diligere ter-
rena per ordinatum amorem, sed in suis affectib. dẽt
hr̃e calciamenta. i. sanctorum patrum exemplũ p imi-
tationẽ, qui terrena oĩa contempserunt. Qui. n. diligit
Ose. 9. terrena efficitur terra. Facti sunt abhominabiles, sicut
Abac.2. ea, quæ dilexerunt. Immò efficitur lutum. Dr̃ de aua-
ro, vsquequo aggrauat cõtra se densum lutum? Auarus
ergo, q corpus Christi recipit, ipsum in terrā, & lutum
proijcit. Tertiò dẽt esse mundus à uana cogitatione,
quod notatur cum dicitur: Tenẽtes baculos in manib.
Debet. n. baculũ crucis in corde retinere, & cum eo ca
nes, idest dæmonum cogitationes animum lacerantes
abijcere. Chryso. Vbicunque dæmones signum Crucis
viderint, territi fugiunt: baculũ timentes, quo plagam
Gen.16 acceperunt. Legitur, Quòd super sacrificiũ Abrahę vo
lucres descendebāt; sed ipse eas abigebat, quia qñ hoc
sacrificium offerimus, vel recipimus, cogitationes uo
latiles abigere debemus. Quartò debet esse mundus à
negligentia, & torpore, quod notatur cum dicitur: Et
comedetis festināter: comedit festinanter q cũ feruen
ti desiderio suscipit. Gl. super illud. Qui manducat, &
bibit indignè Indignè sumit qui nõ deuota mente ac
cedit. Propter ista significāda legit', Quòd quatuor per
Exo.12. sonæ ab esu agni excludebantur, s. seruus incircunci-

sus,

sus, mercenarius, & aduena, ac alienigena. Seruus icit cũcisus, i. luxuriosus q nõ est mundus a carnali delectatione. vnde, sicut dr: Qui aũt Chri sunt, carnem suã crucifixerunt cũ uitijs, & cõcupiscẽtijs. Mercenarius aũt est auarus, q nõ est mundus a terrenorũ affectione q ẽ seruus, & mercenarius pecuniȩ, Iuxta illud, Nõ potestis Deo seruire, & mãmonæ, Aduena est neophitus, i. de nouo cõuersus, qa ille adhuc nõ ẽ mũd' a carnali cogitatione, Et iste cib', nõ est neophitorũ sed grãdiũ sicut dictus fuit Aug. Cib. nõ grandiũ &c. Alienigena est tepidus & deuotus, q nõ est mundus a negligentia, & torpore. Et iste cibus nõ est insipidorũ, sed palatũ sanũ hñtiũ, & saporẽ discernentiũ. Aug. Palato non sano pœna est panis, q sano est suauis. Secundo, debet probare corpus dñicũ quantæ sit maiestatis. non. n. recipit panẽ materialẽ, sed cœlestẽ, illũ. s. qui ait, Ego sũ panis uiuus, q de cȩlo descendi. Deus. n. primo homini triplicẽ cibũ præparauit, Scilicet concessum, prohibitum, & promissum. Si. n. concessis usus fuisset a prohibito abstinuisset, ad promissum peruenisset. Sed qa male usus est prohibito, iuste priuatus est concesso pariter & promisso, unde dicit dñs. Vide ne forte sumat de ligno uitæ, & uiuat in æternũ. Quilibet aũt cib. habuit aliqd impfectionis. Nã ꝓhibitus fuit mortis cãtiuus. Concessus nõ fuit de cȩlo delatus, sed de humo ꝓductus promissus uitã beatã nõ dabat, sed in uita hominẽ prolungabat. Sed longe nobiliorem alium cibũ Christ' nobis dedit. Ille. n. fuit mortis causatiuus, hic aũt est uiuificatiuus, iõ dr, Ego sum panis viuus. Ille fuit de humo productus, iste de cœlo delatus, ideo dr: Qui de cœlo descendit. Ille conseruabat uitam corporalem, iste dat vitam spiritualẽ, iste dat uitam cœlestem, ideo dicitur: Si quis manducauerit ex hoc pane uiuet in æternum. Tertio habet probare recipiẽdi modũ, quãtæ sit sanctitatis. Modus aũt quintuplex tradit à Dan. 4. Quia ẽm cũ dẽt recipi; cũ multo timore, cũ cõscientiæ puritate, cũ vera fide, cũ multa reuerentia, & hono-

Gal. 5. Matt. 6. Io. 6. Cibus triplex. Gen. 2. Euch. sacramentũ qũo sumendum.

& honore, cum multo desiderio, & deuotione. Debet nanq; recipi cum multo timore, quia ibi continetur diuina maiestas. Cũ tali timore receperat, Petrus q̃ di
Luc.5. cebat. Exi a me, quia homo peccator sum domine. Stupor.n. circundederat eum. Debet recipi cum cõscientiæ puritate, quia ibi continetur ille, qui est sincerissima puritas, Cum tali puritate recipere uult eum spõ
Can. 1. sa quæ dicit, Lectulus noster floridus est. Debet recipi cum uera fide, quia ibi cõtinet᷑ velata ueritas: Cũ ta
Luc.1. li fide receperat eum uirgo B. Maria. De qua dr̃: Beata quæ credidisti &c. Debet recipi cum multa reuerẽtia, & honore, quia ibi continetur uera diuinitas. Cum
Matt.8. tali reuerentia recipiebat ille, qui dicebat, Domne nõ sum dignus ut intres sub tectũ meum. Debet recipi cũ multo desiderio & deuotione, quia in eo continetur
Luc.19. infinita charitas. Cum tali deuotione & mentis exultatione recipiebat ille qui dicebat, Accepit illum gaudens in domum suam.

Sermo cx. De eodem die sermo vj. De multis in die cœna domini ab Ecclesia ordinatis.

CÆtera cum uenero disponam; postquã ordinauit
1.Cor. 11. apostolus Corinthios quantũ ad corporis & sanguinis dignam susceptionem, promittit se in aduẽtu suo ordinaturum ea, q̃ ptinent ad sacramenti hujus dignam celebrationem. Ex quibus uerbis colligitur, qđ apostoli multa ordinauerunt, q̃ in scriptis nõ reliquerunt. Similiter ipsa ecclesia a spiritu sancto docta, multa hodie facienda ordinauit, q̃ mistycũ sensum cõtinere videntur. Primũ est qa hodie publice pœnitẽtes recõciliant᷑. Nã in capite ieiunij cãdela accẽsa eis dat᷑, cilicium eis traditur, & sic ab ecclesia eijciunt᷑. Et ista repræsentant statũ Adæ post peccatum. Nã cãdela accensa repræsentat flammeũ gladiũ, ciliciũ ipsũ tunica pellicea fuisse indutũ. eiectio ab eccl'a, signat eiectionem ipsius Adæ de paradiso. Hodie autẽ reconciliant᷑ triplici de cã. Prima quia Petrum publice peccantem

Christus hodie reconciliauit. Nam publice peccauit qñ Christũ negauit.s.in nocte sequenti, quia tunc noctes sequentes spectabant ad dies præcedẽtes, sed modo mutatus est ordo. Publice pœnitentiam fecit, qñ amare fleuit, sed Christus eum recõciliauit qñ ipsum respexit. Scđa cã est, quia in quinta feria, Deus aues, & pisces de aqua produxit. Sed aues in aere subleuauit, & pisces ĩ gurgite remisit. Sic ecclesia hodie peccatores in aquis delitiarum natantes relinquit, & pœnitẽtes ad cęlestia desiderãda perducit. Tertia cã est, quia Christus hodie pro peccatoribus pœnitentiam facere incœpit. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo &c. Et iõ cõueniẽs est, quod postquàm Christus pœnitentiam fecit, a publicam pęnitentes pnĩa relaxẽtur. Scđm est quia hodie chrisma conficitur. Et fit triplici de cã. Prima est quia chrisma fit ex oleo, & balsamo. Christus autem hodie oleum benedixit, qñ in monte Oliueti orauit, & tanquàm planta cœlestis balsamũ produxit, qñ sanguineas guttas sudauit. Secũda cã est, quia hodie institutum est sacramentum sacrorum.i. corpus Christi. Et ideo conueniens est ut hodie chrisma conficiatur, quod est materia multorum sacrorum. Tertia cã est, quia hodie Christus apostolos in presbyteros, & episcopos consecrauit, quia potestatem conficiendi, eis dedit. Et ideo conueniens est, ut hodie chrisma conficiať. De quo p̃sbyteri & ep̃i, seu põtifices inunguntur. Tertiũ est, quia hodie altaria denudantur, ad innuendum, ꝙ Christus oĩbus suis vestimẽtis fuit denudatus.s.vestimẽto materiali, qñ à militibus spoliatus fuit. Spirituali, qñ collegium apostolorum ipsum reliquit. Corporali, qñ aĩa eius corpora denudata extitit. Supersubstantiali autẽ spoliari non potuit, quia eius diuinitas, corpori in sepulchro, aĩæ in limbo sp̃ cõiuncta fuit, Quartũ est qa hodie altaria cũ aqua, & vino abluũtur, ad significãdũ ꝙ Chr̃s ecclesiã suã triplici lauacro abluit, s. aqua regenerationis. Mundans eum lauacro aquæ in verbo

1.Pet.2.

Chrisma hodie cõficiatur.

Eph. 5.

Eze. 36

in verbo uitæ. Aqua gratiæ spiritualis. Effundam sup

Apoc.1. vos aquam mūdam &c. Et uino sanguinis. Et ideo vinū effunditur in modum crucis. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Quintū est, quia trib. diebus Christi mors ab ecclesia plangitur, quod fit triplici de causa. Prima cā est, quia sol tribus horis obscuratus fuit. Scda cā est, quia Christus tribus diebus, & tri

Esa. 13. bus noctibus mortuus iacuit. Tertia cā est, quia triplex creatura ipsum fleuit, s. pure corporalis, ut terra q̄ tremuit, pure spiritualis, vt angelus qui s̄m modum suum fleuit: Angeli pacis amare flebunt. Et composita sicut apostoli & mulieres. Sextum est, quia luminaria extinguuntur. Nam s̄m aliquarum ecclesiarum consuetudinem quindecim candelæ proponuntur, ut paulatim extinguantur. Vna tamen absconditur, quæ non extinguitur. Illæ quindecim candelæ representant duodecim apostolos, & tres Marias, in quib. lumen fidei fuit extinctum. Candela aūt quæ nō extinguitur, significat B. Virginem Mariam. In cuius corde sp lux fidei radiauit. Septimum est, qa tenebræ inducuntur ex eo q̄ oīa luminaria tunc sunt extincta. Luminare cœleste, i. sol p obscurationē. Luminare super cœleste, i. Christus per ignominiosam passionē. Luminare spirituale, i. Virgo btā per tristitiā & mœrorem. Luminare rōnale, i. Virgo. apostoli per lucis fidei amissionem. De obscuratione primi luminis dr̄:

Amos 8 Occidit sol meridie. De obscuratione aliorū trium dr̄: Factus est sol, i. Christus niger tanquam saccus ci-

Apoc.1. licinus. Et luna, i. Virgo beata. tota facta est sanguis. Et stellæ cœli, i. apostoli ceciderunt super terram.

Sermo cxi. in die sacro parasceues. Sermo primus. De Cruciatu quadruplici animæ Christi.

Psal.37. VIm faciebāt qui quærebant animam meam. Iudęi uolentes Christi aīam in suo corpore cruciare, cū nimia crudelitate ac uiolētia hoc fecerunt. Et iō Christus conqueritur dicēs: Vim faciebāt &c. Olim de ani

ma

ma quatuor fuerunt opiniones, vbi.s.principalem habet sedem. Quidam dixerunt ipsam esse in capite. Et hoc uolunt ostendere per auctoritatē. Inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ &c. Inclinato capite tradidit spiritum. Et per rōnem, quia omnes sensus vigēt in capite. Nam aīa in capite videt, audit, odorat, & sapit. Alij dixerūt eā esse in corde, & hoc volunt ostēdere p auctoritatem. De corde exeunt malę cogitationes &c. Cū.n.cogitationes exeāt ab ipsa, & cogitationes exeūt à corde, iō anima est in corde. Et p rationem, quia est fons vitę. Nam in corde incipit vita, radicatur vita; & finitur vita. Alij dixerunt eam esse in sanguine. & hoc volunt ostendere per auctoritatem. Aīa omnis carnis in sanguine est. Et per rationem, quia siquis perdit sanguinem, pdit vitā. Alij dixerunt eam esse totam in toto, & in qualibet parte corporis totā. Et hoc volūt oñdere p auctoritatem. Adhuc tota anima mea est in me metipso. Nō dixit adhuc est tota in cerebro meo, vel ī sanguine, vel in corde, sed tota in memetipso, i.in corpore meo. Et per rationem, quia cum ànima sit perfectio corporis organici, nō erit unius corporis organici tm̄, sed omnium, & totius. Iudæi autem videntur omnes istas quatuor opiniones saltē ipso facto sciuisse: quia in his quatuor locis Christi animam cruciauerunt. Primo nāq; eius anima cruciata fuit in capite, & hoc in quinq; sensibus, qui ibi vigent. s. in uisu, qa fleuit per compassionem, qñ Hierusalem ciuitatē vidit. Præ amore, qñ amicū Lazarū audiuit mortuū. Et præ dolore quando in cruce dolores mortis sensit, vt hr̄ Heb.v. In auditu, qa contumelias, & opprobria multa audiuit. Cōtumelijs & tormento interrogemus eum. Bern. Aures illæ quę audiūt in cęlo, Sanctus, Sanctus, Sanctus, in terris audierunt peccatorum insultus. In odoratu, quia magnum fętorem sensit, s. qñ fuit sputis fætidis delinitus, & Peccatorum.i. Iudæorum spurcitia circundatus, & inter corpora fętida mortuorū cruci fixus. In gustu, quia fuit felle, & aceto potatus.

De aīa opiniones. 4.
Gen. 2.
Io. 19.
Mat. 15
Leu. 17.
2. Reg.
Sap. 2.

Ps. 21. Dederunt in escã meã fel &c. In tactu, quia eius caput fuit arundine percussum, & spinarũ aculeis perforatũ Bernar. Caput illud diuinum densitate spinarum vsq; ad cerebrum perforatũ est. Ansel. Coronatus incedit, sed ipsa sua corona est cruciatus, qa male pũctis eius speciosissimum verticem uulnerauit Secũdò cruciata fuit in corde, qñ fuit in latere lanceatus. Cum enim sit

Amor triplex. triplex amor. s. sermonis, cordis, & operis. Ostenderat nobis Christus amorem sermonis in sapienti prædica tione. Amorẽ operis, in miraculorũ exhibitione. Non restabat, nisi vt ostenderet nobis amorem. s. cordis, quẽ nobis ostendit in lateris apertione. Ber. Clauis penetrans, clauis reserans, factus est mihi, ꝙ non uideam ꝑ

Amor Christi cæteros superat. foramen. Clamat clauus, clamat vulnus, ꝙ Deus sit in Christo mundũ reconcilians sibi. Iste autem amor oẽs alios superat amores, s. naturalem, qui est inter patrem siue matrem, & filium. Nunquid obliuisci potest mu-

Esa. 49. lier infantem suum &c. Amorem carnalem, qui est in-

Hier. 3. ter uirũ, & vxorẽ. Vulgo dicit. Si dimiserit uir uxorẽ

Ioã. 10. suam &c. Amorem animalem, qui est inter aĩam & cor

Ioã. 15. pus proprium. Animam meam pono pro ouibus meis. Amorem socialẽ, qui est inter amicũ, & amicũ. Maiorem hac dilectionẽ nemo habet. Tertio cruciata fuit in sanguine, qñ uenis apertis totus sanguis de corpore emanauit, ita ꝙ eius corpus tanquam lignum aridũ

Ps. 37. in cruce remansit. Ossa mea sicut cremiũ aruerunt. Cætera Deus fecit in numero, pondere, & mensura. In ef-

Sap. 11. fusione aũt sui sanguinis non seruauit numerum, quia non unam uel tres guttas dedit, sed totum dedit. Non seruauit pondus, quia non vnam unciam, uel libram fudit, sed totũ fudit. Nõ seruauit mensuram, quia non vnum calicem mẽsurauit, sed totum sine mensura tri-

Ps. 129. buit. Copiosa apud eum redemptio. Bernar. Prorsus copiosa, quia non gutta, sed unda sanguinis largiter per quinque partes corporis emanauit. Quartò cruciata erat eius anima in toto corpore, & in qualibet parte corporis, quando ad columnam erat flagellatus, & to-

tus vulneribus repletus. Ita ut possit dici illud; a plāta pedis, usque ad verticē nō est in eo sanitas. Verè a plā ta pedis, usque ad verticē, qa passus est in parte suprema media, & extrema. Nam in parte suprema eius caput fuit uulneratū, & pcussū, eius facies alapis inflata, & sputis deturbata, & barba depilata. Corpus meū dedi pcutiētibus, & genas meas vellētibus, faciē meā nō auerti ab increpātibus, & conspuētib. in me. In media parte corpus eius fuit macie attenuatū. Dinumeraue-rūt oīa ossa mea: funib. dissecatū; lācea pforatū. In parte extrema erat in pedib. pforatus, vbi magnū dolorē est passus. Et qa locus erat neruosus, & qa grossis clauis confixus, & qa vnus pes super alium perforatus: & quia nitebatur clauatis pedibus totum corpus sustē tare. Propter ista omnia dicit Augu. Expalmatur, q est vera palma victoriæ, spinis coronatur, qui spinas peccatorum venit confringere, ligatur, qui soluit compeditos; disciplina ceditur, salus vulneratur, uita moritur, occiditur ad tempus vita a morte, ut in perpetuum a uita occidatur mors.

Esa. 1.

Esa. 50.

Psa. 21.

Sermo. cxij. De eodem Sermo ij. De testamento Christi in quo octo legata fecit.

DIsposui testamentum electis meis. Quādo qs de morte dubitat testamentum condit, & filijs, propinquis, & amicis legata dimittit. Christus igitur nolens intestatus decedere, testm̄ condidit, & in testamē to multa legata dimisit. De quo testamento sic dicit Ambro Auctor humani generis in cruce pēdens pietatis officia diuidebat, persecutionem apostolis, pacem discipulis, corpus Iudæis, patri spiritū, Virgini Mariæ paranymphum, latroni paradisum, peccatoribus infernum, crucem pœnitentiæ pœnitentib. Christianis delegauit. In isto testamēto Christus octo legata fecit. Primo namque legauit Apostolis persecutionem. Illud enim eis legauit, quod & ipse in uita pos-

Psal. 88.

Io. 15. sedit. Si me persecuti sunt, & uos persequent. Et istud legatum erat omnibus apostolis perfectè solutum: qa & persecutionem habuerunt, & mortem sustinuerunt. Hęreditas namq; transit ad hęredes cum suo onere, & honore. Deus aūt hæreditati æternæ btitudinis adiūxit onus, scilicet tolerantiam passio nis. Cū isto onere
Luc. vl. habuit eam Christus. Oportuit Christum pati, & sic in
Act. 14. trare in gloriam suam. Habuerunt eam apostoli. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum
2. Th. 3. Dei. Habent eam omnes fideles: Omnes qui piè viuere volūt in Christo Iesu, persecutionem patiunt. Qui ergo vult assequi æternam beatitudinē, & nullam pati tribulationem, vr̄ ꝙ uelit esse, & Christo dignior, & apostolis sanctior, & cunctis fidelibus melior. Secun
Ioan. 14 dò legauit discipulis pacem. Pacē meā do vobis &c. Habebat enim Christus septuagintaduos discipulos, qui non erant ita fortes sicut apostoli. Et ideo legauit eis non tantum pacem pectoris, uel æternitatis, sed
Matt. 9. etiam temporis. Ex quo habetur, ꝙ non sunt infirmioribus grauia imponenda: iuxta illud. Nunquid possunt filij sponsi lugere &c. Ex quibus verbis colligit, ꝙ non sunt imponenda tristia festiuis, & ideo dixit; Nunquid possunt filij sponsi lugere &c. Festiui sunt contemplatiui, qui de quiete pectoris perueniunt ad quietem æternitatis, iuxta illud: Erit Sabbatum ex Sab
Esa. 66. bato. Talibus nanque non sunt imponenda tristia, quia posset eorum iucunditas retardari, nec debet statim imponi conuersatio noua, vetustis. ideo subditur: Nemo habet commixturam panni rudis &c. Nec mentis iucunditas inexpertis, ideo subditur: Nec Vinum nouum mittit in vtres ueteres &c. Tales enim nō sunt statim ad spiritualia cōpellendi, sed paulatim ꝓmouendi. Tertio legauit corpus suum Iudæis, ut tri
Ioā. 10. bus diebus ipsum in potestate haberēt. Terra idest corpus Christi terrenum, data est in manus impij, idest Pilati, siue Iudæi. Corpus nanque Christi erat tanquā saccus plenus Thesauro, ideo dedit ipsum in manus Iudęorum:

Iudęorũ, ut ipſum ſcinderent, & theſaurus emanaret, quo captiuus redimeret. Iſte ſaccus venit ad nos in natiuitate. Sacculũ pecuniæ ſecum tulit. Fuit aũt ſciſſus in paſſione. Conſcidiſti ſaccum meum &c. & exiuit precium in ſanguinis emanatione Bernar. Saccum plenum miſericordia ſua miſit Deus pater in terram. Saccum inquam in paſſione conſcidẽdum, vt effunderetur illud, quod in eo latet pretium noſtrum. Erat tanquam alabaſtrum plenum unguẽto. Et ideo datum eſt in manus Iudæorum, vt ipſum frangerent, & inde unguentum efflueret, quo vulneratus ſanaretur. Inde.n. emanauit unguentum mortificatiuum inducens contritionem: dulcoratiuum infundẽs contritis conſolationem: ac ſanatiuum dans plenam remiſſionem. De duobus primis dicitur. Infundens vinum & oleum. De tertio. Vnctiones conficiet ſanitatis. Erat tanquàm apotheca plena balſamo; ideo datum eſt in manibus Iudęorum; vt balſamus exiret, vnde fœtidus releuaretur. Tunc enim iſta apotheca aperta fuit, qñ vnus militum lancea latus eius perforando aperuit. Iſte autem odor aſſimilat odori uineæ, balſami, & myrrhæ vt habetur. Vineæ, quia ſerpentes infernales fugat. Balſami quia patrem reconciliat. Myrrhæ, quia hominem à peccati putredine præſeruat. Quartò legauit patri ſpiritum. Pater in manus tuas commendo ſpiritum meũ: docens nos ut in hora mortis Deo ſpiritum commendemus. Primò ut ipſum ab inſidijs dæmonum cuſtodiat. Liberaſti me à rugientibus præparatis ad eſcam. Secundò vt per miniſterium angelorum ipſum ad cœlum deducat. Ego mittam angelum meum, qui præcedat te &c. Tertiò vt ipſum quaſi depoſitum cuſtodiẽs, corpori ſuo quãdoque reſtituat. Potens eſt depoſitum meum ſeruare vſq; in illum diem. Quinto legauit virgini paranymphum, qñ matrem ſuam Ioanni dimiſit. quod fecit Chriſtus ratione ſui, quia conditor legis debet ſeruare legẽ. Honora patrem tuum & matrẽ tuã. Ratione noſtri, vt inſtruamur ſecundum Chry. vſq; ad

Prou. 6. Pſ. 19. Luc. 12. Eccl. 23 Eccl. 24 Luc. 23. Eccl. 15 Exo. 13 1. Th. 1. Exo. 20

vltimam respirationē habere curam parentum. Ratione uirginis, vt aliquā cōsolationem reciperet de amissione filij, ex custodia fidelis discipuli. Sextò legauit latroni paradisum. Amen dico tibi. Ecce q̄ta firmitas, (modus. n. iurandi Christi fuit). Quia hodie, ecce q̄ta celeritas. Mecū eris, ecce quā beata societas. In paradiso, ecce q̄ fęlix loci amęnitas. Septimò legauit peccatorib. infernū, ubi pulchre morant̄, q̄ quadruplici rōne ostēdi pōt. Porcus. n. i. luxuriosus pulchrius manet in luto infernalis fęditatis, quā in prato cęlestis amænitatis. Seruus, i. auarus, q̄ est seruus pecuniæ, pulchri⁹ manet in cloaca inferni, quā in camera picta Dei. Latro. i. superbus qui furat̄ Deo, id q̄ est ei proprium. s. gloriā, pulchrius manet in patibulo infernalis uitæ, quā in solio maiestatis. Lignū putridū. i. peccator, per peccādi cōsuetudinē putrefactus, pulchrius manet in igne infernalis cruciationis, q̄ in regali ecclę cęlestis māsione. Octauò legauit crucē pnīæ pęnitentib. Christianis. Siquis vult venire post me abneget semetipsum &c. Ipsa. n. pnīa dēt esse perfecta, ideo dicit, abneget semetipsum. i. ex tota mēte. Voluntaria, ideo dixit. tollat: aspera, iō dixit, crucem, q̄ dr̄ à cruciatu. propria non aliena, iō dixit suam: continua, ideo dixit quotidiè & pura intētione facta, ideo dixit. & sequatur me.

peccatores pulchre in inferno morant̄

Luc. 2.

Sermo cxiij De eodem Sermo tertius. De Christi in cruce pendentis consideratione.

Rom. 8.

PRoprio filio suo non pepercit &c. Magnā de Deo fiduciā habere possumus, quia si dedit uobis filiū suum, dabit nobis cætera bona sua. Et istam fiduciam dat nobis Christus ex modo standi in cruce, de quo dicit Ber. Quis non rapitur ad spem impetrādi fiduciā, q̄ eius in cruce cōsiderat corporis dispositionē? Videlicet caput inclinatum ad osculū, brachia extensa ad amplexum, manus apertas ad largiendū, latus apertū ad diligendū, pedum affixionem ad nobiscum cōmanēdum, & totius corporis extensionē ad se totū nobis

impen-

impēdendum. Primo igitur debemus considerare, q̃d in cruce tenet caput inclinatū, & hoc triplici ratione. Primo ratione reconciliationis, solet enim qui aliū vult sibi recōciliare, caput inclinare, & osculū sibi dare, Sic Christus caput inclinat, vt osculū porrigat, & nostram reconciliationē faciat. Osculetur me osculo oris sui, Secundo ratione eleuationis, solet namque q aliū vult sursum erigere, seipsum inclinare, & ipsū ad alta eleuare; Sic Xp̃s caput inclinauit, & de collo suo scalā fecit & nos ad p̃rē eleuauit. Nemo venit ad patrē nisi p me &c. Tertio rõne exauditionis, Solet.n. homo libenter aurē inclinare ei, quem vult benigne exaudire. Christus ad patrem caput inclinans, aurem dexteram nobis porrigit, sinistrā à nobis auertit. Auris dextera; est eius misericordia, quā modo nobis libenter impēdit. Sinistra autē est eius iustitia, quā modo libenter a nobis auertit. Secūdo habet brachia extensa, ad amplexum. Solet nanq; mater brachia aperire, & sic puero veniendi fiduciam ad se dare. Deus habet duo brachia, scilicet sinistrū suæ gratiæ, & dextrū suæ glĩæ, Ista brachia Deus olim ambo clausa tenebat, quia nulli plene dabat suam gratiam & nullum recipiebat, ad suam gloriā. Tandem aperuit brachiū sinistrum recipiens ad suā gratiā populum iudęorū, sed tamen dextrum clausum tenebat, quia nullum ad suam gloriā admittebat. Modo aũt ambo brachia habet aperta, & extēsa, quia omnes ad suam gratiā recipit, & ad suam gloriā introducit. Tertio habet manus perforatas ad largiendum. Habuit.n. in Cruce manus apertas, cõfixas, & perforatas. Apertas ad innuendum ꝙ dat omnibus liberaliter. Aperis tu manū & imples omne animal benedictione. Confixas, ad innuēdū ꝙ dat vniuersaliter. Sunt enim q habent manus apertas ad proquinquos, ad alios autē clausas. Christus autē ad omnes, & bonos & malos. Solem suū oriri facit super bonos & malos &c. perfortatas ad innuendum, ꝙ dat omnibus & abundanter. Sicut enim uas perforatū

Christ⁹ In cruce tenet caput inclinatum triplici ratione.

Can. 1.

Ia. 15.

Brachia Dei duo

Ps. 144.

Matt. 5.

nihil sibi retinet, sic & Christ⁹ Iesu nihil sibi retinuit, sed omnia dedit. Nā dedit nobis carnem suam: Patri animā: Ioāni matrem suam: Petro ecclesiam: Latroni paradisum; Crucifixoribus vestimentū: Lanceatori restituit visum. Quarto habuit latus apertum ad diligēdum. Ex hoc enim Christus ostēdit, quantum nos dilexit, qualiter, & propter quid. Quantum, quia plus quā cor suum, quia pro nobis iuxta cor suum voluit vulnerari. Sic enim loquitur mater filio. Fili tu es cor meū, plus te diligo corde meo. Iste est nr̄ pellicanus, qui iuxta cor se vulnerauit, & filios resuscitauit. Qualiter, autem quia scilicet ex vero amore cordis, vt scilicet cor eius videamus, & ꝙ ex amore cordis, nos diligat certi sumus. Sic.n loquit᷑ amicus amico, Vtinā videres cor meū. Bernar. Clauus penetrans, clauus reserans factus est mihi. Propter quid? vt ad instar colūbę ab insidijs dęmonū in ipso foramine abscōdamur.

Xp̄i dilectio erga nos.

Can. 5. Veni columba mea in foraminibus petræ. Quinto habuit pedes confixos ad nobiscum manendum. Signū enim esset magni amoris, si amicus cum amico cōpediri se faceret, vt secū maneret. Christus enim in hoc exilio veniens ad nos, nobiscum mansit libēter, Deli-

Prou. 8. tiæ meæ sūt cum filijs hominum. Manet vtiliter, Ve-

Sap. 7. nerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Manet per-

Mat. vl. seuerāter, Ecce ego uobiscum sum omnibus dieb. &c. Sexto habuit corporis extensionē, ad se nobis totaliter impendendum. Nam extendit se in nostrum obsequium ab infantia, vsque ad pueritiam, qa & ab infan-

Luc. 2. tia in Circuncisione sanguinē effudit; Et in pueritia, quia parentibus obediēs fuit, Iuxta illud, Erat subditus illis, A pueritia vsque ad iuuentutem, qui in sua iuuentute nos instruxit, miracula fecit, & beneficia multa impendit. A iuuentute sua se extendit vsque ad finem vitæ, quia in Crucem ascendit, & per passionē nos redemit. Post mortem se extendit vsque ad limbum, & inde patres deduxit. Deinde se extēdit vsque in mundum, quando gloriosè resurrexit. Postmodum

vſque ad cœlum, quando mirabiliter aſcendit. Tandem extendet ſe vſque ad iudicium, quando viuos, & mortuos iudicabit.

Sermo cxij. De eodem Sermo quartus. Quare Chriſtus ſanguinem fuderit.

DIlexit nos & lauit nos in ſanguine ſuo. Homo ante Chriſti paſſionē erat immundus, durus, fugitiuus, & cæcus. Quia igitur erat immundus, Chriſtus fudit ſanguinem ſuū in lauacrum noſtræ purgationis. Sanguis Chriſti emundabit conſcientias noſtras ab operibus mortuis. Lauacrum aūt frigidum lauat, calidum aūt melius lauat. Sic & ſanguis Chriſti omni tpe lauat. Sed hodie melius lauat. quia de ſuo vaſe calidus eſt effuſus. In quo quidem fuit ualde calefactus, ſ. igne amoris. De quo ipſe dixit ſic. Ignem veni mittere in terram. Igne doloris: Attendite, & videte, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus. Et igne paſſionis. Igne me examinaſti &c. Non tm̄ lauat noſtras conſcientias, ſed ēt omnes creaturas. Omnia namque elementa ab idolatris fuerunt fœdata, ſ. aqua ex nephandarum hoſtiarum ablutione, ignis ex concrematione: aer ex fumi aſcenſione; & terra ex innocentis ſanguinis aſperſione. Sed Chriſtus omnia iſta purgauit, ſ. aquam, per aquam de latere emiſit. Aerem, quia non ſub tecto, ſed in aere paſſus eſt. Terram, quia ſuper eam ſanguinem fudit. Et ignem, quando ſpiritum ſanctum in ſpecie ignis emiſit. Secundo, quia homo erat durus, effudit ſanguinem ſuum in emplaſtrum noſtræ mollificationis. Fit autem emplaſtrum de herbis, floribus, & ſpeciebus aromaticis, aliquo liquore ſuper infuſo, & melle appoſito. Herba medicinalis eſt caro eius mortalis. Iuxta illud. Omnis caro fœnum. Flos odoriferus, eſt eius anima omnium virtutum odore repleta. Species aromatica eſt eius diuinitas ſpecioſa: Liquor infuſus eſt eius ſanguis effuſus. Mel dulce eſt eius ſpiritus humanus, de

Apoc. 1 · Heb. 9. · Luc. 15. · Thre. 1. · Pſal. 16. · Lauat Chriſt⁹ oēs creaturas. · Eſa. 4.

Eccl.24 de quo dr̃.Spiritus meus super mel dulcis.Ex his igitur quinq; generibus confectum est illud emplastrũ, ꝙ omnem duritiam cordis nostri dẽt mollificare, maturare, & frangere. Dicitur namq; quod est quidam lapis adamantinus, qui frangi non potest, nec mallei percussione, nec ignis adustione, nec antiqua inueteratione, frangitur aũt hircini sanguinis appositione. Sic multi sunt qui ad pœnitentiam frangi non pñt nec per diuinam comminationem, nec per adhibitã tribulationem, nec per longam senectutis confectionem, franguntur aũt per dominicæ passionis recordationem. Tertio, quia homo erat ex Deo fugitiuus, effudit sanguinem suum in reclamatorium nostrę reuocationis, qa aues ad dominos suos non reuertuntur, nisi cũ frusto carnis arbores ascendunt, & ad eas sibilant, & eas reuocant. Aliquæ tñ sunt, quæ non reuertuntur triplici de cã, aut, quia sunt nimis repletę, aut, quia in deuoratione prædę sunt occupatę, aut, quia

Nota. non sunt bene domesticatæ Homo.n.tanquã auis cõ

Oseę.9. tumax a Deo auolauerat. Effraim quasi auis auolauit. Ideo Christus arborem Crucis ascendens, & corpus cruentatum habens, ad nos sibilare non cessat. Leuabit dñs signum in nationibus, & sibilabit ad eũ de finibus terrę. Sed quidam sunt qui venire contemnũt. Aut, quia sunt nimis repleti, sicut auari. Incrassatus

Esa.5. est dilectus, & recalcitrauit. Aut, qa sunt in cadaueribus occupati, sicut luxuriosi, ad instar corui qui deuorationi cadauerum se dedit, & ideo ad arcam non rediȷt. Aũt, qa sunt siluestres, & non benè domesticati,

Domesticãtur aĩalia 3. modis. sicut superbi. Animalia aũt domesticantur tribus modis. Aliquando per flagellationem, quia qñ canis flagellatur, leo domesticatur. Aliquando per sanguinẽ, quia aliqñ auibus datur sanguis, siue uinum ad bibendum, vt domesticentur. Aliquando vero per beneficiorum collationem. Non est.n. aliquod animal ita siluestre, quod ex beneficiȷs non fiat mansuetum & lene. Christus igiť, qui est leo; ante nos canes, vt nos

domesti-

domesticaret, flagellari uoluit disciplina pacis nostræ super eum. Vinum sanguinis ad bibendũ nobis dedit, beneficia continua nobis tribuit: & tñ aliqui domesticari non possunt, nec flagellatione leonis, nec ex potu sui sanguinis, nec ex collatis bñficijs. Quartò, quia homo erat cæcus, effudit sanguinem suum in coliriũ nostræ illuminationis. Sunt enim tria peccata, quæ ex cęcant.s.timor superbię, puluis auaritiæ, & humor luxuriæ. Et ista cæcitas sanať ex triplici collirio. Quoddã.n.est collirium confectum ex felle piscis, quo illuminati sunt oculi Thobiæ. Et istud collirium est totũ amarum, & repræsentat ipsum, prout erat in patibulo. Consideratio autem istius fellis, id est amaritudinis passionis, frangit duritiam nostræ elationis. Vnde & in passione, Petræ scissæ sunt, terra mota est, & monumenta aperta sunt, & mortui surrexerunt. Illi ergo, qui ad istud collirium non sanantur, sunt lapidibus duriores, terra insensibiliores, monumentis fœtidiores, & mortuis miserabiliores. Et secundum collirium confectum est fauo mellis, quo liniti sunt oculi Ionathę, vt habetur. Et istud collirium est totum dulce, & repræsentat Christum, prout est in regno; vbi totus est dulcis, ex quo sancti habent suam dulcedinem ex melle, scilicet diuinitatis, & cęra humanitatis. Consideratio autem huius dulcedinis debet extinguere cæcitatem carnalis delectationis. Tertium collirium est confectum ex coniunctione saliuæ, & pulueris, quo illuminatus est cæcus a natiuitate: Et istud est ex parte dulce, & ex parte amarum. Nã saliua habet dulcedinem, sed terra amaritudinem. Et repræsentat Christum prout erit in iudicio, vbi malis erit terribilis, & bonis dulcis. Consideratio autem istius collirij tam terribilis debet sanare cæcitatem cupiditatis, quia tunc diuitiæ non poterunt liberare: Bernard. Veniet dies illa in qua plus valebunt pura corda quam astuta verba, & cõscientia bona, quam marsupia plena.

Peccata tria excęcãt & quæ remedia.

3.Re.14

Io.10.

Sermo cxv. De eodem Sermo quintus. De efficacia ſacrificij, quod pro nobis obtulit Chriſtus.

Eph. 5. TRadidit ſemetipſum pro nobis oblationē, & hoſtiā Deo in odorē ſuauitatis. In veteri ſacrificio conſiderabantur tria, ſ. oblatio, inflammatio, & reconciliatio. Siquidem animal ſacrificandum offerebatur, oblatum cremabatur, crematum odorem reddebat, quo Deus placabatur. Sic & Chriſtus fuit oblatus, ideo dicitur: Tradidit ſemetipſum pro nobis. Fuit inflammatus, ideo dicitur: Oblationem & hoſtiam. Hoſtia enim cremabatur; & odorem emiſit quo Deus fuit reconciliatus, ideo ſubditur: In odorem ſuauitatis. Primò, quia Chriſtus fuit oblatus, & traditus in ſacrificiū à Patre. Proprio filio nō pepercit, ſed ꝓ nobis tradidit Rom. 8. illū. A ſe, vt patet in uerbo propoſito. Sed, quia in ſua deitate non erat aptus ad ſacrificium, ideo fecit ſe ouē & agnum, vt aptus eſſet ad ſacrificium. Tanquam ouis Eſa. 53. ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus corā tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Non enim os ſuum aperuit per aliquam impatientiā, nec cor ſuum per aliquam iram, quod patet, quia cum ira ſiue impatientia aliqñ oſtendatur in iniurioſo verbo, aliqñ exerceatur in contumelioſo facto: Chriſtus nullo iſto Eſa. 41. rum modorum in paſſione fuit cōmotus, ſed tanquam agnus obmutuit. Non clamabit, & nō exaudietur vox eius foris. ecce, quia non fuit commotus in verbo. Calamum quaſſatum non cōteret, ecce, quia nō fuit commotus in facto, quia nulli nocuit, ſed oībus profuit. Non erit triſtis, ecce, quia non fuit commotus in animo, neque turbulentus, ecce, quia non fuit commotus in exteriori ſigno. Secundo Chriſtus fuit inflammatus & ſuccenſus, & quadruplici igne. Primò igne amoris De quo dicitur: Ignem veni mittere in terram &c. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Iſto igne amoris, adeo fuit inflammatus, quod propter noſtrum amorem

Inflāmatus fuit Chriſt⁹ igne quadruplici

amorẽ dimisit habitationem cęlestem,angelicam hæreditatem,& seipsum dedit in mortem. Reliqui domũ meam,& dimisi hæreditatem meam,dedi dilectã animam meam in manibus inimicorum meorũ Isto igne adeo fuit inflammatus, quod dedit nobis sapientiam suam,quia trigintatribus annis nos docuit.Potentiam suam,quia multa beneficia nobis contulit,infirmos sanando,mortuos suscitando. Personam suam;quia trigintatribus annis perseueranter nobis seruiuit. Et uitam suam, quia pro nobis mortẽ sustinuit.Secũdo fuit inflammatus igne doloris. Nullus.n. martyr,tantum dolorem sensit,quantum Christus. Maiorem.n.dolorem sentit oculus,qñ pungitur,quàm calcaneum quando uulneratur. Caro autem aliorum martyrum fuit instar calcanei,qa de grossa materia facta. Et caro Christi fuit ad instar oculi, quia habuit complexionem magis nobilem. Et erat delicata, ex eo quod fuit de spiritus sancti operatione concepta,de purissimo sanguine Beatæ Mariæ assumpta, & nulli vnquam peccato subiecta. Ergo maiorem dolorem sensit. Tertio erat inflammatus igne passionis. Passus est enim pęnam acerbam, variam,& diuturnam. Acerba quidem erat,quia in locis neruosis, ubi uiget maior sensus,& ideo maior dolor. Fuit uaria,quia a planta pedis usq; ad uerticem non fuit in eo sanitas.Fuit etiam diuturna, quia ab instanti suæ conceptionis durauit usque ad mortem suam.Ipse enim mortem suam semper sciuit,& ideo quolibet die dolorem habuit. Quarto erat inflammatus igne passionis. Magna enim compassione urebatur qñ matrem flentem uidit; Quando apostolos dispersos uidit. Quando ętiam suos crucifixores in frenesim uersim uersos aspiciebat. Sicut.n.pius pr̃ uidens filiũ freneticũ in ipsum insurgentẽ plorat non suam iniuriam,sed filij furiã; Sic & Christus nõ suos dolores,sed frenesim suorum interficientium deflebat.Ideo etenim pro ipso orabat,clamabat,& plorabat. Qui ĩ dieb.carnis suæ preces supplicationesq; ad

Luc.12. Ioã.15. Hie.11. Pœna Christi. Heb.5.

Deum

Deum &c. Ecce, quia orabat, Et cum clamore valido, Ecce quia clamabat. Et cum lachrymis offerens, Ecce, q̄a plorabat. Tertio Christus suauem odorem fecit patri, ex quo fuit reconciliatus, Vnde dr̄, In odorem suauitatis. Istud autem sacrificium erat valde odoriferū, quia fiebat in holocaustū. Holocastum.n. erat totum incensum. Christus igitur erat holocaustum, quia totus erat in passione incensus, ut supra dictum est. Et intus igne amoris, & foris igne passionis. Et istud p̄ quatuor signa potest ostendi, quæ sunt signa in aliquo vehementis caloris. Primum est: q̄a ualde sudauit, qui sudor in guttas sanguinis aquæ fuit cōuersum. Magnus erat ille ignis, qui ipsum non tm̄ in facie, sed etiā in toto corpore sudare faciebat; & qui humorem flegmaticum in sanguinem conuertebat, qui in tantum abundabat, q̄ in terram decurrebat. Secundum signum est, quia vestes ferre non potuit, sed nudus in crucem ascēdit, ac si ipso facto loquatur, & dicat, Tanto igne, ardeo, quod vestes sustinere non valeo. Hoc significatū est, Vbi dr̄, quod Dauid nudus ludebat ante arcam domini. Arca domini est Crux Christi, in qua profunda Dei mysteria continētur, Vbi Christus nudus iacet, q̄ nudus & gaudens crucem ascendit. Tertium signum est, quia sitiuit, & potum petijt. Bernar. O domine qui sitis fidem nostram; salutem nostram, & gaudium nostrum. Plus animarum vestrarum, quam corporis mei me tenet cruciatus Quartum signum est, quia totus in Cruce rubicundus fuit. Homo n. q̄ stat ad paruū ignē, efficitur rubicundus in facie. Iste autem portabat quatuor ignes, ideo fuit rubicundus in corpore, quia totus cruentatus in Cruce. Quare rubrum est indumentum tuum &c. Dilectus meus candidus, & rubicundus, Per puritatem fuit candidus: & rubicundus per sanguinis cruentationem.

Christ⁹ incēsus in passione.

2. Re. 6.

Esa. 63.

Can. 5.

Sermo cxvi. De eodem sermo vi. Mariæ dilectio, dolor, & deuotio exprimitur.

FAsciculus myrrhæ dilectus meus inter vbera mea cõmorabit᷑. Quãuis ergo B. Maria nõ fuerit gladio materiali ꝑcussa, tñ in Christi passione gladio doloris fuit transuerberata. Et ideo qñ Christi passio ad memoriam reducitur, non immeritò & matris passio ad memoriam reuocatur. In uerbis ergo præmissis in quantum de ipsa exponuntur, tria ponuntur. Primò .n. ponitur magnitudo sui amoris, cnm dr̄: Dilectus meus. Dilexit autem Christum dulciter, fortiter, sapiẽter. Sic dulciter eum dilexit, ꝙ tota præ amore liquefacta fuit. Sicut .n. aurum à facie ignis liquescit, sic eius anima ad præsentiam ignis cœlestis, qui in eius utero nouem mensibus habitauit. Anima mea liquefacta est &c. Sic dulciter eũ dilexit, ꝙ tota in amorẽ cõuersa fuit. Si .n. ignis materialis ea in quæ agit sibi assimilat, multo fortius ignis diuini amoris, qui in eius utero habitauit, eam sibi assimilauit, ꝙ totam in amorem conuertit. Hoc significatum est. Vbi dr̄: Rubus ardebat, & nõ cõburebatur. Arsit quidẽ igne amoris in mẽte, sed non fuit cõbusta igne concupiscẽtiæ. Sic dulciter eum dilexit, quod præ nimia amoris dulcedine, à se quodãmodo alienata fuit. Nam, & filius prę amore matris extra se positus esse videbat᷑, qñ sua vulnera obliuioni tradiderat, & matris solũmodo memor erat, quia Ioanni ipsam recommendabat. Mater etiam præ amore filij sui extra se esse videbatur, dũ mortẽ suã sic respiceret, ut in medio occisorũ sui filij amore intrepida remaneret. Sic dulciter dilexit, ꝙ tota languida facta fuit. Hõ languere consueuit post certamen & durum laborem. In corde namq; uirginis certabãt duo amores, & duo dolores, s. amor filij qui nolebat ipsum pati. Et amor gñis humani, qui nolebat ipsum mori. Et sic inter istos duos amores magnæ pugna erat. Certabãt .n. adinuicem, dolor, quẽ habitura

Cant. 5.

Mariæ erga Chr̄m dilectio

Cant. 1.

Exo. 3.

bitura

bitura erat de morte filij sui, qui nolebat ipsum pati. Et dolor de pditione gn̄is humani, qui volebat ipsū mori. Et quia in corde suo talis pugna erat, ideo tota

Cant. 2. languida facta fuerat . Nunciate dilecto, quia amore lāgueo. Secūdò dilexit filium fortiter. In Christi passione, quidam erant fortes quantum ad amorem sicut apostoli; qui ēt ipsum mortuum diligebant Sed debiles quantum ad corporalem associationem, quia ipso relicto, fugerunt. Et quantum ad fidem, quia ipsam pdiderunt. Alij fuerunt fortes quantum ad amorem, & associationem, sicut sunt sanctæ mulieres, quæ ipsum diligebant, & iuxta Crucem associabant . Sed debiles ad fidem, quia ipsam perdiderunt. Beata autem virgo fuit fortis, & quantum ad amorem, ꝙ filium suum sp dilexit, & quantum ad associationem, quia, iuxta crucem sp stetit, & quantum ad fidem , quia, ipsam nunquam amisit, & quantū ad mortis honorē, qa mori nō timuit. Vnde dr̄ in prosa. Nato quæso parcite; matrē crucifigite, aut in Crucis stipite, nos ambos affigite , male solus moritur. Tertio dilexit sapiēter & discrete , cuius discreta dilectio in tribus apparet . Primò, quia ipsum dum adhuc puer esset ad templum, & festiuitates Dei, per viam ēt longam , & asperam ducere consueuit. Secundò, quia ne Crucem ascēderet nunq̄ sibi dissuasit. Tertiò ut de Cruce descenderet nunquā sibi consuluit. quāuis sciret, qa dolores maximos pateretur . Quod est cōtra multas mulieres, quæ pueros suos à pueritia nimis delicate nutriunt, & ne Crucem pn̄ię ascendant auertunt . Et si ascenderint non solū ut descendant consulunt , sed ēt uiolenter educunt . Secundò ponitur magnitudo sui doloris cum dr̄: Fasciculus mirrhæ . Iste autem dolor causabatur in ea ex ratione sui, ex ratione filij, & ex ratione supplicij, Ratione sui, quia ipsa erat pia mater, quanto .n. mater est magis pia , tanto ad dolendum magis procliua . Beata ergo uirgo Maria, licet inquantum mater ad filium pia fuerit, est tamen facta magis pia, ex eo ꝙ diuina

Dolor Passiōis ex quo cābatur in Maria.

uina pietas in eius vtero nouē mēsibus habitauit. Fuit ēt tota mater, q̄a qn̄ diuidit̄ in multis, minor inuenit̄ in singulis. Si qua mr̄ plangit, dolorem cū patre diuidit. Hæc aūt diuidere non poterat, quia nullus pr̄ ibi erat carnalis. Fuit ēt vnici mater. Si qua mater filium amittit, solatiū recipit; q̄a alios hēt vel habere se sperat: hæc aūt nullū alium habebat, nec habere sperabat. Et iō vnicus sibi erat. Multū dolet mr̄, qn̄ audit filiū mortuum, sed plus dolet, qn̄ audit ipsum horribili morte necatum, sed maxime dolet, quando occiditur ante suum conspectum. quanto ergo dolore uirgo vulnerabatur, quæ cum esset pia mater, & tota mater, & unici mater uidebat filium suum mortuum? & horribili passione necatum? & ista oīa fieri ante suum conspectum? Secundo causabat̄ iste dolor in ea ex rōne filij. Multum enim dolet mater qn̄ filium bonum, & sapientem amittit. Hæc autem amittebat filium, de quo dr̄, Ego mater pulchræ dilectionis &c. Videbat.n. a se recedere filium, matrem suā dulciter diligentē, iō dr̄, Ego mater pulchræ dilectionis. Filium, matrem tam filialiter reuerentem, ideo dr̄, Et timoris, Filium matrem de cruce tam faciliter agnoscentem, ideo dicit̄, & agnitionis. Filium erga matrem tam pium existentem, ideo dr̄, & sanctę spei. Tertio causabatur in ea dolor ex rōne supplicij, uidebat.n. filiū pati pęnā ignominiosā, q̄ pęna latronū erat punitus, pęnam dolorosam, quia in toto corpore erat uulneratus, pęnā iniustam, quia sine cā fuerat dānatus. Hō quidem aliqn̄ dignus est morte pp aliquod facinus, quod committit sicut homicidiū, Aliqn̄ pp blasphemiā, quam irrogauit, sicut ille qui blasphemat regiam maiestatem. Aliqn̄ propter aliquam negligentiā, q̄ cōmittit sicut ille qui ex negligentia hostes castrum intrare permittit. Hic autem nulli nūquam iniuriam fecit, nulli unquā iniuriam dixit, nullum bonū unquā omisit, & de his omnibus dicitur, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius &c. Passus est pęnā dolorosā, Eccl. 24 1 Pet. 2.

ideo dicitur: Qui peccata nostra, idest pœnam pro peccatis nostris pertulit in corpore suo, scilicet toto. Ignominiosam pœnam, ideo sequitur, super lignum, scilicet Crucis. iniustam, ideo dicitur, Tradidit autem iudicanti se iniustè, & vere iniustè, quia nulli vnquã iniuriam fecit, ideo dicitur: Qui peccatum non fecit: quia nulli vnquam iniuriam fecit, ideo dr̃: Qui cum malediceretur non maledicebat: nullum vnquam bonum omisit, sed & plus fecit quã debuit, iõ sequitur, cuius liuore sanati sumus. Tertio ponitur magnitudo suæ deuotionis, & dilectionis cum dr̃: Inter vbera mea cõmorabitur. Ipsa.n. oĩa q̃ filius passus fuerat ĩ corde suo reponebat, & reuoluebat, & ex ipsis vulnerabatur præ dolore, cruciabat̃ præ amore, æstuabat præ cõpassione. Istũ igitur fasciculũ, i. passionis cumulũ inter sua vbera reponebat, qa inde se exterius, & interius muniebat. Muniebat.n. cor suũ, ne in memoriã intraret hostis p̱ suggestionẽ, vel in intelligẽtiam per aliquã delectationẽ, vel in uoluntatem p̱ aliquem cõsensum: Muniebat & opera, ne intraret per sinistrã intentionẽ, ideo dr̃: Hortus cõclusus &c. Clausa quidẽ fuit eius memoria, quia nunquam intrauit praua suggestio, iõ dr̃, Hortus conclusus. Clausa fuit eius intelligentia, quia nunquam ibi intrauit aliqua praua delectatio, iõ secũdo dr̃: Hortus cõclusus. Clausa fuit eius volũtas, quia nunquam ibi intrauit aliquis prauus cõsensus, ideo dicitur: Fons signatus. Eius etiam opera fuerunt coram Deo valde amæna, iõ dicitur: Emissiones tuæ paradisus. Et intra rationem valde ordinata, iõ dicitur: Malorum punicorum. Proximis odorifera & fructuosa, ideo dicitur, cum pomorum fructibus.

Mariæ deuotio.

Can. 4.

Sermo cxvij. De eodem sermo vij De misterijs ab Ecclesia in hac die repræsentatis.

Psal. 9.

ANnunciate inter gentes studia eius &c. Hæc possunt esse verba ꝓphetæ alloquẽtis p̃dicatores. ut

annűcient populis opera ſtudioſa, q̃ hodie eccleſia cō memorat, & myſteria q̃ hodie repræſentat. Primum eſt quia campanæ hodie nō pulſantur, ex eo quod omnes campanæ hodie ſiluerűt. Christus enim habebat duo- Cāpanę
decim apoſtolos, quaſi duodecim campanas, ſed una miſticæ
ipſarum, ſcilicet Iudas fracta fuit, quia ſuſpenſus cre- multi-
puit medius. Alia fuit groſſa campana, ſcilicet Petrus, plices.
qui ſemel tam altum ſonum dedit, ꝙ ſuper oēs Angelos auditus fuit. Tu es Chriſtus filius Dei uiui, ſed ho Mat. 16
die ſonum perdidit, quia ipſum confiteri auſus non fuit. Cæteræ campanæ. ſ. alij apoſtoli etiam ſonum perdiderunt, quia Chriſtum confiteri auſi non fuerunt. Poſt reſurrectionem aűt dñi, & ſpiritus ſancti miſſionem, ꝑ totum mundum ſonuerunt. In omnem terram Pſal. 16.
exiuit ſonus eorű. Alia campana fuit, q̃ tam dulciter ſonuit. ſ. B. Virgo, ꝙ ad eius ſonum in uterum, filius Dei aſcendit, qñ dixit: Ecce ancilla dñi &c. ꝙ Ioannes in matris utero tripudiauit, & ꝙ eius ſonum Chriſtus ſꝑ audire deſiderauit. Sonet uox tua in auribus Can. 2.
meis &c. Iſta hodie ſonum perdidit, quæ præ nimio dolore perforata fuit. Tuam ipſius animā pertranſibit Luc. 2.
gladius. Alia campana fuit Chriſtus, quæ non ceſſauit ſonare, quia non ceſſauit prædicare. Et tandem eleuata in campanili crucis, ibi multiplicem ſonum dedit. Nam in auribus patris dedit ſonum piæ conqueſtio- Mat. 26
nis. Heli heli &c. In auribus matris ſonum dilectionis, qñ ipſam Ioanni commendauit. In aurib. hoſtium ſonum magnę charitatis, quando pro ipſis orauit. In auribus humani generis ſonum doloris. Attendite, Thre. 1.
& uidete ſi eſt dolor ſimilis, ſicut dolor meus. Tantum iſta campana ſonuit, ꝙ tota rauca fuit. Laboraui cla- Pſal. 68
mans, raucæ factę ſunt fauces meæ, tandem in quinque partibus perforata fuit, & ſic omnino ſiluit, & ſonum amiſit. Secundű ꝙ eccleſia hodie reprę̃ſentat, eſt Tabulæ
percuſsio tabulæ, quod fit triplici ratione. Sonus .n. ta ꝑcuſsio
bulæ repreſentat confuſum ſonum totius officinæ triplici
infernalis. Chriſtus enim uectes ferreos confregit. rōne fit.

Angeli ualenter clamabant. Aperite portas principes uestras. Sancti. n. patres, qui ibi fuerunt, iubilabant, dæmones ululabant; damnati flebant, & sic mixtus erat sonus flentium, & sonus gaudentium Secundò repræsentat strepitum dominicę passionis seu captionis. Iudæi. n. ad capiendum Christum cum magno strepitu armorum uenerunt. s. cum gladijs, fustibus, & lucernis

Mat. 16 Tanquam ad latronem existis. Tertiò sonus ille excitat dolorem in Christianis. Ecclesia namque nititur fideles hodie incitare ad fletum. Ideo tacet sonus lætitiæ, qui fit tactu, sicut est sonus campanæ, & facit sonũ tristitiæ. s. sonum tabulæ. Tacet etiam sonus lætitiæ, q̃ sonus fit cum uoce, sicut patet in lectionibus, & facit sonum tristitiæ, sicut patet in lamentationibus. Tacet etiam sonus lętitiæ, qui fit cum flatu, & facit sonum tristitiæ, qui fit cum fletu, quia cantus lætitiæ subticentur, & cantus tristitiæ recitantur. Tertium est quare passiones aliorum sanctorum celebrantur cum lætitia; Christi autem passio cum tristitia. Prima ratio est, quia alij sancti passi sunt propter se, ut scilicet p suam passionem acquirant gloriam cęlestem, & ideo eis cõgaudere debemus. Christus autem non est passus propter se, sed pp peccata nostra, ideo flere debemus. Secunda ratio est, quia hodie fleuit terra, scilicet qñ con

Heb. 5. tremuit, sol quando obscuratus fuit, fleuerunt sanctæ

Esa. 33. mulieres, fleuerunt apostoli, fleuit Petrus, fleuit Virgo beata, & fleuit Christus. Fleuerunt & angeli. Angeli pacis amare flebant, fleuisset Deus pater si potuisset. Quis ergo fidelium hodie non flebit? Quartum est, quia missa hodierna non habet principium. i. introitum, quia Christus à nobis exiuit. Non habet finem, scilicet benedicamus domino, quia ille qui est in tribulatione, nõ indiget benedictione, sed cõpassione, nõ habet medium, quia hostia non consecratur, ex eo ꝙ uera hostia est ablata, uel potest dici, ꝙ hæc missa nõ hẽt principiũ, mediũ, neq; finẽ, q̃a à nobis recessit ille, qui est principium, à quo omnia, medium per

quem

quem omnia,& finis ad quẽ omnia. Quintum est,quia ante crucẽ nos prostramus,vt Christo rependamus, q se prostrauit vsq; ad terrę susceptionem. Exinaniuit se metipsum &c. vsque ad terræ habitationẽ, Post hęc in terris uisus &c. vsq; ad terræ corruitionem. Fortis impegit in fortẽ, & ambo corruerunt: vsque ad terræ penetrationem. Penetrabo inferiores partes terrę & cæt: Sextum,quia crucem hodie osculamur. Notandum qđ quatuor personæ Christum erãt osculatæ, scilicet,Maria in signum amoris: Simeon in signum deuotionis: Magdalena in signũ reconciliationis: Iudas in signũ proditionis. Quicunque igitur crucem hodie osculabitur,uideat qualiter osculetur. Qui enim Dei,& proximi amore repletur, osculatur cum Maria. Qui intima deuotione ad crucem Christi afficitur, osculatur cum Simeone. Qui Christo per pęnitentiam reconciliatur, osculatur cum Magdalena. Qui in pascha ad mensam Christi epulatur, & post pascha ad peccata reuertitur,osculatur cum Iuda proditore. Magna enim proditio Christo osculũ dare,& corpus Christi de mẽsa altaris suscipere,& postea Christũ expellere,& dæmonem introducere. Septimum est, qa hodie ecclesia pro omnibus orat. Cuius rõ est,quia Christus fuit hodie ualde pius in parcẽdo, quãdo pro suis crucifixoribus orauit. Fuit liberalis in largiendo,qa latroni paradisum dedit. Largus in redimendo, qñ non guttam, sed sanguinem totum dedit. Viscerosus in diligendo, quia per foramen lateris manifestauit amorẽ cordis. Iõ ecclesia cõsequens hodie est ualde pia in cognoscẽdo,liberalis in orãdo,larga in largiendo, & uiscerosa in diligendo. Octauũ est,quia fideles omnes ecclesias & altaria uisitare consueuerũt. Cuius prima ratio est, quia Christus omnes sanctos,qui fuerunt a principio mũdi vsq; tunc in carcere limbi visitauit.. Viuificauit nos oriens ex alto. Secũda ratio est,quia illa visitatio, quã fideles faciũt hodie,sigñat uisitationẽ discipulorum,& sanctarum mulierũ,q̃ ibant & redibant uisitando

Phil. 2.
Baru. 3.
Hie. 46
Eccl. 24
Crucis de osculatio.

do sepulchrum. Tertia ratio est, quia sancti debent hodie esse valde liberales Et ideo sunt uisitandi,& rogandi, de carcere limbi sunt educti, & in cœleste imperium sublimati. In hac die multum debent esse liberales,in qua Christus eis sic extitit liberalis.

Sermo cxviij. In Vigilia Pascha Sermo j. De monumento, in quo Christus fuit positus.

Ps. 15. CAro mea requiescet in spe. Christus,q olim requieuit in sabbato ab operibus creationis,hodie requieuit in monumēto ab opib.recreationis, & hoc in spe accelarādæ resurrectionis.Circa ipsum aūt monumētū in quo Christus requieuit tria sunt vidēda, s.Continens,Cōtentus,cōtinendi modus. Continēs aūt est ipsum monumentū,qđ nō fuit fortuitò inuētū, sed diuina prouidentia.Præparatū nāque fuit nouū,& hoc triplici de causa; Prima est s̃m Ambrosi. Ne si in monumēto veteri fuisset positus,resurrexisse īde alius videretur. Secunda rō est quam tangit gloss.super Ioānem q̄a sicut in utero Mariæ nemo ante eum, & nemo post eum fuit,sic cōueniens fuit,vt in eius monumēto,nec ante eū,nec post eum alius poneretur. Tertia est ad innuendum,ꝙ qui corpus Christi debet recipere,aut esse debet nouus p sincerā innocētiam,aut debet esse innouatus per veram pnīam. Epulemur in azimis sinceritatis,& ueritatis. Secundò fuit monumentum iusti.s. Ioseph,non Herodis Primò secundum Ambro.Ad significādum, ꝙ Christus moritur in corde peccatoris, sed requiescit in mente iusti. Secundò ad innuēdum, ꝙ amplius non debebat pro peccatoribus immolari. Natus est.n.inter duo animalia,q̄a homines bestiales facturus erat rōnales.Vixit īter peccatores,&mortuus est inter latrones q̄a p suā uitam, & passionem malos iustificaturus erat,sed requeuit in monumēto iusti. Nō enim amplius voluit iustorū, & peccatorū consortia, quia pro eis vlterius moriturus non erat. Christus resur-

Monumētum Christi quare nouum.

1.Cor.5

Quare iusti.

Rom.6.

ſurgens ex mortuis,&c. Tertiò ad inſinuandũ, ꝙ licet in hac vita ſint mixti boni & mali: poſt mortem tamẽ ſunt boni per ſe; & mali ꝑ ſe. Cuius ventilabrũ in manu eius &c. Tertiò fuit alienũ. Primò vt ſuã paupertatem oſtenderet. Sicut enim in aliena domo fuit natus,& in aliena cõuerſatus,ſic & in alieno monumẽto poſitus. Vulpes foueas habent &c. De hoc Ambr. Vt quid illi tumulus in terris,cuius ſedes manebat in cœlis? Secũdo ſecundum Ambroſiũ,quia nõ debebat ibi a morte detineri. Noluit enim habere ſepulturam propriam,quia ibi modicam facturus erat morã. Tertio ſecundum eundem ad innuendum,quòd pro aliena moriebatur ſalute. Vnde ait: Ideo in aliena ſepultura ponitur,quia pro aliena ſalute moriebatur. Quartò etiã fuit colore albo; rubeoque permiſtum,vt dicitur in hiſtorijs ſcholaſticis. Primo ad ſignificandum, quod ibi poſitus erat ille de quo dicitur: Dilectus meus candidus & rubicundus. Et ſecundo ad oſtendẽdum quod in iudicio quãdo omnia monumenta aperientur,ipſe bonis erit lætus,& malis terribilis. Nam ſecundum Grego. in fulgore notatur terror,in candore vero lætitiæ blandimentum. Tertio ad innuendũ quod ille,q corpus Chriſti vult recipere,debet eſſe albus per munditiam, & rubicundus per charitatem ſinceram. Secundo eſt videndum de contento. Ibi enim continebatur corpus Chriſti,quod erat corpus multæ ſcilicet maieſtatis, quia erat diuinitati vnitum, multæ pietatis, quia multis vulneribus laceratum, multæ puritatis, quia ab omni corruptione extraneum. Erat enim imbalſamatum deitate, & ideo ſi per mille annos ibi iacuiſſet incorruptibile fuiſſet, multæ poteſtatis,quia ſpoliauit infernum, Licet enim corpus remãſerit, & fuerit in monumento poſitũ,& collocatũ in ſepulchro. Anima tamen eius deſcendit in infernum,& ipſum ſpoliauit. Tertio videndũ eſt de modo ſecundum quẽ corpus ibi poſitum fuit. Nam erat ibi ſindone inuolutum. Fuit myrrha,& aloe,& aromati-

Luc. 3. Quare alienũ. Matt. 8. Quare ſit coloratum. Cant. 5. Mat. 27

bus cōditū. Per quæ datur intelligi, ꝙ ille qui corpus
Ioā. 19. Christi debet recipere, debet ipsū recipere cū magna puritate; qđ significatur ꝑ syndonē mūdam. Gl. ibidē. Syndone munda Iesum inuoluit, ꝗ pura mente ipsū suscipit. Secundò cum multo timore, qđ significať ꝑ myrrhā, ꝗ hēt a putredine cōseruare, sic & timor à pec
Pro. 28. cati corruptione. In timore domini declinat oīs homo à malo. Tertio cū multa fide, qđ significať ꝑ aloes quæ hēt virtutem purgatiuā. Et de fide dr̄: Fide purifi
Act. 35. cans corda eorum, Quarto cum multa deuotione qđ significatur per aromata. Ipsa enim deuota oratio est
Apo. 7. coram Deo valde odorifera. Ascendet fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu angeli coram Deo.

Sermo cxix. De eodem sermo secundus. De quintuplici sepulchro.

Mat. vl. VEnit Maria Magdalena, & altera Maria videre sepulchrū Istæ sanctæ mulieres fuerūt valde sollicitæ sepulchrū Christi visitare, Exēplo quarū & nos sepulchra visitare debemus. Notandū autem quòd est quintuplex sepulchrū. Primum est speciale & singulare, quòd erat Christus: quod affectu cōpassionis, & de
Sepulchra 4. de causis uisitantur. ꝗbus, & Christi sepul. visitandū uotionis visitare debemus: Quatuor aūt de causis sepulchra visitari cōsueuerūt. Aliqñ ad plorādū, aliqñ ad inungendum, sicut antiquitus erat cōsuetudo, aliquando ad sepeliendum, aliquando ad honorandū, sicut sepulchra martyrū visitamus. His quatuor de causis sepulchrū Christi uisitare debemus. Primo vt ploremus affectu cōpassionis, exemplo Magdalenæ, de qua dr̄: Maria stabat ad monumentum foris plorans.
Vñ cantat ipsa ecclesia Hierusalem luge, ꝗa in te oc
Ioan. 9. cisus est Saluator Israel. Secundò ad inungendum, & hoc triplici vnguento secundum Ber. scilicet cōtritionis, qđ fit de recordatione peccatorū. Deuotionis, qđ fit de recordatione bñficiorū. Et pietatis, quod fit de operi-

operibus miserationum. Tertio vt cū eo sepeliamur per imitationem. Consepulti.n. sumus cum illo &c. Rom. 6.
In mortem.n. Christi anima fuit à carne separata, anima tñ & caro diuinitati fuerūt unita. Sic & in nobis anima dēt separari à carne,i.à carnali amore. Anima tñ,& caro debent Deo uniri,anima per amorem, caro per incorruptionem, psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum &c. Quartò ut ipsum honoremus,s.per honestam conuersationem. Videntur opera vestra bona &c. per laudationem, & carnis mortificationem. Glorificate & portate Deum in corpore vestro. Secundum est monumentum materiale circa q̄ pōt fieri quoddam commendabile,vt.s. monumenta sæpe videamus,& ad funera pergamus. Melius est.n. ire ad domum luctus, q̄ ad domum conuiuij. Est quoddam uituperabile,s.q̄ aliquis usurarius in loco sacro sepeliatur. Quid hic,aut quasi quis hic, quia excidisti sepulchrum tibi, ecce dn̄s asportari te faciet,sicut asportatur gallus gallinaceus. Gallus gallinaceus est gallus castratus, qui iō impinguatur, vt comedatur,& per pedes asportetur. Sic tales impinguantur diuitijs, vt diuitiæ à parentibus, caro à uermibus,aīa à dęmonib.comedatur. Tales sunt extumulandi & per pedes in fossatum proijciendi. Fit ēt circa sepulturas quoddam lætabile,q.s. aliqñ fiunt solēnitates. Et istud toleratur pp consolationem uiuentium, & pp spem futuræ resurrectionis, dummodo non fiant nimis curiose,quia tunc esset repræhensibile. Glo. super Matth. Ex simplici sepultura dn̄i,ambitio diuitum condemnatur, qui nec in tumulis possunt carere diuitijs. Tertium est sepulchrum spirituale,s ipsa religio,vbi religiosus mortuus mundo, dēt abscondi in claustro tanquam in sepulchro. Sunt tñ multi qui ibi uiui sepeliuntur. Quatuor autem de causis homo aliquando sepelitur viuus, aliquando.s. ex ignorantia qñ creditur mortuus,& est uiuus, Aliquando ex malitia, quando quis viuus sepelitur, vt sua bona

Margin notes: Matt. 5. — 1. Cor. 6 — Eccl. 7. — Esa. 22. — Sepelit quis uiuus. 4. de causis.

bona diripiantur. Aliqñ ex iustitia, qñ aliqui pp aliquod facinus in terra suffodiuntur. Aliquando ex cõsuetudine aliqua sicut narrat Hiero. contra Iouinianum, q alicubi est consuetudo, ꝙ vxor uiua cum uiro defuncto sepeliatur. Sic ẽt in sepulchro religionis, quidam ingrediuntur tanquam mundo mortui, sed tñ sunt ciui, vt ibi benè pascantur, vel honores aliquos assequantur. Exemplo vulpis quæ fingit se mortuam, vt pullos rapiat. Aliqñ hoc accidit ex cupiditate recipientium, qui scienter tales recipiunt, vt eorũ bona possideant. Aliqñ includuntur aliqui ex sua culpa, vt pnĩam ibi agant, vel inuiti à parentibus includuntur. Talibus sæpe religio est tormentum, & sunt mortui Deo, & uiui mundo. Alij, quia dñt talem consuetudinem ibi esse, vt taliter uiuant, taliter habeant,
Iob. 5. cum mala consuetudo sit potius corruptela, & malus vsus potius abusus sit dicendus. Quartum est sepulchrum cęleste, de quo dr̃: Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tpe suo. Tempus.n. inferendi triticum in horreum suum, est tp̃s messium. Messis vero est cõsumatio sęculi. In pręsenti uita Deus dat de tritico suo pugillum, i. æternæ beatitudinis modicum gustum. In futuro aũt dat animabus manipulum, i. vnicam stolam animarum, in cõsummatione vero sęculi dabit aceruum. Aceruus.n. conficitur ex diuersis manipulis, quia tunc sancti percipient fœlicitatem aĩę, & immortalitatem corporis.
Luc. 16. Quintum est sepulchrum infernale, de quo dr̃, Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Dęmon .n. qui est super auaros, ibi hẽt suum sepulchrum. Et in circuitu eius sunt sepulchra oĩum auarorum, vnde dicitur: Ibi Assur & omnis multitudo eius, in circuitu eius sepulchra illius. Assur interpretatur diues vel beatus. Et significat dæmonem qui est super diuites,
Eze. 32. qui reputant se beatos. Iste habet sepulchrum in inferno, & in circuitu eius sepulchra oĩum auarorum. Similiter & dæmon, qui est super oẽs luxuriosos ibi habet

hēt sepulchrum. Et in circuitu eius sunt sepulchra omniū luxuriosorū, vnde sequitur ibi Mosoth, & Tubal, & in circuitu illius sepulchra eius, qui descenderūt in infernum cum aīs suis. Mosoth interpretatur captura. Tubal uero desertus. Et significat dęmonem, qui est sup oēs luxuriosos, q à diabolo capiuntur, & à Deo deseruntur. Similiter & dæmon, qui est supra superbos hēt ibi sepulchrum, & in circuitu eius sepulchra oīum supborū, vñ sequitur: Ibi Helam, & oīs multitudo eius p girum sepulchra sua, q descenderūt ad terram vltimā. Helam interpretatur sublimare. Et significat dæmonē qui est super superbos, qui semper alijs volunt eminere. Istæ dæmon habet in inferno sepulchrum suum, & in circuitu eius sunt sepulchra omnium superborum.

Sermo cxx. In die paschæ sermo primus Quomodo luminosa, uirtuosa, & gaudiosa dies resur extiterit.

HAec dies quam fecit dñs, exultemus & lætemur in ea. Ecclesia quæ in Christi passione ostēderat suum fletum, nunc ostendit suum gaudiū dicens, hęc dies quam fecit dominus &c. vbi ostenditur, quòd est dies luminosa, cum dicitur, hæc dies. Dies enim dicitur a dyon græce, quod est clarum. Secundò, quòd est virtuosa, cum dicitur, quam fecit dominus, quia in ea dominus multa mira operatus est. Aug. Et si dominus omnes dies fecit, hanc tñ singulariter, non quia eam præ alijs, sed quia in ea plus q in alijs fecit. Tertiò q est gaudiosa, cū subditur: Exultemus & lætemur in ea. Est aūt luminosa, quia iā quadruplici lumine est illustrata. Primò a lumine cęlesti, i dest, ab ipso sole, qui in hac die ampliore luce refulsit. Ambro. In resurrectione Christi aer salubrior, sol candidior, terra fęcūdior. Maximus: In resurrectione Christi elementa oīa glo riantur nam & solem ipsum in hac die arbitror solito clariorem. Necesse est enim ut in hac die sol gaudeat & in eius plus solito iucundet resurrectione, in cuius passione

Ps. 117.

Lumine quadruplici dies resur. Illustrata fuit.

passione cōdoluit. Sicut.n.in passione Christi maiorē recepit obscuritatem in signum tristitiæ, quia creditur fuisse eclypsis, sic in eius resurrectione maiorē recepit claritatē in signum lętitiæ. Non potuit istam claritatē maiorem recipere q̄tum ad extensionem, quia sol de rōne sui ad omnia se extendit, ideo recepit eam quantum ad intensionem. Secundo hæc dies illuminatur à
Mat. vl. lumine intellectuali, idest ab angelo, qui hodie totus luminosus apparuit scilicet in aspectu, habitu, & affatu. Aspectum habet fulgidum ad instar fulguris: Habitum ad instar niuis: Affatum ad instar solis. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, quo ad primum. Et vestimēta eius sicut nix, quo ad secundum. Scio enim quòd Iesum quæritis, quo ad tertium. Cum enim Christus sit sol, quando Iesum nominauit, solem in ore habuit. Tertiò illuminatur à lumine super substantiali, scili-
Mich. 2 cet a Christo. Tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat sub nubilo. Fuerat enim sub triplici nubilo, scilicet mortalitatis quo ad corpus, passibilitatis quo ad animam, & multiplicis pęnalitatis quo ad utrunque. Sed hodie de isto triplici nubilo exiuit, & in mundo refulsit. Nam corpus eius induit immortalitatem, aīa impassibilitatem: & utrunque omnimodam gloriā, & fęlicitatem: Leo Papa: Post passionem Christi ruptis vinculis mortis, infirmitas in virtutem, mortalitas in æternitatem, contumelia transiuit in gloriam. Quartò illuminatur à lumine spirituali.s.à luce fidei, gratiæ, & doctrinæ. Olim quidem ista lux in solis Iudæis refulgebat, quia soli habebant fidem ueram, spiritualem gratiam, & doctrinam sanam. Tota autem gentilitas erat in tenebris infidelitatis, culpę, & ignorantiæ. Sed post Christi resurrectionem, gentilitas est conuersa, et in ea luxit fides vera, gratia, & doctrina. Et quoniam lux nunquam augetur melius, quam per applicationē lucis ad lucē, ideo hęc lux spiritualis multū excreuit, quiá in utroq; populo, scilicet iudaico, & gentili con
Rom. 1. iūcta fuit, scilicet fides fidei. Iustitia.n. in ea reuelatur

ex fide, gratia gratiæ. Exæquabit' gratia gratiæ eius,& Zac. 2.
doctrina doctrinæ,scilicet nouum testamentũ ueteri,
utrunque.n.est in altero , scilicet nouum in ueteri, ꝑ
p̄figurationem,& uetus in nouo ꝑ expositionẽ , iuxta
illud. Rota in medio rotæ.Secũdo hæc dies est uirtuo Ezec. 5.
sa,cuius uirtus & efficacia in triplici machina mundi Resurr.
apparet,& in cęlo.s. quia sanctorũ gloria est augmẽta uirt⁹ in
ta quãtũ ad tria.s.q̃tum ad obiectũ , qa cum obiectum triplici
beatitudinis esset sola diuinitas,modo est humanitas, machi-
& diuinitas.Egredietur, s.ad considerationem huma- na mun
nitatis , & ingrediet' ad considerationem diuinitatis, di appa-
& ubiq; pascua inueniet.s. æternæ suauitatis . Quantũ ret.
ad subiectũ , qa cum mõ solę animæ sint glorificatæ, Ioã. 10.
tandem ꝑ Christi resurrectionem corpora resurgent,
& animabus coniungentur,& sic totus hõ beatificabi-
tur.Quãtũ ad cõsortiũ. Olim quidem non erat in bea
titudine ęterna de creaturis rõnalib.nisi angelica.Sed
mõ associat' ei humana natura,qa homines intra ange
lorũ ordines assumunt'.Propter ista tria dr: Iudæis no Hest. 8.
ua lux oriri uisa est,gaudiũ,honor,& tripudiũ. Habe-
bunt.n.sancti gaudium de angelica societate,honorẽ
immensum pro assumpta Christi humanitate, & tripu
diũ,qa corporis & animæ fœlicitatẽ.Secũdo apparuit
eius efficacia in mundo,s.quantum ad præteritos,præ
sentes,& futuros.Maxi.Lætemur in hac die, quæ & ui
uos circunfulget,& mortuos uiuificat,& uẽturos illu-
minat. Specialiter autem Christi resurrectio apostolis
profuit, q̃ remanserant in errore,in timore,& in mæ-
rore.Sed hodie timor transiuit in constantiã.Error in
fidem ueram. Virtute magna reddebant apostoli. (Ec- Act. 4.
ce quanta constantia)testimonium resurrectionis,(ec
ce fides uera,)mæror in lætitiam,Gauisi sunt discipuli Ioã. 20
uiso domino . Tertio apparuit eius uirtus,& efficacia
in inferno. Sancti.n. patres ibi erant multum desolati
propter locum , quia erant in loco infimo , qui debe-
bant esse in cęlo,& propter damnum,qa erant in cali
gine, qui debebant esse in Dei lucida uisione , & ꝑꝑ

consortium, quia habebant dæmonum vicinitatem, q̃ debebant habere angelorum societatem. Sed Christus eos extrahens, ad locum cœlestẽ eos deduxit, suam ui

Esa. 35. sionem eis reddidit, angelorum socios eos fecit. Gaudiũ & lætitiã obtinebũt &c. Habebunt.n gaudium, qa cõsecuti sunt diuinæ visionis respectũ, lętitiam, quia dimiserũt locũ tã infimum, fugit ab eis dolor & gemitus, qa euaserũt tã horribile cõsortiũ. Tertio hęc dies

Notãdũ est gaudiosa, cũ dr̃: Exultemus & lętemur ĩ ea. Est aũt antiqua dr̃ia inter gaudiũ, & lætitiã, & exultationem. Nam ſm Augu. gaudium est diffusio cordis de aliquo bono concepto. Lætitia addit supra gaudium maiorem. s. cordis dilatationem. Vnde & lætitia quasi dilatitia dr̃: Exultatio aũt addit super utrumque maiorem ostensionẽ. Vñ exaltatio, quasi extra saltatio dr̃: Est ergo hæc dies tota gaudiosa, qa in hac die gaudẽt creaturæ superiores, lætatę sunt medię, exultauerunt inferiores. Ista ostendit Ambro. dicens: In hac die p̃ Christi resurrectionẽ aperitur tartarus, p̃ neophitos ecclæ renouat' terra. Cęlum per spiritũ reserat'. Apertus tartar⁹ reddit mortuos, renouata terra germinat resurgẽtes. Cœlum reseratum suscipit ascendentes. Tartarus quod hẽt reddit ad superos, terra quos sepelit, mittit ad cœlum. Cœlum quos suscipit, repræsentat ad Deũ.

Sermo cxxi De eodem Sermo secundus. Resurgentis fœlicitas, potestas, veritas, atque pietas ostenditur.

Luc. vl. SVrrexit dñs uere; & apparuit Simoni. Quatuor sũt quæ Christi resurrectionẽ faciunt ualde mirabilẽ. s. resurgentis mira fęlicitas, eiusdem mira potestas, resurrectionis omnimoda ueritas, & resurgentis ineffabilis pietas. Ista quatuor in pręmissis uerbis notantur. Primò enim ponitur Christi magna fęlicitas, cum dr̃ resurrexit, secundum autem Aug. non surgit nisi q̃ prius cecidit, sed Christus cecidit per mortem corporis, non per mortem mentis. Et ideo tantum vna resurrectione

rectione indigebat, s. resurrectione gloriæ. Nos autẽ quadruplici cã cecidimus, s. per mortẽ corporis, per mortem mentis, per mortem vetustæ cõuersationis, & per mortem infidelitatis. Primo ergo homo ceciderat per mortem corporis, iõ indigebat resurrectione corporali. Per hominem mors, & per hoĩem resurrectio mortuorum. Secundo ceciderat per mortẽ mẽtis, iõ indigebat resurrectione spirituali, de qua dr̃: Beatus qui habet partem in resurrectione prima. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos: Ad resurrectionem.n. spiritualem duo dies req runtur, s. remissio culpæ, & collatio gratiæ. Ad resurrectionem vero corporum, spectat ablutio culpæ, & collatio gloriæ, & despoliatio oĩs miseriæ. Tertio homo ceciderat per mortem vetustæ conuersationis, iõ ĩdigebat resurrectione sacrãli, De qua dr̃, Sicut Christus resurrexit a mortuis ad gloriam patris, sic & nos nouitate vitæ ambulemus. Quarto ceciderat per mortem infidelitatis, ideo indigebat resurrectione exemplari. Nunquam.n. credidisset resurrectionis sacr̃m, nisi eũ habuisset in exemplum. Grego. Christus mori dignatus est ex voluntate, resurrexit ex ptãte, & ostẽdit exemplo, quod nobis promisit in præmio. Scđo ponitur resurgentis magna ptãs, cum dr̃: Dñs. Ipse.n. fuit Dñs suæ resurrectionis, quia seipsum suscitauit. Magna nanq; potentia est qñ viuus resuscitat mortuum, sicut Petrus Thabitam. Maior qñ mortuus suscitat mortuum, sicut corpus Helysæi suscitauit cadauer defuncti. Maxima uero potentia si defunctus suscitaret seipsum. Sed istud nusquam aliàs est repertũ. Christus aũt, & uiuus suscitat defunctum, & hoc Lazarum, & mortuus suscitauit mortuum, quia cum ipso mortuo multa corpora sanctorum resurrexerunt, & mortuus suscitauit seipsum. Soluite templũ hoc, & in triduo excitabo illud. Et ptãtem habeo ponendi aĩam meam &c. Tertio ponitur eiusdem resurrectionis oĩmoda veritas cum dr̃: Vere quam quidem ueritatem

Casus hoĩs, eiusq; remediũ.

Apo. 20

Ose. 6.

Rom. 6.

Act. 9.

4. Re. 13

Ioan. 2.

Ibid. 10

re alicui propter suam austeram uitam, nec propter dignitatem suam, neque summam prælationem, sed propter præceptorum Dei obedientiam ueram.

Sermo cxij De eodem sermo iij. De capitis, atque corporis Resurrectione.

QVi suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit. Quia caput nõ est sine corpore, nec corpus sine capite; iõ apostolus ait hic de resuscitatione capitis, cum dicit, Qui suscitauit Iesum. Secundo de resuscitatione corporis cũ addit, Nos cum Iesu suscitabit. Circa primum notandũ ꝙ ipsa resurrectio capitis nr̃i, i. Christi tripliciter fuit. Primo nanq; surrexit uelociter, quia die tertia, noluit aũt ante diẽ tertium resurgere, Tum pp probationẽ, quia sicut in ore duorum uel triũ tęstiũ stat perfectũ oẽ uerbũ, sic in duobus vel tribus dieb. experiemur oẽ factũ. Tum pp signationem, vt. s. ex hoc signaretur, ꝙ lux suæ mortis fugauit nostrã duplicẽ mortẽ. Et iõ una die ĩtegra, & duabus noctib. iacuit in sepulchro. Tũ pp restauratorũ præfigurationẽ. Petrus Rauẽ. Tres dies uoluit eẽ suæ sepulturæ, q̃ in cęlo est restauraturus, & q̃ ĩ terra reparaturus, & q̃ apud inferos redẽpturus. Secundo surrexit fęliciter, quia deposita oĩ miseria, quod quidẽ oñdit uerbo, facto, & signo ac mysterio. Verbo quidẽ cũ dixit, hæc sunt uerba, q̃ locutus sũ uobis, cũ adhuc essẽ uobiscũ. Nã & cũ illis erat p pñtiã, sed cũ eis nõ erat p mortalitatẽ depositã. Facto, qñ ianuis clausis ad discipulos intrauit. Greg. Quid mirum si clausis ianuis in æternũ iam victurus intrauit, qui moriturus ueniens, non aperto utero uirginis exiuit? Signo, qñ discipulis piscãtibus in littore apparuit. Greg. Ac ipsũ resurrectionis suæ mysteriũ rebus loquať, dicẽs, iõ vobis in mari non appareo, quia uobiscum in pturbationũ fluctib. nõ sum. Mysterio. s. p hoc ꝙ ĩ Galilæa apparuit. Greg. Galilæa transmigratio interpretatur. Iã quippe a passione ad resurrectionem, a morte ad uitam, a pęna ad

2. Cor. 4

Resurre. Christi fuit tripliciter.

Luc. vl.

gloriam transmigrauerat. Tertio surrexit potẽter, q̃a
Hier. 4. capta præda, f. infernali. Ipse.n. infernum spoliauit.
Ascendit leo de cubili suo, & prædo gẽtiũ se leuauit.
Sanctos qui ibi erant ad se traxit. Si exaltatus fuero a
Ioã. 12. terra, omnia traham ad meipsum. Multitudinẽ q̃ erat
in inferno momordit, quia unam partem a se accepit,
Ose. 13. & aliam ibi dimisit, Ero mors tua o mors: morsus tuus
ero inferne. Secũdo ponit apostolus resurrectionẽ cor
Res. no- poris mystici cum dr̃: Et nos cum Iesu suscitabit, ꝙ
strę qũo autẽ Christus corpora nostra resuscitet, p multos mo-
simus se dos securos nos fecit. Primo per promissionem. Hæc
curi. est voluntas patris mei, qui misit me; & sequit': Et ego
Ioan. 6. resuscitabo eum in nouissimo die. Deus aũt suam pro
Psal. 88. missionem irritare non põt. Quæ procedunt de labijs
Ioan. 5. meis non faciam irrita. Secundo per iuramentũ, Amẽ
amen dico vobis, quia omnes qui in monumẽtis sunt
audient vocem filij Dei. Deus aũt post suam iur̃m pę-
Psa. 109 nitere non põt. De hoc Psal. Iurauit dñs, & non pęni-
tebit eum, tu es sacerdos in æternum &c. Tertio per
instrumenta, idest quatuor euãgelia. In quolibet enim
euangelio de nostra resurrectione cõtinet'. Aug. Euan
geliũ legimus instr̃m nostrum. Quarto per testes. De
Iob. 19. hoc enim testes sunt patriarchæ: In nouissimo die de
Eze. 37. terra surrecturus sum &c. Prophetæ. Vaticinare de os
sib. istis, & dices eis. Ossa arida audite verbũ Dei &c.
Apostoli dñi. Seminatur corpus animale, surget cor
1. Cor. pus spirituale. Martyres. E cœlo ista possideo, sed pp
15. Dei leges ea despicio, q̃a ab ipso ea me recepturũ spe
2. Mat. 2 ro. Confessores. Vir fortissimus Iudas collatione fa-
cta &c. Virgines. Dedit mare mortuos suos &c. Quin-
Ibid. 11 to per fideiussores. Deus.n. sanctos qui sunt in patria
Apo. 20 nobis in fideiussores dedit, ꝙ q̃n eorũ corpora resur-
gerẽt, & nostra resurgerẽt. Vidi subtus altare aĩas inter
Ibid 6. fectorũ &c. Et sequit', dictũ est eis vt requiescerẽt ad-
huc tp̃s modicũ, donec compleat' numerus cõseruorũ
& fratrum suorum. Sexto per obsides. Deus.n. corpora
apostolorum, & aliorũ sanctorũ in obsides nobis de-
dit,

dit, q̃ sine nobis non cõsumabunt. Hi oẽs testimonio fidei probati acceperũt ꝓmissionẽ, Deo ꝓ nobis aliquid melius prouidẽte, ut nõ sine nobis cõsumarent. Septimo per pignora, dimisit.n.nobis in pignus corpus suum. Qui manducat meam carnem, & bibit meũ sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Dedit & aliud pignus.s.Spiritum sanctum. Si spiritus, qui suscitauit Iesum, habitat in nobis, uiuificabit, & mortalia corpora nostra &c. Octauo per arram. Est autem arra pars precij persoluẽdi. Tunc igitur Christus nostrę resurrectionis arram dedit, qñ multa corpora sanctorum suscitauit. Nono per missionem possessionis in rem. Tunc enim in possessionẽ resurrectionis misi sumus, qñ caput nostrũ resurrexisse uidemus. Si.n.caput resurrexit, cõstãs est, q̃ & corpus resurget. Maximus. In Saluatore nostro oẽs resurgemus. Est.n.in Xp̃o hoĩe vniuscuiusq; caro sãguis, & portio. Vbi ergo portio mea regnat, regnare me credo, ubi dñat sãguis meus, dominari me sentio, ac ubi gloriat caro mea, gloriosũ me esse cognosco.

Heb. 10
Ioan. 6.
Ro. 11.

Sermo cxxiij. de eodem sermo quartus. De necessitate Resur. Christi.

OPortuit Christũ pati, & resurgere. Quãuis in p̃dictis uerbis fiat mentio de ludibrio passionis, tñ de hoc nihil ad p̃sens, sed solũmõ videamus, quare Christũ resurgere oportebat. Hõ nanq; erat mortuus, vetustus, & a Paradiso exclusus. Ideo oportebat Christum resurgere, ut mortuum uiuificaret, vetustum renouaret, & exclusum aperiẽdo cęlestẽ ianuã introduceret. Primo igitur oportet Christum resurgere.s.ut mortuum uiuificaret. Genus quidem humanũ quadrupliciter cõsideraẽ, aut quantũ ad illam partem, q̃ est in patria, aut ad illã q̃ est in via, aut q̃tum ad illam quæ est in medio vię.i.in purgatorio, aut quantum ad illã partem, quæ est extra uiã.i.in inferno. Quantum autẽ ad illam partem, quæ est in patria, anima uiuit p glorificationẽ. Corpus ãt est mortuum p incinerationem,

Luc. vl.
Humanum genus quadrupliciter cõsideraẽ.

sed spiritus immortalis est. Corpus quidem mortuum est pp peccatum, spiritus autẽ uiuit, s. coram Deo, pp iustificationẽ. Illa uero pars, quæ est in vita, est mortua, sed illa est duplex. Quædã.n.est mortua mundo, sed uiuit Deo. Mortui.n.estis, & vita vestra abscõdita
Col.3. est cũ Christo in Deo. Quędam enim est mortua Deo; sed uiuit mundo. Vñ Psal. Mors peccatorum pessima.
Psalm. Illa vero q̃ est in purgatorio, est mortua quo ad corpus per incinerationẽ, & quantũ ad animam quo ad grauem passionem, quia dr̃: Melius est mors, quam vi-
Eccl.20 ta amara. Illa autem quæ est in inferno nõ tm̃ est mortua quo ad corpus, sed ẽt quantum ad animam, q̃ quidem mortua est per remorsum cõscientiæ, & p cruciatum ignis gehennæ. Vermis eorũ nõ morietͬ, & ignis
Esa. 66. eorũ non extinguetͬ. In horum significationẽ, sacercerdos de hostia tres partes facit. Illa.n.q̃ ponitur in calice significat illã partem, q̃ est in cœlo, q̃ à turbatione hominum absconditͬ, & torrente voluptatis Dei potatͬ. Aliæ duæ repræsentant illas duas.s.illam, quæ est in purgatorio, & illam q̃ est mortua mũdo. Quarta aũt & quinta pars.s.peccatorum damnatorum; ibi nõ præfiguratur, quia à corpore sunt pręcisa. Omnes aũt istas quinq; partes sic mortuas, Christus per suam resurrectionem uiuificat. Nam illã q̃ est in cœlo uiuificat: corpora de monumentis suscitãdo, & animab.cõiungẽdo. Oẽs qui in monumentis sunt audient uocem
Ioan.5. filij Dei &c. Illã q̃ est mortua in mundo, uiuificat in cœlo, gloriosam apparere faciẽdo. Cũ Christus apparuerit uita vestra, tũc & uos apparebitis cũ ipso in glo
Col.3. ria. Illã q̃ est in purgatorio viuificat post purgationẽ, ad salutẽ æternã ducẽdo. Ipse ãt saluus erit, sic tñ qua-
1.Cor.3 si per ignem. Quę est mortua ex peccato, sępe uiuificat eã a somno peccati excitando. Surge q̃ dormis, &
Eph. 5. exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Illam q̃ est in inferno, uiuificat, corpora uiuificando, & aĩab. coniungendo, ac duplici pœna, s.corpore & aĩa pu-
Hie.17. niendo. Duplici contritione cõtere eos. Secũdo opor

tuit

tuit Christum resurgere, vt hoīem vetustū renouaret, iuxta illud. Sicut Christus resurrexit a mortuis in gloria pr̄is, ita & nos in nouitate ambulemus. Christus āt resurrexit uelociter, ueraciter, integraliter, & ꝑpetualiter. Et ꝑ istū modū nos in nouitate uitæ dēmus ambulare, & resurgere. Primo nāq; nostra innouatio dēt hēre uelocitatē, qđ est contra pn̄iam differentes Sicut .n. Christus tertia die resurrexit à mortuis, sic saltē, & nos tertia die dēmus resurgere à peccato. Prima dies est delectationis, sc̄da est cōsēsus, tertia dies est opus. Si .n. addit quartā diē, quę est cōsuetudo, resurgere uix valebit. In huius sign̄atione dn̄s de facili suscitauit puellā in domo .i. peccatorem; dū adhuc peccatū hr̄et in corde per cōsensum. Faciliter ēt suscitauit mortuū extra domū uelatū .i. peccatorē, qui exiuit ad peccati simplicē actū. Difficulter aūt suscitauit Lazarū quatriduanū, i. peccatorem in peccatis inueteratū. Sc̄do nostra innouatio dēt habere veritatē, qđ est cōtra pn̄iam simulantes, de quibus dr̄: Nomen habes ꝙ uiuas, & mortuus es. Quidam .n. sunt uiui quantum ad nomen sed mortui quātum ad rem, sicut hypocritæ. Quidam sunt uiui quantum ad rem, sed q̄tum ad nomē mortui sicut sancti uiri qui uiuunt corā Deo, & despiciūtur a mundo. Quidam uero sunt uiui q̄tū ad nomen, & rē, sicut illi qui hn̄t interius mundam consciētiam, exterius claram famam. Quidā aūt sunt mortui quantum ad utrunq; qui & interius sunt sceleribus pleni, & exterius hoībus odiosi. Tertiò dēt habere integritatem, qđ est contra pn̄iam diuidentes. Sicut enim Christus integer surrexit, sic & nos debemus integre resurgere a peccato. Sed quidā sunt q Deo ex corde suo tres partes faciunt. Nā intellectiuā dāt Deo per fidē. Sed hoc modicum est, quia sicur dr̄: Tu credis quia unus est Deus, & bn̄ facis. Et dęmones credūt & cōtremiscūt, Affectiuam dant mūdo per amorē. Sed hoc prohibitū est. Nolite diligere mundū, neque ea quæ in mundo sunt. Et operatiuā dant diabolo per operationem, sed

Rom. 6.

In nouitate uitæ quō ambulādum.

Apo. 3.

Iacob. 2

1. Io. 2.

hoc diabolicũ est Facitis opera patris vestri. Deus aũt
Pro. 33. totum cor vult habere. Præbe fili mi cor tuum mihi.
Quartò innouatio nostra dẽt habere ꝑpetuitatẽ, vt si-
cut Christus resurrexit, nunquã de cætero moriturus,
sic & nos à peccato debemus resurgere, & ad ipsum
nunquã redire. Qui.n. ad peccatum redeunt, sunt suã
1. Pet. 2. aĩam polluentes. Canis ad suũ uomitum reuersus. Sũt
& proximum suo malo exemplo inficientes. Vnde se
quitur: Et sus lota in volutabro luti. Sunt Christũ cru-
cifigentes. Rursus crucifigentes sibimetipsis filiũ Dei.
Sunt Deum irridentes. Aug. Pęnitentes si verè pęnitẽ
tes estis & non estis Deũ irridẽtes, imitamini vitam,
Heb. 5. reconciliamini & vos. Tertiò oportebat Christũ pati,
vt ianuã paradisi aperiret, & hoĩem exclusum illuc re
duceret. Ianua.n. paradisi tripliciter clausa fuit. s. ange
lica custodia, ignis vehemẽtia, rũphæa bis acuta. An-
gelica custodia significabat inimicitiam, q̃ erat inter
Paradisi ianua, qũo erat clausa. hoĩem & Angelum. Ignis significabat obligationẽ ad
pęnam æternam. Rumphęa bis acuta significabat Dei
iustitiam quæ hominem intrare nõ patiebatur, donec
sibi satisfaceret de offensa. Sed Christus per suam paf-
Gen. 2. sionem, & resurrectionem Angelum homini pacifica
Col. 1. uit, & sic primum obstaculum remouit. Pacificans per
sanguinem crucis, quæ in cœlis, & quæ in terris sunt.
Mortem & pęnam ęternam superauit, & s̃m obstaculũ
remouit. Vnde dr̃ in præfatione: Aeternitates nobis
aditum, deuicta morte reserasti. Dei sñiam imitatus
est, quia sibi plenè satisfecit, & sic tertium obstaculum
Ps. 68. remouit. Vnde cantatur: Qui pro nobis ęterno patri
Adę debitum soluit. Quæ non rapui tunc exoluebam.

Sermo cxxiiij. De eodem sermo v Mulierum studiositas, Christi charitas atque pietas exprimuntur.

IEsum quæritis Nazarenum, surrexit nõ est hic. Ista
verba dixit Angelus sanctis mulieribus, q̃ quidem
Mat. vl. secutæ fuerũt Christũ prędicãtem, vt sibi ministrarẽt:
in patibulo pendentẽ, vt dolorẽ & cõpassionẽ ostẽde-
rent,

rent, ipsum in tumulo quiescētē, ut ipsum inūgerēt, sicut hodie. In p̄missis uerbis tria ponunt. Primū ē istarū sanctarū mulierū magna studiositas cū dr̄, Iesum q̄ritis Nazarenū. Et nota ꝙ quatuor fuerunt dr̄iæ, quærētiū dn̄m. Quidā.n.q̄sierūt mane; sicut istę mulieres de quib. dr̄: Et valde mane vna sabbatorum &c. Et eis inuenire fuit ualde facile. Illi q̄rūt Christū in mane, q quærunt ipsū in iuuētute. Et iō de facili inueniūt. Qui mane uigilauerint ad me inueniēt me. Sunt.n. sicut mollis cera, qa de facili recipiūt imp̄sionē bonā. Factū est cor meū tanq̄ cera liq̄scens. Sicut recēs testa: quia de facili imbibunt, & seruant bonū odorē. Adolescēs iuxta viā suā &c. Sicut gracilis uirga, quia de facili flectunt ad bonā operationē. Quæ est ista, q̄ ascendit per desertū sicut virgula fumi ex aromatibus? Alij q̄sierunt in vespere, sicut illi q dixerunt, Mane nobiscū q̄m aduesperascit, Et eis inuenire fuit tardum: & difficile; Vn̄ Chr̄s ei dixit: O stulti & tardi corde ad credēdū. Illi ergo q̄runt vespere, q q̄runt ipsū in sua senectute. Tales.n.eū difficulter inueniūt, ex quo malo indurant, & ab humore gr̄æ exiccant. Aruit tāquā testa virtus mea. Et uix aut nunquā cōfitent, ideo subditur, Lingua mea adhæsit faucibus meis. Et sæpe in peccatis suis moriunt. Vnde subditur, Et in puluerem mortis deduxisti me. Alij quæsierunt ipsū in sero, sicut illi de quibus dicitur, Cum esset sero die illa vna sabbatorum &c. Et eis inuenire fuit dubitabile. Vnde dicit, vbi agitur de ista apparitione facta in sero, quod dubitabuerūt, & ipsum esse spiritum crediderunt. Illi ergo q̄runt in sero, qui quærunt in mortis articulo. Et talium pœnitentiam Augustinus dicit, esse dubitabilem dicens, Fidelis bene uiuens securus hinc exit. Baptizatus ad horam securus hinc exit. Agens pęnitētiā dum sanus est, & reconciliatus, securus hinc exit. Agens pœnitentiā ad vltimum & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus. Eorum enim; qui in morte pęnitent, quidam pœnitent tantum timore

Quęrētiū dominū 4. differētiæ.

Prou. 8.

Psal. 21.

Pro. 22.

Cant. 3.

Luc. vl.

Psal. 21.

Ioā. 10.

Luc. ul.

pœnæ, isti sunt in statu ꝑditionis, & quidam pœnitẽt amore iustitiæ, qui ẽt si pœnam non timerent, adhuc Deo seruirẽt, isti sũt in statu ꝑfectionis. Quidã ex cõsideratione vtriusq; causæ habentes respectũ ad amorem iustitiæ, & ad vitationẽ pœnę, isti sũt in statu salutis. Et, quia illi qui tm̃ pęnitent in extremis, videñt hoc facere timore pęnę, iõ eorũ pęnitẽtiã Aug. dixit esse dubiã. Alij quæsierũt eum in nocte, sicut milites positi ad sepulchrũ, & eis inuenire fuit impossibile. Illi aũt in nocte quærũt, qui Christum volunt inuenire post mortẽ. Et q̃ ĩ mortali decesserũt, impossibile est, ꝙ eum vnq̃ inueniant, nisi eo mõ quo est in inferno. Deus .n. est in mundo per misericordiã, & in cœlo ꝑ gratiam & gloriã, in inferno per iustitiã. Nõ ergo ipsum inueniunt, vt miseratorem, q̃a hoc mõ est in mũdo. Nec vt glorificatorẽ, quia hoc mõ est in cœlo. Secundo ponitur Christi infinita charitas cũ dr̃, Crucifi
Ioan. 5. xum. De qua dr̃, Maiorẽ hac dilectionẽ nemo hẽt, vt aĩam suã ponat quis ꝓ amicis suis. Et ponit Christus
Amor ꝑ vltimum signum amoris. Amor.n. per quatuor manife
4. mani- statur. Aliq̃n per verba, & istud est magnum signum,
festatur. q̃n.n. cor est plenũ amore, os abundat in sermone. Ex
Luc. 6. abundantia cordis os loquit̃. Aliq̃n ꝑ bñficia, & istud est maius signum. Multi.n. darent verba, qui nõ tñ darent beneficia. Nõ diligamus verbo, neq; lingua &c.
Ioan. 3. Aliquando per obsequia ꝑsonalia. Et istud adhuc est maius. Multi.n. seruirent de substantia sua, q̃ nõ seruirent de ꝑsona propria. De isto dr̃: Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septẽ annis. Aliq̃n per mortẽ, & Istud est
Gen. 19 maximum, & vltimum. Multi.n. darẽt in obsequiũ personas suas, qui nõ darent in mortem animas suas. Ista quatuor signa Christus nobis ostendit. De duobus primis dicitur, Vos amici mei estis, Et pôst, vos aũt dixi
Ioã. 15. amicos, quia oĩa quę audiui &c. Ecce signum amoris per bñficia. De alijs duobus dicit̃: Filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare, quo ad primũ. Et da-
Mat. 20 re animã suã in redemptionẽ pro multis, quo ad secun-

eūdū. Tertio ponit Christi resurgentis immēsa pietas, in hoc qđ & Petrū voluit designare ex noīe, ne desperaret ex negatione, qñ Angelus dixit, Dicite discipulis eius & Petro. Licet.n. deposuerit oēm passionis defectum, tñ nō deposuit pietatis affectum. Christus nāq; ante incarnationē cognoscebat nostras miserias per quandam theoricam.i. per suam sapientiam, ideo multum erat misericors Qūo miseretur pater filiorū, misertus est dñs timentib⁹ se, recordat⁹ est q̄m puluis sumus &c. Post incarnationē aūt eas sciuit p practicā & exercitationē lōgam, qa 33. annis practicauit, & se exercitauit circa nostras infirmitates, & iō fuit valde contristatus, quando tā longa exercitatio in nobis nō hēt effectū: Cōtristatus sum in exercitatione mea &c. Tandem sciuit eas per experientiam; quia expertus est tētationes, dolores & mortē. & iō fact⁹ est maxime misericors. Non.n.habemus pontificē, qui nō possit cōpati infirmitatibus nostris; tentatū aūt p oīa. Si.n. esset aliqs medicus, q esset bonus theoricus, & bonus practicus, & infirmitates sæpe expertus, iste maxime esset misericors. Talis.n. medicus fuit Chr̄s dñs nr̄. Ista tria tanguntur. Et quidē cū esset filius Dei, Ecce qa sciuit nostros defectus p diuinam sapientiā: didicit ex his, q̄ passus, obedientiam. Ecce qa eos sciuit p experientiā: & cōsummatus factus est omnibus obtēperātibus sibi causa salutis æternæ, Ecce qa eos sciuit per exercitationem longā, tandiu.n. se exercitauit q̄ consumauit artem suam, & veritatem.

Ps. 102. Ps. 54. Heb. 4. Heb. 5.

Sermo cxxv. Feria 2. post Pasca Sermo j. Christum uere peregrinum extitisse demonstrans.

TV solus peregrinus es in Hierusalem &c. uolens Christus in Hierusalē transfretare, peregrinum se fecit. Fuit.n. peregrinus quantū ad quatuor. Primo q̄tum ad habitū quē assumpsit. Ipse.n. crucē assumpsit qñ ipsam proprijs humeris baiulauit, q̄ quidē Crux Luc. vlt.

fuit

Sap.4. fuit nauis, qa cęleſtem Hieruſalem deduxit, Tranſeũtes mare per ratem liberati ſunt. Et fuit malus in ipſa Ezec.27 naui, Cædrum de libano tulerunt, vt facerent ſibi malum. Et fuit clauis, quia cœleſtem Hieruſalem ape-Eſa. 22. ruit, Dabo clauem Dauid ſuper humerum eius. Secũdo aſſumpſit pileum, i. coronam ſpineam, peregrini .n. portant pileum contra æſtum, ventum, & pluuiã. Ibid.4. Sic Chriſti corona, & paſſio, eſt nobis in umbra ab æſtu uoluptatum. Defendit.n. nos a pluuia tribulationum, & vẽto tentationum. Tabernaculum erit in umbraculum diei, ab æſtu, quo ad primum: & in abſconſione, & turbine, & pluuia, quoad alia duo ſequentia. Tertio aſſumpſit ſclauinã, i. corpus, quę ſclauina fuit Apo.19 albi coloris pp puritatem, Ecce equus albus &c. Corpus.n. Chriſti fuit equus inquantum ratio ipſum du-Eſa. 59. xit, & fuit albus, ſ. inquantum puritatem habuit. Deinde facta eſt nigra propter liuorem. Cuius liuore ſanati ſumus, tandem facta eſt rubea, ſ. per ſanguinis effuſionem. Quare rubrum eſt ueſtimentum tuum &c. Ibid.63 Quarto aſſumpſit ſcarſellam, i. animam. Solent.n. peregrini in ſcarſella theſaurum ponere, & portare. In Chriſti anima fuit triplex theſaurus, ſ. miſericordiæ, gratiæ, & ſapientiæ, de quo dicitur, Vidimus gloriã Ioan.1. eius, i. glorioſam miſericordiam eius plenam gratiæ & veritatis. Quinto aſſumpſit baculum, ideſt crucem quia quatuor clauis fuit ferratus. peregrini enim vtũtur baculo ad ſuſtentationem, ad fluuiorum tranſuadationem, & ad malarum beſtiarum percuſſionem. Pſal.22. Sic Chriſtus baculo ſuæ crucis mundum ſuſtentauit, virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Flu-Gen.22 men mundi tranſuadauit. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum. & diabolum percuſſit, A uoce domini Eſa. 30. pauebit Aſſur virga percuſſus. Sexto aſſumpſit calciamentum, peregrini enim calciamentum aſſumunt contra lutum, ſcilicet, ſpinas, & lapides. Iudæi enim in Chriſtum proiecerunt lutum. Eripe me de luto vt Pſa.58. non infigar. Spinas, quãdo coronam ſpineam ſibi impoſuerunt.

posuerunt. Et lapides. Tulerunt lapides vt iaccrẽt in eum. Contra ista Christus assumpsit calciamenta. Tin Ioan. 8.
gat in oleo pedem suum, ferrum, & æs calciamentum eius. Anima Christi erat tincta oleo gratię, qua oĩa ad Deu. 43
uersa dulcorabat; munita ferro constantiæ, qua ipsa aduersa non timebat: Et ære incorruptibilis patiẽtię, qua omnia supplicia tolerabat Septimo assumpsit insignia, & vulnera, peregrini enim reuertẽtes insignia assumunt, ut ostẽdant qđ suam peregrinationem com pleuerunt ad plenum, ut homines prouocẽt ad sibi be nefaciendum, & sint securiores ad ambulandum. Sic Christus ad patriam rediẽs cicatrices reseruat, & hoc in ostensionem paternæ obedientiæ iam completæ.
Opus consumaui quod dedisti mihi vt facerẽ. In pro- Io. 17.
uocationẽ paternæ misericordię obtinendæ. Ambro. Vulnera suscepta abolere noluit; cęlo inferre maluit, vt ea patri mĩæ ostenderet. In signum securitatis no-
bis acquisitæ. Super quem videritis Thau, non occida Eze. 9.
tis. Octauo habitus istius peregrini fuit bñdictus. Nã eius scarsellam, idest animam benedixit Deus pater.
Benedicta gloria dñi de loco suo. Eius sclauinam, i. Ibid. 3.
carnem benedixit Spiritussanctus. Benedictus fructus Luc. 11.
ventris tui. Eius baçulum, idest Crucem, benedixit to
tus mundus. Benedictum lignum per quod fit iustitia. Sap. 14.
Secundo dicitur peregrinis, quantum ad vias quas ꝑfecit. Peregrini enim habent aliquando ascensus, aliquando descensus, aliquando vias planas. Iste autem peregrinus nihil habuit de uia plana, sed ascensũ, uel descensum. Magnum enim descensum fecit, qñ de cęlo in mundum venit. Magnum etiam ascensum fecit, quãdo crucem ascendit. Fecit etiam magnum descen sum, quando in limbum descendit. Et magnum ascen sum, qñ inde rediens in cœlum ascendit. Tertio fuit peregrinus quantũ ad hospitia. Solent peregrini maximè in æstate, ter in die intrare hospitia, s. in tertia ad prandendũ, in meridie ad bibendũ, & cõuescendũ, & in sero ad suam cęnã faciendũ, & ad dormiendum.
Sic

Sic iste peregrinus triplex hospitiũ est ingressus. Primum est uterus uirginis, quem ingressus est in tertia, idest non in primo tempore naturæ, nec in secundo tempore legis sed in tertio tempore gratię: & ibi prãdium fecit, quando naturam nostram assumpsit habẽs carnem tanquam cibum, & sanguinem tanquam po-
Io. 11. tum. Secundum est patibulum Crucis: Sitio Et dederunt ei acetum. Vbi & requieuit Inclinato capite tradidit spiritum. Et istud hospitium ingressus est in me-
Can. 1. ridie. Indica mihi vbi cubes in meridie; Tertium hospitium est sepulchrum ubi dormiuit. Ego dormiui &
Ps. 3. soporatus sum. Cœnam namque cum illis qui erãt in
Luc. 14. limbo fecit. Homo quidam fecit cęnam magnam &c.
Mat. 27 Istud hospitium ingressus est in sero. Cum iam sero esset factum, venit Ioseph &c. Quarto fuit peregrinus quantum ad pericula quæ sustinuit. Solent namque peregrini sustinere pericula; quandoque à socijs suis qui eos produnt, quandoque ab hospitibus, qui eos iugulant, ut eorum bona diripiant, quandoque à latronibus qui eos spoliant. Sic Christus, à suo socio Iuda
Mat. 26 fuit proditus. Qui intingit mecum manum inparopsi de hic me tradet &c. A iudæis in quorum domo vene
Zac. 13. rat hospitari fuit occisus. His plagatus sum in domo
Io. 18. eorum qui dilexerunt me. A militibus expoliatus. Milites acceperunt vestimenta, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem fecerunt.

Sermo cxvi Feria tertia post Pascha Sermo primus Quomodo Christus multipliciter post Resur. se manifestauit, & signa spiritualiter resuscitati, exprimuntur.

Luc. vl. STetit Iesus in medio discipulorum suorum, & dixit eis pax uobis. Sicut, ex pręsenti euãgelio patet, Christus multipliciter se manifestauit. Primo per miraculosam ad ipsos ingressionẽ, quia ianuis clausis intrauit. Sicut dicit Ioãnes, qui de ista apparitione agit, per ꝙ ostẽditur, ꝙ gloriosus resurrexerat, & ꝙ dotem impassi-

impaſsibilitatis, agilitatis, ſubtilitatis, & claritatis induerat. Signũ ergo verę ſpiritualis reſurrectionis in homine eſt; qñ iſtas quatuor dotes ſpirituales habet. ſ. claritatem cõuerſationis honeſtæ. Sic luceat lux ueſtra corã hominib. &c. Subtilitatẽ humilitatis profundæ. Spiritus Sanctus uocat' ſubtilis, quia ſubtiles, ideſt humiles facit. Agilitatem obedientiæ. Vidiſti hominẽ velocem in opere ſuo &c. Et impaſsibilitatem patientæ. Non contriſtabit iuſtum, quicquid ei acciderit. Secundo manifeſtauit ſe per ſitum ſiue collocationem, cum dr̃: Stetit Ieſus in medio diſcipulorum ſuorum. Ac ſi dicat: Ego ſum ille, qui in medio ſtare conſueui. Ipſe nanque ſtetit in medio in ingreſſu, quia in media nocte natus, in medio animalium reclinatus, & geminę gigas ſubſtantiæ effectus. Stetit in medio in progreſſu, quia ſtetit in medio doctorum ideſt medio Diſcipulorum, & in medio iudiciorum: iuxta illud. In uijs iuſtitiæ ambulabo, & in medio ſemitarum iudicij. Stetit in medio in egreſſu, quia in medio terræ paſſus, in media die Crucifixus, in medio latronum poſitus. Tertiò manifeſtauit ſe per propriam teſtificationem cum dixit: Ego ſum, quaſi dicat, debetis mihi credere, quia mentiri non poſſum. Si ego teſtimoniũ perhibeo de me ipſo, uerum eſt teſtimonium meum. Spiritualiter autem quis reſuſcitatus intelligi poteſt, quando triplex teſtimonium habet, ſcilicet bonæ conſcientiæ. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtrę. Bonę uitę. Opera quę ego facio, illa teſtimonium perhibent de me. Et bonę famę. Oportet illum habere teſtimonium bonum ab his qui foris ſunt. Quartò manifeſtauit ſe per occultarum cogitationũ manifeſtationem, cum dixit, Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in cordibus ueſtris &c. Ac ſi dicat, debetis me cognoſcere, quia ego ſum ille, qui ueſtra occulta cognoſco. Spiritualiter etiam quis reſuſcitatus eſt, quando cogitationes ſuas diſcernit, & bonas cuſtodit, & malas expellit. Periculum eſt nanq; malas

cogitatio-

Reſuſcitati ſpiritualiter ſigna.
Mat. 5.
Sap. 7.
Pro. 22.
Ibi. 12.
Prou. 8.
Ioan. 8.
2. Cor. 1
Ioã. 10.
1. Thi. 3

cogitationes in corde tenere, quia sunt sicut mus in pera, ignis in sinu, serpens in gremio. Mus enim oĩa corrodit in pera, sic malę cogitationes oĩa merita cor rodunt in anima. Quasi uestimentum, quod comedit

Iob. 13. a tinea. Ignis in sinu uestimenta comburit, sic mala cogitatio concupiscentiam accendit. Nunquid potest

Prou. 6. homo abscondere ignem in sinu suo, ut non comburantur uestimenta sua? Serpens in gremio uenena diffundit, sic mala cogitatio, peccati uenenum ad cor

Ibid. 23 emittit. Vñ dr̃: Quasi regulus uenena diffundet. Quintò se manifestauit per palpationem, cum dicit: Palpate & uidete &c. quasi dicat, debetis me cognoscere, quia istud est idem corpus, quod sæpe uidere, & palpare consueuistis. Spiritualiter etiam resuscitati intelligunt, qui permittunt se palpari, idest argui & rephẽdi. Sed sunt quædam animalia quę se palpari nõ pmittunt. Aut, quia hispida sunt, sicut hericius. Aut qa siluestria sũt, sicut uulpes. Aut qa arrogãtia sunt, sicut leo. Sic ẽt sunt plerique, qui si arguunt, adeo sunt hispidi, ꝙ p uerba iniuriosa pungũt: quidã adeo siluestres, qđ ad latebras excusationũ cõfugiunt: quidã adeo arrogãtes, ꝙ nimis indigne ferunt Sextò manifestauit se p cicatricum ostensionem, qñ dicitur: Ostendit eis manus & pedes. Ac si dicat, debetis me cognoscere, quia ego sum ille, quem in his pedibus, & manibus in cruce confixum uidistis. Spiritualiter etiã quis resuscitatus intelligitur, qñ uulnera sua, idest peccata non abscondit, sed sacerdoti ostendit. Ite ostendite uos sacer

Luc. 17. dotib. Vulnera autem peccatorum aliquando sunt recentia, scilicet per consensum, uel unicum actum, & tunc sanantur unctione, idest leuis pœnitentiæ iniun

Eccl. 10 ctione. Breuem languorem p̃cidit medicus. Aliqñ sũt inueterata per peccandi consuetudinem, & tunc indigent adustione, idest graui carnis maceratione. Vre re

Psal. 25. nes meos, & cor meum. Aliquando sunt putrefacta, & tunc indigent incisione, idest incisiua & afflictiua tri

Psal. 15. bulatione. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea

ſtea accelerauerunt. Septimo manifeſtauit ſe per comeſtionem, qa comedit piſcem aſſum, & fauum mellis. Spiritualiter tñ reſuſcitatus intelligitur, qñ quis comedit fauum mellis.i.qñ conſtanter exercet opera actionis. Et tamen pp hoc non deſerit dulcedinem contemplationis. Vel qñ exterius patitur tribulationem.& dicit, ꝙ in fauo eſt mel, & cera. Per piſcem igitur aſſum intelligitur caro Chriſti, igne paſſionis aſſata; per ceram, quæ eſt pabulũ luminis, claritas ſuæ reſurrectionis, per mel, dulcedo ſuæ uiſionis. Debemus igitur comedere piſcem aſſum, vt.ſ. ad eius paſſionem afficiamur per compaſſionem; ceram ut eius reſurrectioni congaudeamus per mentis exultationem: Et mel, vt peruenire deſideremus ad eius dulciſſimam uiſionem, ſicut deſiderabat propheta dicẽs: Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem domini. Pſal.41

Sermo cxxvij. De S. Ambroſio Sermo j. De quadruplici eius ſtatu qualiter ſ. in unoquoque ſe habuit.

ECce intelliget ſeruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit ualde. Quatuor ſtatus habuit B. Ambroſius, qui notantur in uerbis præmiſſis. Primus eſt ſtatus ſubiectionis, cum dr̃: Ecce intelliget ſeruus meus. Ipſe quidem fuit bonus ſeruus Dei. Et ideo habuit tres laudabiles conditiones boni ſerui. Prima eſt munditia. Pſalmus. Ambulans in uia immaculata; hic mihi miniſtrabat. Iſtam ipſe habuit; q̃a munditiam mentis, & carnis ipſe ſeruauit. Vñ refert Hiero. ipſum dixiſſe. Virginitatẽ nõ ſolũ offerimus, ſed ſeruamus. Cum eſſem magis bonus ueni ad corpus non coinquinatũ. Scđa conditio eſt ſapientia. Acceptus eſt regi miniſter intelligens. Iſtam ſapĩam ipſe habuit. Vñ dr̃ de eo, ꝙ cum Romæ liberalibus artibus eſſet traditus ad plenum fuit eruditus. Tertia eſt perſeuerantia. Seruiet ei die ac nocte in templo Dei.

Eſa. 52. Ambr. 3 Conditiones laudabiles. Sap. 8. Pro. 14.

Iſtam

Apoc.7 Istam perseuerantiam ipse habuit, quia vsq; in finem in bonis operibus perseuerauit. Vnde cum moreret dixit, Non sic vixi inter uos, vt iterum pudeat uiuere. Secundo notatur status sua prælationis, cum, dicitur:

Ambro. electio qualis. Et exaltabitur. Circa autem suam exaltationem tria considerantur; primo qualis fuit eius electio. Fuit.n. a Deo inspirata, quia ibi vox miraculose insonuit

Heb. 5. Ambrosium episcopum. De hoc, Vnde nemo assumit sibi honorem, nisi qui vocatur a Deo tãquam Aaron. Fuit ab electoribus vnanimiter celebrata. Nam cum in discordia multa essent, ꝓtinus in Ambrosium vna

Eccl.25 nimiter consenserunt. In tribus beneplacitum est spiritu meo; quæ sunt concordia fratrum &c. Fuit a superiori cum gaudio confirmata. Vnde legitur de eo, ꝙ commissa est relatio ad Valentianum imperatorem, qui summo gaudio accepit, quod iudices à se directi ad sacerdotium peterentur. Secundo videndum est, qualis fuit eius ad hoc aspiratio. Ipse.n. nõ tm̃ fugit, vt posset inueniri: sed ẽt tria se habere simulauit, quæ sunt prælationis officio inimica, s. crudelitatem, Vnde dr̃, quia tribunal conscendit, & contra consuetudi

Eccl. 4. nem tormenta personis adhiberi iussit. Noli esse sicut leo in domo tua &c. Philosophicam vanitatem,

1.Cor.2 vnde dr̃ quod philosophiam profiteri voluit. Loquimur non in doctis sapientiæ humanæ verbis. Infamiam, & inhonestatem, Vnde dicitur, ꝙ publicas mulieres publice ad se uenire fecit, vt ex hoc a sua intẽtione populum reuocaret. Oportet ep̃m sine crimine

Tit. 1. esse. Tertio uidendum est, qualis fuit eius in officio prosecutio. Ipse.n. populum in fide instruebat. Tunc .n. Arriana hæresis totam Italiam corruperat, sed ipse populum suum ab ista peste purgauit, & veritatem

Eccl.50 edocuit fidei. Qui curauit gentem suam, & liberauit

Ambrõ. Documẽta ad D. Aug. eam a perditione. Ipse etiam mores informabat. Vnde inter cætera docuit B. Augu. tria ad mores spectantia. Primo ne cuiusquam uxorem peteret, ne si postmodum ipsi inter se male conueniant, ipsi sibi male-

dicant

dicat. Secundo ne aliquib. multũ exercere, cõsuleret, ne ipsi rapinã, & calũniã exerceãt. Tertio ne ad cõuiuia inuitatus accederet, ne ibi tẽparãtiæ modũ pdat: Ipse exemplum bonorum operum omnibus tribuebat In omnib. teipsum præbe exemplum bonorum operũ. Tit. 2. in doctrina, in integritate, in grauitate. In doctrina qdẽ, quia sp populis prædicauit. In integritate, quia ppetuam castitatem seruauit. In grauitate, quia maturitatem sp ostendit. In bonis operibus, quia omnia bona pauperib. erogauit: Tertio notatur status consummationis, cum dr̃: Eleuabitur. Ipse enim securè mori potuit, quia ab omnib. terrenis eleuatus fuit. Habuit .n. in morte quatuor, q̃ ipsum securè mori faciebant, s. corpus dominicum Honoratus. n. episcopus Vercellen. ex pcepto Dei ad ipsum peruenit, & sibi sacramentum dominici corporis dedit. Et cum tali uiatico ipse transiuit. Istud aũt tanquã pugil ab omnib. insidijs dæmonis eũ securè reddebat. Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Secũdo habuit Spiritũ Sanctũ. Imminẽte namq; eius morte Spiritus sanctus in specie ignis & in modũ scuti in eius os intrare uisus est. In specie ignis, ut ipsum purgaret. In modum scuti, ut ipsũ ptegeret. In os eius, ut uerba à spiritu sãcto prolata ostẽderet. Et istud sm, tanquam ductor eũ per uiam ducebat. Spiritus tuus bonus deducet me in uiam rectam. Tertio habuit uitam sanctam, quam quidem duo causabant, scilicet meritorum suorum affluentia, & magna de Deo fiducia. Vnde sic dixit in sua morte. Nõ sic uixi inter uos, ut me uiuere pudeat, nec mori timeo, quia bonum dominum habemus. Et istud tertium eius mortem Deo gratam reddebat. August. Certè non potest malè mori, cuius bona uita præcessit. Quartò habuit commendationem diuinã. Ipse enim manus in modum crucis expandens spiritũ suũ in manus Dei recomendauit. Et istud quartum securè eum mori faciebat. Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Quar-

[Margin notes: 4. securè autẽ mori faciebat. — Iob. 17. — Ps. 142. — Sap. 5.]

Sublimitatē triplicem accepit. to notatur status suæ glorificationis cum dr̄: Et sublimis erit ualde. Ipse enim tūc triplicem sublimitatem accepit. Primo sublimem locum ad habitandum, vt cœlum. Vnde a multis visus est ascendere, s. in cœlum. tanquam in proprium suum locum. Et istud sibi acquisiuit propter innocentiā. Quis ascendet in montē &c.
Ps. 23. innocens manib. scilicet & mundo corde &c. Secūdò accepit sublime officium ad iudicandum. Vnde à multis visus est in cathedra residere, & istud accepit propter paupertatem uoluntariam. Iudicium pauperibus
Iob. 19. tribuit. Tertio accepit sublime precium ad perfruendum. Vnde multi supra corpus eius stellam splendidam conspexerunt, illa, scilicet de stella de qua dicitur: Ego sum stella splendida, & matutina. Et istud
Apo. 22. accepit propter omnium uitiorum victoriam. Qui enim uicerit dabo ei stellam splendidam, & matutinā.
Ibid. 1.

Sermo cxxviij. De eodem Sermo ij. Quomodo Api, Leoni, & fauo mellis assimilatur.

Iud. 14. EXamē apū in ore leonis erat, & fauus mellis. Legitur de B. Ambrosio, quod cum esset infans, & dormiret, examen apū os eius, & faciē sic compleuit, ut quasi in alueolum suū intrarent pariter, & exirent. Et
Api assimilatur triplici de cā. iō uerba præmissa sibi cōuenienter aptari possunt. In qbus verbis ipse assimilatur Api, Leoni, & fauo mellis. Assimilatur autē api triplici de causa. Primo, quia sicut ipse dicit in exameron; Apis uirginitatem custodit, sic & ipse virginitatem custodiuit perpetuam, cuius signum fuit, quia de virginitate luculētissimè disseruit, & libros de virginibus composuit, in quibus
Mat. 12. virginitatem mirabiliter commēdauit. Bonus homo de bono thesauro profert bona. Chryso. ibidē, cum audis aliquem de Deo loquentem, intellige, quia cor illius amore Dei repletū est. Qui libidinis thesaurum habet in corde, de puellis delectaẗ dicere, vel audire. Non tantum Ambrosius de uirginitate libēter disserebat,

bat, sed ēt aliq̄d inde corū dicere, uel audire erubescat. Vnde ipse ait de officijs. Nō n solum autē hæc ab oculis abscondamus, uerumetiam eorū indicia usq; membrorum suis appellationib. nuncupare indecorū putemus. Secundò assimilatur api. Apis florem de diuersis floribus colligit. In prato quidem cœlestis viriditatis sunt diuersi flores, s. rosæ martyrū, violæ confessorū, & lilia virginū. De rosis martyrum collegit florem cōstantiæ, & magnanimitatis. Vnde cū præpositus Valētiniani imperatoris sibi diceret. Tu cōtēnis valētinianum, caput tibi tollo. Ille respondit: Deus pmittat tibi, ut facias qđ minaris. Et vtinā Deus ab ecclesia sua oēs hostes auertat, & in me oīa sua tela conuertant, & meo sanguine satientur. De uiolis cōfessorū collegit florē sobrietatis, q̄a quotidie, nisi ī sabbato, & die dñico, & festis p̄cipuis, ieiunabat. De lilijs uirginum collegit florem castitatis, q̄a uirginitatē ppetuā cōseruauit. Defendit ēt multipliciter ecclesiā à trib psecutorib. Primo à violētia tyrānorū. Vñ resistens Imperatori volenti dare basilicam arrianis, sic nuncijs suis respondit: Et hr̄ in decreto: Si patrimonium petitis, inuadite; si corpus, occurrā: uultis in vincula rapere, vultis in mortē, uoluntas est mihi. In diebus suis non ptimuit principem &c. Secundò defendit ipsam à fraudulentia Hæreticorū. Et hoc fiebat tribus modis. Primò iudicijs, eos per seculare brachium coercendo. Si tibi voluerit psuadere frater tuus &c. Et infra. Non. n. parcat ei oculus tuus, sed statim interficias. Secundò miraculis eos conuertendo. Vnde cum quidam hęreticus uidisset Angelum loquentem ad aures Ambrosij, statim conuersus est. Tertio doctrinis eos ad fidem catholicam reducendo, sicut patet in beato August. quem suis prædicationibus ad fidem conuertit. Tertiò defendit ecclesiam à malitia dæmonum. Primò, quia habuit in ipsos efficax imperium ex eo quod eos de corporibus expellebat. In nomine meo dæmonia eijcient. Secundo, quia habuit in ipsos durum flagel-

Eccl'am multipliciter defendit.

Eccl. 42

Deu. 14

Mat. vl.

lum, ideo ipsum ualde timebant. Vnde dęmon quēdā dæmoniacum mediolanū ingredientē dimisit, egredientem inuasit, qui de hoc interrogatus respondit, se Ambrosium timuisse. Ecce dedi uobis potestatem cal-
Luc. 10. candi super serpentes &c. Tertiò quia habuit Spiritū sanctum in p̄sidium. Vnde dęmones ad ipsum nocendum à quodam mago missi de hoc reuersi dixerunt; ꝙ non solum ad ipsum, sed etiam ad fores domus appropinquare non audebant, quoniā ignis inseparabi-
Assimilať leo- nitripli ci rōne lis sic omne eius ędificium muniebat, ut etiam longè positi urerentur. Secundò assimilatur leoni triplici rōne. Primò, quia leo apertis oculis dormit, sic beatus Ambrosius dormiebat per quietem contemplationis, & tn̄ uigilabat per laborem actionis. Ego dormio &
Can. 5. cor meum uigilat. In dormitatione quidem sensus, & motus intercipiť, & calor interior ad exteriora reuocatur. Sic in Beato Ambrosio deficiebat sensus ambitiosę uanitatis. Vnde ipse de se dixit, Ambrosius ne-
Col. 2. scit inflari. Ambulans frustra inflatus sensu carnis suę. Deficiebat motus terrenę cupiditatis, qa oīa sua pauperibus erogauit. Auari enim semper sunt in motu, quia semper sunt in appetitu. Auarus non implebitur
Eccl. 5. pecunia. Deficiebat in ipso calor carnalis uoluptatis, quia uirginitatem seruauit. Vigebat autem in eius corde flamma charitatis. Psalmus, inflammatum est cor meum &c. Secundò assimilatur leoni, quia leo clamādo suos leoniculos suscitat. Sic & ipse multos mortuos in peccatis suscitauit, non tantum clamore oris
Esa. 25. prędicando: Clama ne cesses &c. non tantum clamore cordis feruenter orando. Quid clamas ad me; Non tā
Exo. 14. tum clamore operis fortiter operando., Clament ad Deū in fortitudine: sed clamore oculorum lachrymas
Ioan. 3. emittendo. Emisit enim tria genera lachrymarum, scilicet lachrymas deuotionis pro ęternis desiderijs. Vñ dr̄ de eo, quòd cum aliquis uir sanctus moriebatur abundātissime flebat. Et interrogatus cur hoc faceret. Rñdit: Ne putes me flere, quia recessit, sed, qa me prę-

cessit.

ceſſit. Lachrymas doloris pro aliorum peccatis. Vnde legitur ꝙ cum aliquis lapſum ſuum ſibi cõfitebat᷑, ſic amarè flebat, ꝙ ipſum flere ſiſ᷑ compellebat. Et lachrymas compaſſionis pro aliorum iniurijs. Vnde dicit de ſeipſo & eſt in decreto. Aduerſus milites Gothos lachrymę meæ arma mea ſunt, aliter non poſſum, nec dẽo reſiſtere. Tertiò aſſimilatur leoni, qa leo qñ fugatur, veſtigia ſua delet cum cauda, ſic & B. Ambro oĩa veſtigia diaboli de corde ſuo deleuit, & veſtigia Chriſti impreſſit Sed multi ſunt de qb. dr̃ illud, video veſtigia virorum, quo ad peccatum ſuperbiæ, & mulierũ, quo ad peccatum luxuriæ, & infantiũ, quo ad peccatũ auaritiæ. Auarus. n. inſtar infantis ſuper terra reptat. Dan. 14

Tertiò aſſimilatur melli, & hoc pp ſuam melleam doctrinam. Doctrina eius dr̃ mel propter vtilitatem, & profunditatem. Vtilitas autẽ eſt, quia mel eſt mundificatiuum, conſeruatiuum, & dulcoratiuum. Et ideo ponitur in medicinis ad mundificandũ, ad cõſeruandũ & amarum ſaporem remouendum. Sic doctrina B. Ambroſij habet mundificare à culpa præterita. Iã uos mundi eſtis pp ſermonem, quem locutus ſum uobis. Præſeruare a culpa futura: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Et dulcorare à pęna illata. Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic & uerbum melius, quam datum. Secundò eius doctrina dicitur mel pp profunditatem. Oleum quidem melius eſt in ſupꝑficie, uinum melius in medio, mel melius in profundo. Scriptura ſacra habet triplicem intellectum, ſ. hiſtorialem, moralem, & myſticum ſiue ſpiritualem. Per oleũ, ꝙ eſt melius in ſuperficie, intelligitur ſenſus hiſtorialis, q̇ eſt cibus paruulorũ. Quẽ & apoſtolus uocat lac dicens: Tanquam paruulis in Chriſto lac potũ uobis dedi, non eſcã. Per vinũ, ꝙ eſt melius in medio ſignatur ſenſus moralis, q̄ eſt medius inter ſenſum hiſtorialem, & ſpiritualem. Per mel, quod eſt melius in fundo ſignificat᷑ ſenſus ſpiritualis. Sacra. n. ſcriptura, quanto profundius penetratur, tãto dulcior inuenit᷑.

Doctrina eius quare mellea ſit.

Io. 15.

Pſ. 118.

Eccl. 18

Scriptu. intellectus triplex.

1. Cor. 3

Istum triplicem sensum sponsa cũ suauitate sibi incorporat dicens. Comedi fauum cũ melle meo, bibi uinũ
Can. 5. cum lacte meo. Istũ profundũ intellectũ Ambrosius in sacra scriptura habuit. De quo sic dicit Hieronymus in li. de. 12. doctoribus. Ambrosius sup ꝓfundorũ pinnam raptus, & aeris volucer quandiu in profundũ ingreditur, fructum de alto capere, ac rãpere videtur.

Sermo cxxix. De eodem sermo iij. De tribus priuilegijs in ipso repertis.

Can. 4. FAuus distillãs labia tua spõsa: In corpore mystico Christi, vbi caput est Christus diuersa sunt mẽbra: Nam oculi sunt Apostoli totum mundũ illuminãtes. Manus sunt martyres ĩ bello Dei fortiter laborãtes: aures sunt confessores Dei ꝓceptis obedientes. Nares sunt Virgines puritatis odorẽ spirãtes. Labia sunt doctores & ꝓdicatores cibum uerbi Dei à Deo recipientes, & populo ministrantes. Et, quia S. Ambrosius fuit magnus prædicator & doctor, ideo prædicta verba de eo cõuenienter exponi possunt: In quibus verbis tria priuilegia de ipso ponuntur. Primum est, quia in
Can. 5. doctrina sua fuit valde gratiosus, cũ dicitur, labia tua.
Ibid. 4. Ex his enim labijs modo exibãt verba ducentia peccatores ad contritionis amaritudinem, labia eius distil
Pro. 12. lantia mirrham primam. Modo inflammantia bonos
Hie. 15. ad amorẽ, sicut uitta coccinea labia tua. Modo verba verissima confirmantia oẽs in Dei fide & dilectione. Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Ista autem verba de se non hẽbat, sed ab ore Dei recipiebat. Si separaueris preciosum, à vili, quasi os meũ eris. Fue
Pro. 17. runt autem labia eius, quasi quidã fons Dei secundũ illud. Aqua profunda uerba ex ore viri, torrens redundans fons sapientiæ. Ab isto autem fonte in suis labijs siue suo ore, tres magni riui emanauerũt, scilicet sapientiæ, doctrinę, & constantiæ. Eius autem sapientia fuit profunda. Hiero. Ambrosius super profundorum

rum pinnam raptus &c. Profunda quoque fluuiorum Iob. 28.
ſcrutatus eſt. Fuit à deo inſpirata: Vnde legitur quod quidam hæreticus vidit Angelum ad aures Ambro. 1. loquentē, & verba quæ prædicabat populo referentē. Fuit ꝑ magno auctore habitus, q̃a alij doctores eius verba pro magna auctoritate habebãt. Vñ refert Aug. ad Iouinianum, ꝙ cũ mater ſua miraretur ꝙ ſabbato Mediolani, non ieiunaretur, & ſuper hoc Ambroſiũ interrogaſſet, ille reſpondit, Cum Romã venio ieiuno ſabbato, ſic & tu ad q̃ eccleſiã veneris eius morem ſerua, ſi cuiq̃ non vis ſcandalũ eſſe, nec quenquã tibi. Et ſubdit Augu. Ego de hac ſnĩa etiam cogitans, ſemper eam habui, ac ſi à cœleſti oraculo receperim. Secundo emanauit ab eo ſolida doctrina, vñ Aug. de doctrina Xpiana: Doctor dẽt agere, vt ipſe audiat̃ intelligenter, libenter, & obediẽter. Beatus igitur Ambroſius audiebat̃ intelligẽter libẽter, & obediẽter. Primo intelligẽter, q̃a doctrina eius fuit firma & ſolida, vñ Hiero. dicit de eo, Eius oẽs ſentẽtiæ, fidei, & eccleſiæ & omnium virtutum firmæ ſunt columnæ. Non ſumus paruuli fluctuantes, nec circũferimur omnia vento doctrinę. Audiebatur libenter, quia eius doctrina fuit placens, & pulchra, vñ dicit Augu. in libro de nuptijs & cõcupiſcentia. Pelagius hæreſiarcha ſic laudat Ambroſiũ, vt dicat, B. Ambroſius epiſcopus in cuius præcipue libris Romana lucet fides, q̃ ſcriptorũ inter latinos flos quidam emicuit. Appone cor tuum ad doctrinam meam, quæ pulchra erit tibi, cũ ſeruaueris eam. Audiebatur obedienter, quia eius doctrina fuit efficax, & fructuoſa, ſicut patet in beato Auguſt. quem tum uirtuoſe conuertit. Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in uirtute. Tertio emanauit ab ipſo fortis conſtantia, quę maxime in tribus fuit. Primo in ſuſtinendo aduerſa. Vñ dicitur in hiſtoria eccleſiaſtica. Imperatrix Iuſtina cõturbare cœpit eccleſiarũ ſtatũ, in quo bello murum, & turrim ualidiſſimã pulſabat Ambroſium. Secũdo in defendendo eccleſiã

Doctoris cõditiones. Eph. 4. Pro. 22. 1. Cõ. 3. Eius cõſtantia.

ſtica iura; vnde cum Imperator quandam baſilicã vſurpare vellet, Ambroſius ſic reſpondit; Noli grauare te imperator, nec putes te in ea, quæ Dei sũt, imperiale aliquod ius habere, tributũ Cęſaris vtique non negetur, eccleſia Dei eſt, Cæſari vtiq; nõ donetur. Prius eſt, vt animam mihi, quam fidem auferas. Tertio in reprehendẽdo principum vitia. Vnde cum Theodoſius Imperator quoſdã innocẽtes occidi mandaſſet, Ambroſius ipsũ dure redarguit, ab introitu eccleſiæ ipsũ ſuſpendit, & publicã pęnitentiam eidem iniunxit. Argues cum omni imperio. Secundũ priuilegium eſt, quia fuit in vita ſua valde virtuoſus, quod notatur cũ dicitur, Fauus, vbi eſt mel, & cera. Diſtinguit autem Aug. in libro de ciuitate Dei triplex genus vitę, ſcilicet ocioſam, q̃ conſiſtit in ocio cõtemplationis, & eſt quaſi mel: Actuoſam, quę cõſiſtit in labore actionis & eſt quaſi cera. Ipſi.n. actiui inſtar cerę debent eſſe ductiles ad omne bonum. Et ex vtroque cõpoſitã, & eſt quaſi fauus. Prima autem vita, ſcilicet contemplatiua cõſiſtit in deuota oratione, in diuinorũ reuelatione, & in Dei laudatione. Et iſta Ambroſi⁹ habuit, ſcilicet deuotam orationẽ, vnde dicitur in hiſtoria eccleſiaſtica: Ambroſius aduerſus reginę furorẽ nõ ſe manu defendebat, aut telo, ſed ieiunijs, & vigilijs, ſub altari poſitus ꝑ obſecrationes defenſorẽ ſibi atque eccleſiæ Deũ parabat. Habuit diuinorum reuelationẽ, qa Spm̃ ſanctum in ſpecie ignis, & in modũ ſcuti ad ſe veniẽtem aſpexit. Fecit Dei laudationem, vñ refert Aug. in lib. confeſ. quòd cum Iuſtina ipſum cũ populo catholico intra eccleſiã cõcluſiſſet; Ambroſi⁹ inſtituit hymnos, & pſalmos decantari, ne populus męroris tædio contabeſceret. Scd̃a vita, ſ. actuoſa conſiſtit in carnis maceratione, eleemoſinarũ largitione, & vtili occupatione. Primum habuit Ambroſius, q̃ tantæ abſtinentiæ fuit, qđ quotidie niſi in ſabbato, & die dominica, & feſtis pręcipuis ieiunabat. Secundum habuit ...
vũ & reſpõdit Imperatori, & eſt indecreto. Si a me peteres,

Tit. 2.

Vitæ genus triplex.

teres,quod meum esset, i. fundum meum, argentum meum,aut hmõi nõ refragarer,quanquam oĩa,q̃ mea sunt pauperum sunt. Tertium habuit, quia semp,aut prædicabat,aut scribebat,aut orabat. Tertia uita,s.ex utraq; composita consistit in obseruatione consiliorũ .s.paupertatis,castitatis,& humilitatis. Et ipse paupe rem se fecit,q̃a factus ep̃s oĩa pauperib. dedit,& virginitatem perpetuam conseruauit, humilitatem magnam habuit,vñ ipse dixit, Ambrosius nescit inflari. Tertium priuilegium est,q̃a fuit in sua prędicatione valde discretus,qđ notatur cum dr̃, distillans,i. diuersimode stillans. Non.n. vna,& eadem instructio est omnib. facienda, sed ꝭm qualitatem auditorum formanda,sicut ostendit Greg. in libro Mora dicens:Sæpe alijs officiunt,quæ alijs ꝓsunt.Nam plerunq; herbæ,quæ hęc aĩalia reficiunt,alia occidunt;& leuis sibilus equos mitigat,catulos instigat;& medicamentum qđ huic morbũ imminuit, alteri uires iungit; & panis qui vitã fortium roborat,paruulorum necat;& cordę consonam modulationẽ reddunt,quæ vno quidem plectro,sed non uno impulsu feriuntur.Ex quib. verbis hr̃, ꝙ sermo Dei est tanq̃ herba viridis Dei, quæ aĩam cõfortat. Est tanq̃ sibilus Dei,qui aĩam peccatorum ad Deum reuocat. Est tanquam medicamentum Dei,qđ aĩam infirmam sanat. Est tanquam panis Dei,qui animam famelicam satiat. Est tanquam plectrum Dei, quod spiritualem melodiam generat.

Sermo cxxx. De S. Georg. mar. Sermo j. Quibus armis fuerit munitus, & quomodo hostes vicit.

INduite vos armaturam Dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli, quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem &c. Miles strenuus debet esset armis munitus, & ad hostes expugnandos semper paratus. Et quia B.Georg. erat miles Dei, Ideo primo describitur ab induitione armorum cum dicitur: Induite uos armaturam. Secũdo ab Ephe.6
expu-

Ephe.6. expugnatione hoſtium cum dr̄, quia non eſt nobis col luctatio. Habuit arma q̄ ponuntur ex omni parte, ſ. loricam iuſtitiæ. ſicut enim lorica ex omni parte munit, ſic beatus Georgius fuit munitus a dextris, ſeruando in proſperis temperātiam; à ſiniſtris, habendo in aduerſis patientiam; ante, pericula præcauendo; retro, Dei beneficia memorando. Secundò habuit gladium ſpiritus, quod eſt uerbum Dei. Iſtum autem gladium habuit valde acutum per feruorē; valde limatum per vitæ ſplendorem, & aliqñ euaginatum, aliquando re-

Eze. 21. poſitū per diſcretionem. Gladius acutus eſt & limatus. Vt cædat uictimas exacutus eſt, ut ſplendeat limatus eſt mucro, & euaginatus. Tertiò habuit galeā. Ca-

1. The. 5 put. n. eſt mens, galea eſt ſpes ęternæ ſalutis. Induti ga

Heb. 6. leam, ſpem ſalutis, confugimus ad tenendam propoſi tam ſpem. Quartò debet aſſumere ſcutum fidei. Dicitur autem fides ſcutum, quia ibi confringuntur omnia Diaboli tela. In omnib. ſumētes ſcutum fidei, in quo

Fides ſcutum dicitur.

Eph. 6. poſsitis omnia tela nequiſsimi ignea extinguere. Tū quia eſt tm̄ in ſiniſtra, & non in dextera; ideſt in præſenti uita, & non in futura. Tum, quia eſt de eo, in quo ſunt tres anguli, ideſt tres perſonæ, & tn̄ eſt vnū ſcutum, ideſt vnus Deus. Quintò debet aſſumere lanceā charitatis. Eſt autem charitas qua quis diligit Deum, & proximum, & ordinate ſeipſum, de quo triplici mō

Mat. 22 dicitur: Diliges dominum Deum tuum, quo ad primum, & proximum tuum quo ad ſecundum, ſicut te ipſum, quod ad tertiū Iſtæ ſunt tres lanceæ quibus Dia-

2. Re. 18 bolus uulneratur, de quibus dr̄: Tulit Ioab tres lāceas, & fixit eas in corde Abſalon. Cum enim diligimus Deum, vulnerat̄ Diabolus lancea inuidiæ. Cum diligimus proximum, tunc vulnerat̄ lancea iracundię. Cum ordinate diligimus noſmetipſos, vulnerat̄ lācea triſtitię Secundò commendatur ab expugnatione hoſtium cum dr̄, quia non eſt nobis colluctatio &c. Ipſe enim quatuor hoſtes uicit, ſcilicet Diabolum, mundum, corpus proprium, & Deum, qui in tantum hoſtis

Quatuor hoſtes uicit.

no-

noster dicitur, inquã sensualitati nostræ aduersatur, de quo dicitur: Esto consentiens aduersario &c. Primo ergo uicit diabolum, quod significatur per draconem, quē interfecit, qui in flumine habitabat. Est.n. animal ualde sitibundum. Sitim tamen suam temperat tribus modis, scilicet haustu fluuij, & attractione uēti & potu sanguinis elephãtis. Cum enim elephas hēat sanguinē frigidum, draco naturaliter illum sitit. Draco igitur infernalis qui nostram perditionē sitit, ipsã sitim temperat haustu fluuij. Per fluuium intelligũtur luxuriosi, qui semp de vitio in vitium fluũt. Ecce ego ad te Pharao Rex Aegypti, draco magnus qui cubas in medio fluminum tuorũ. Non.n. cubat in medio fluuij Hierusalē, sed Aegypti, idest immundarum mētium. Quid tibi in via Aegypti ut bibas aquam turbidã? Est tamen tãtæ audaciæ, quod & sanctos absorbere conatur. Habet fiduciam, quod influet Iordanis in os eius. Secundo eam temperat attractione venti. Traxerunt ventum quasi dracones. Auaritia enim uentus dicitur quia animam non satiat, sed inflat. Quasi sibi appræhendit vmbram, & sequitur uentum. Tertio eam temperat sanguine elephantis; per elephãtem superbi intelliguntur, & qui sunt docti ad præliandum, i. ad rixandum, & frangi quidem possunt, flecti autem non possunt: horum enim superbia diabolus nititur. Hinc etiam montes herbas ferunt. Secundo uicit mundum. mundus enim contra eum pugnauit grauia supplicia inferendo. Inter cæteros.n. martyres tres fuerunt qui acriora supplicia passi sunt, s. Laurentius, Vincentius, Catherina. Sed iste cum Vincentio passus est eculei extensionem, totius corporis laniationem, viscerum effusionem, & salis confricationem. Cum Laurentio passus est in sartagine plumbi liquorem, cũ tali oleo assaretur; & Cum Catherina habuit rotam acutis gladijs vndique circũseptam. Ista autem supplicia vincebat per patientiam, & ideo non poterat frangi. Patientia uobis necessaria est, &c. Per constantiam, & iõ nõ poterat

Mat. 5.
Draco tripliciter sitim extinguit, sic demon.
Eze. 29.
Hier. 2.
Iob. 40.
Hie. 14
Ecc. 14.
Iob 40.
Ei⁹ martyrium.
Heb. 10

poterat ſuperari. Fortes facti ſunt in bello per crucis
Ibid. 11 efficaciam,& ideo non poterant à diabolo lædi. Oẽm
Ezec. 9. autem ſuper quem videritis thau non occidatis. Tertio uicit corpus proprium, quia ipſum morti tradidit
Corpus anima, quid ſit. propter Chriſtum Corpus enim eſt equus animæ,ueſtimentum animæ,& domus animæ. Nullus igitur debet timere exponere morti pigrum rancidum, i.corpus corruptioni ſubditum, qui ſe parat recipere dextrarium,ideſt corpus glorificatum. Saluatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtũ, qui reformabit cor
Phil.3. pus humilitatis noſtræ &c. Nec debet timere lacera-
Iob. 13. tionem veſtis corroſæ. Quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum, quod comeditur a tinea. Quando ſperat induitionem veſtis decoratæ. Aſtitit regina, ideſt anima, a dextris tuis in ueſtitu deaura-
Pſ. 40. to,&c.Nec timere debet deſtructionem domus ruinoſę, quando ſperat ſe habiturum habitationem domus æternæ.Scimus quoniam ſi terreſtris domus noſtra hu
2.Cor.5 ius habitationis ſoluatur, &c. Quarto vicit Deum.
Deꝰ à 3. ſe uinci ſinit. Deus enim licet ſit omnipotens,tamen a tribus dimittit ſe vinci.Primo a ſua pietate uiſceroſa,Conuerſum eſt in me cor meum &c.Iſto modo permittit ſe uinci,
Oſe.11. quantum ad beatum Georgium. Videns enim ipſum tam crudeliter laceratum, pietate motus ad ipſum uenit,& dulciter confortauit.Secundo uincitur a noſtra
Ibid.32 oratione lachrymoſa: Inualuit ad angelum & confortatus eſt,fleuit & rogauit eum.Iſto modo ſe vinci permiſit ab oratione ſancti Georgij.Nam imminente paſſione, rogauit Deum pro illis,qui ipſum inuocarent. Et ecce vox ad eum venit, quod ſic eueniret, & fieret prout,poſtulauit. Tertio vincitur a morte ſanctorum
Mat. 11 uictorioſa.Regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud. Iſto modo beatus Georgius per ſuam paſſionem regnum cœleſte ſibi rapuit, & ipſum ſibi perpetuo acquiſiuit.

Sermo cxxxi. De eodem sermo ij. Diabolus per draconem, sancti per elephantem. Quomodo ad se inuicem pugnant, & eum vincunt elephantes.

COnculcabis leonē & draconem. Sāctus Georgius draconē cōculcauit qñ ipsū interfecit, per quem draconē significatur Diabolus. Sicut.n.draco semper insidiatur elephanti, sic Diabolus uiris sanctis. Circa aūt hæc quatuor sunt vidēda. Primò quare Diabolus p draconē significatur. Et est rō, qa draco est animal valde nociuū, Nocet.n.lingua p horribilem, dēte per lætalē morsum, flatu aerē inficiēdo. Sic Diabolus nocet p sibilum malę suggestionis. Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilū gregū, idest dęmonū? Vnus terminus est Diabolus q̄ sibilat malā suggestionē. Alius est mundus, qui sibilat vanitatē, cupiditatē, & carnalem delectationē, Oē quod est in mundo, aut est concupiscētia carnis &c. Nihilominus tñ Deus sibilat peccatori per internā inspirationē. Sibilabit dominus muscæ. Et tñ peccator citius acquiescit Diabolo suggerenti, q̄ Deo inspiranti. Secundo nocet per morsum prauæ delectationis. Grego. Prius illicita suggerēs linguā extraxit, post ad delectationem trahens dentem figit. Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. Tertio nocet flatu uenenoso, & ignito, praui.s.operis. In homine enim est concupiscentia praua: ibi Diabolus immittit tentationes ignitas: sic impellit ad operationes illicitas. Ecce ego creaui fabrū sufflantem in igne prunas. Quartò nocet caudā constringēdo fune prauæ consuetudinis Draco traxit cauda tertiam partē stellarū, idest illos, qui nec sunt actiui, nec contemplatiui. Immisit in rete pedes suos. Qui.n.secundum Gregor.in rete pedes mittit, non cum voluerit eijcit, sic qui in peccatis se deijcit, non mox cū uoluerit surgit. Secundò uidendum est, quare beatus Georgius, & alij sancti Viri per elephantem figurantur. Nam secun-

[Margin notes: Psal. 90. — Diabol9 draconi quare sibilū, cōparatur — 1. Io. 24. — Esa. 7. — Deu. 32 — Esa. 24. — Apoc. 2. — Iob. 18.]

Sācti p elephā- tē figu- rantur.

Psal. 72.

Ro. 12.

1. Macc. 6.

Dęmo- nis pu gna cū ſanctis

1. Re. 11

Iob. 18. Ibidē. 5.

Elephā tes. 4. modis vincūt draco- nē. Sic ſancti diabolū

ſm Ariſtotelem: Elephantes carent felle: & ideo naturaliter ſunt benigni. Fiunt autem ſeueri, aut qñ nimis prouocantur, aut qñ amore furiunt, aut quando vino inebriati ad prælium acuuntur: ſic & ſerui Dei, quamuis ſint manſueti, tamen debent eſſe ſeueri ad corripiendum, maximè qñ a peccatoribus prouocantur ex iniurijs Deo illatis. Zelaui ſuper iniquos pacē peccatorum videns. Secundo feruentes ad diligendū; ſpiritu feruentes, domino ſeruientes. Tertiò acuti ad præliandum: ad quod quidem acuuntur, quando memoria paſſionis dominicę inflammantur, quod ſignificatum eſt, vbi ſcilicet dicitur, quod elephantib. oſtēderunt ſanguinem vuæ, & mori, ad acuendum illos in pręlium. Chriſtus enim fuit uua inquantum de uite uirginea natus, & in patibulo crucis eius ſanguis effuſus eſt, & fuit morus inquātum in paſſione denigratus. Tertio videndum eſt qualiter draco, ideſt Diabolus pugnat cū elephantib. i. cum ſanctis uiris. Pugnat nāq; tribus modis. Primo excęcando i. lumen fidei auferendo. In hoc feriam vobiſcum fœdus, ut eruā oīum veſtrū oculos dextros. Talis enim eſt inhabilis ad pugnandū, quia ſiniſter oculus impeditur à clipeo, dexter vero priuatᷓ lumine ſuo, & ſic nec videt qualiter percuſſus ſe defendat: ſic ille qui amittit lumen fidei à Diabolo quidē feriri pōt, ſe aūt defendere non pōt. Secundo pugnat pedes elephantis cauda conſtringēdo, & inuoluēdo, & ſic ad terram deijciēdo: ſic & Diabolus cauda hominem inuoluit, qñ ipſum tentationibus irretitum ad peccandum deijcit. Tenebitur planta eius laqueo, & exardeſcit contra eum ſitis. Tertio eius ſanguinē bibēdo, cū omnib gratijs, & meritis priuando. Cuius meſſem famelicus comedet, & ipſum rapiet armatus, & bibent ſitientes diuitias eius. Quarto uidendū eſt qualiter elephātes vincunt draconē. Vincūt aūt quatuor modis. Primo aquā cū roſtro in eius faciē proijciendo, ſic ſancti viri Diabolū vincunt, qñ aquam lachrymarum in Deum proijciunt. Ipſa enim

oratio lachrymosa habet Diabolum expellere. Hoc genus dæmoniorum in nullo potest eiici, nisi in orõne, & ieiunio. Hēt ipsum submergere. Submersi sunt quasi plumbum in aquis uehemētib. Hēt ipsum cōtribulare, cōtribulasti capita draconū in aquis. Scdò caput eius cōterēdo. Elephas .n. caput ipsius draconis cū plāta cōterit, & tunc draco terribilē sibilum emittit, faciam planctum uelut draconum. Iste est secundus modus uincendi Diabolum, s. caput suę suggestionis conterere. Ipsum conteret caput tuum. Quando .n. caput conteritur, tunc uirtus Diaboli à fundamētis eneruatur. Percusisti caput de domo impij &c. Quando uero non conteritur, tunc draco cū cauda suæ suggestionis hominem ad terrā trahit, & surgere nequit. Dedit me dn̄s in manu de qua non potero surgere, s. per meipsum. Tertiò dorsum opponendo, diligenter .n. ventrem custodit, & dorsum opponit. Venter .n. est ipsa sensualitas, quam draco appetit. Ventrem suū repleuit teneritudine mea. Dorsum nr̄m est ipse Chr̄s, inquantum peccata nostra, & uulnera nostra suscepit, & portauit. Dēt igitur hō à Diabolo sensualitatē suā abscōdere, & Christi passionem opponere, quasi dorsum nostrum. Dominus posuit super eum iniquitatē omnium nostrum. Et scutum nostrum. Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Et antemurale nostrū. Saluator ponetur in ea murus, & antemurale. Quarto eū uincit mole corporis opprimendo. Sæpe .n. cōtingit; quod draco cum cauda stringendo pedes elephantis ad terram trahit. Ipse .n. elephas super draconem cadens, mole corporis ipsum extinguit. Et iste est quartus modus vincendi, s. per passionem. Diabolus enim martyrem ad terram trahit per mortem corporis, sed martyr dæmonem vincit per uictoriam passionis. Fortis impegit in fortem; ambo pariter corruerunt. Cadit diabolus, quia maiori pœna constringitur. Cadit martyr quantum ad corpus, sed eius anima in cœlo coronatur.

Marc. 9. Exo. 14. Psal. 74. Mich. 1. Gen. 3. Abac. 3. Thre. 1. Hier. 1. Esa. 53. Thre. 3. Esa. 56. Hie. 46

Sermo cxxxij. De eodem Sermo tertius Quomodo bonus Christi miles extitit.

2.Thi.2 LAbora sicut bonus miles Iesu Christi. Verum, & legitimũ militẽ tria faciunt; s. sedulitas in operãdo, strenuitas in præliando, & fidelitas in obsequẽdo, qñ. s. & sedulò laborat, & strenuè pugnat, & dño suo fideliter militat. Ista tria notantur in uerbis præmissis, quæ in B. Georgio fuerũt. Primum est sedulitas in opere, cum dr̃, labora. Ipse. n. sedulò laborauit prædicando, idola destruendo, & populum conuertendo. Sunt. n. tria, q̃ inducunt militem ad benè laborandum. Primum est consideratio laboris in rege. Rex. n. Christus semper fuit in labore. In infantia sua, quia fugit in Ægyptũ. In iuuentute sua, quia continue prædicauit. Et in morte sua, quia pœnas sustinuit. Vnde dicit cum Propheta Pauper sum ego, & in laborib à iuuentute mea &c. Secundum est consideratio conditionis in milite. Nomen. n militis, nomen est laboris, & exercitij. Militia est uita hominis super terram. Vnde dictum fuit cuidam militi. Tu uero vigila, in omnib. labora. Tertium est cõsideratio magnitudinis in mercede. Vnusquisque propriã mercedem accipiet ẜm laborem suum. Bonorũ laborũ est gloriosus fructus. Secundo notatur strenuitas in pugnando cum dr̃: Sicut bonus miles. Strenuum aũt militem tria faciunt, s. robur virtutis, scĩa artis, & copia armaturæ conuenientis. Debet. n. habere robustum aĩum ad aggrediendũ, iõ formidolosi de prælio Dei eijciuntur. Istum robustum animũ habuit B Georgius, qui in medio hostiũ exiliẽs exclamauit. Omnes dij gentium dæmonia, dominus aũt cęlos fecit Secundo debet habere manum robustam ad feriẽdũ. Manus tua in ceruicib. inimicorũ tuorum. Istã robustam manum ẽt habuit Georgius, qui ceruicem draconis, qui diabolũ figurabat, manu amputauit propria. Tertio dẽt hr̃e robustum dorsum ad sustinendum; sicut habuit S. Georgius, quia multa tor-

Marginal notes: Militũ ad bñ laborandum 3. inducũt — Iob.7. — 2.Thi.4 — 1.Cor.3 — Sap.3. — Militẽ strenuũ 3. faciũt — Deu.20 — Gen.49

tormenta sustinuit constãter. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Secundum quod facit militẽ strenuum, est scientia, scilicet artis militaris. Ista sciẽtia acquiritur, aut per alienam eruditionẽ, scilicet sacram scripturã: Accipite armaturam Dei. Aut per frequentem militantium considerationem, s. Christi & militum eius: Sufferentiam Iob audistis, & fidem dñi vidistis. Per crebram congressionem scilicet cum diabolo. Dereliquit dominus gentes, ut erudiret in eis Israelem. Qui non est tentatus, quid sit, &c. Tertium, quod facit strenuum militem, est habere copiã armaturæ conuenientis. Habuit enim B. Georgius, quatuor armaturas, scilicet fidem tanquam scutum, quia fidem Christi constanter confessus est; In omnibus scutum sumentes fidei. Spem tanquam galeam; Tradidit. n. corpus suum ad moriendum, sperans, quod ipsum reciperet glorificatum. Verbum Dei tanquam gladium, per quem bonos vulnerabat ad amorem, malos incidebat, ipsorum euacuando idolatriam, & errorem. & bona opera tanquam loricam, quia omnia terrena bona deseruit, & Dei & proximi obsequio se mancipauit. Tertiò notatur fidelitas in obsequendo cum dicitur, Christi Iesu. Ille enim est miles Iesu Christi, qui certat pro honore Iesu Christi. Et talis legitimè certat. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Legitimè autem certat, qui certãtium regulam obseruat, quæ habet quatuor capitula. Primum est, vt ab omnibus nociuis, idest peccatis terrenis abstineat: Omnis enim qui in agone contendit ab oĩbus se abstinet. Secundum est, vt non segniter, sed fortiter pugnet: Sic pugno non quasi aerem verberans. Tertium est, ut usque ad mortem in certamine perseueret. Vsque ad mortem pro iustitia. Quartum est, ut in certamine non suum, sed domini honorem intendat. Istud seruauit Ioab ad Dauid dicens: Congrega reliquam partem populi & cæt. Et infra, ne nomini meo ascribatur victoria. Ista quatuor capitula seruauit Georgius, quia

Ps. 128.
Eph. 6.
Iacob. 5
Iud. 5.
Eccl. 34
Eius armaturę 4.
Eph. 6.
2. Thi. 2
Certantiũ rla.
1. Cor. 9
Ibidem
2. Reg. 18.

omnia terrena contempsit & fortiter dimicauit, & vsque ad mortem in prælio stetit, & Dei honorem in omnibus obseruauit.

Sermo cxxxiij. De sancto Marco euangelista sermo j. Quomodo sex fecit uias, tres scilicet in uita, & tres post uitam.

Eccl.25 OBuiauit illi quasi mater honorificata. Sapīa diuina inquirētib se obuiam uadit, & se desiderātib. seipsam infundit. Hoc modo diuina sapīa B. Marco obuiauit, & in oībus suis vijs sibi occurrit. Fecit.n.sex vias, tres in uita, & tres alias post vitā. Prima est, qua iuit Romam, vbi secutus est Petrū, tanq̃ ouis, & pastorem suū, tanq̃ discipulus magistrū suū, & tanq̃ filius patrē suū. Et ibi diuina sapīa sibi obuiauit, qa ſm Hierony. in lingua græca euāgeliū ibi scripsit, ꝑut ab ore magistri sui Petri audiuit. Quia.n.aliqñ testimonium fertur de visu, aliqñ de auditu, iō Christus ſm August. duos testes hr̄e voluit de visu, s. Mattheū & Ioānem; & duos de auditu; s. Lucam & Marcū. Scd̃a via est qua iuit Aqleiam, & ibi sapientia diuina sibi obuiauit, qa tria magna bñficia ibi fecit. Primum qa primus eis lumen infudit diuinū. ex eo ꝙ primus eis fidē prædicauit. Secūdum est, quia magnū eis reliquit thesaurū, s. uolumen suum, qd̄ Romæ in litera græca ibidē cōscriptū, in lingua latina conscripsit, quod qdē vsq; hodie reseruatur. Tertiū est quia specialem eis dimisit patronū. s. S Hermacoram, quem ad fidem conuertit, & eis in Episcopum ordinauit, qui ibi specialis patronus hr̄. Tertia via est qua iuit in Alexandriam, & ibi sapīa diuina sibi obuiauit, ibidem enim fuit in patriarcha consecratus, primus missam ibi celebrauit, & ibi monasticam religionem instituit. Nam sicut dicit Philo. Maximā multitudinē in Alexādria adunauit in fide, & deuotione, & continentiæ obseruatione. Vñ ait Petrus Damianus, tantam ei Deus gratiam apud Alexandriam

driam prærogauit,ut oēs qui tunc ad fidei rudimenta confluerent, mox per cōtinentiam ac totius sanctæ cō uersationis instantiam, tanquā ad monasticę conuersationis fastigium euolarent. Ad ista autem ducebat eos per tria, sicut ibidem dicit, s. per uerba, per exēpla & per miracula. Illi autē profecti prædicauerunt, ecce uerba, Domino cooperante & sermonem cōfirmāte, ecce exempla, sequentibus signis miracula. Post mortem autē eius tres alias fecit. Vna uia est qua eius spiritus in cœlum ascendit, & merito, quia existens in terra, iam erat in cœlo ascriptus, supernis ciuibus asso ciatus, & æternæ paci coniunctus. De duobus primis dixit ei angelus, ecce nomen tuū in cœlo scriptū est, sociusq; factus es supernarū uirtutū. de tertia dixit ei Christus, Pax tibi Marce euangelista meus; noli timere, ego enim tecum sum. Secunda uia est, qua cum corpore in Italiam redijt. Vñ Petrus Damianus, Beata est Alexandria triumphali huius sanguine purpurata, fęlix & tu Italia, corporis huius thesauro diues effecta. Eius autē corpus, cum Venetias transferret, fuit odore mirabili circunfusū, multis in uia miraculis declaratū, nūc est in loco pulcherrimo collocatum. Erat. n. alabastrū Dei, & ideo debuit odorem diffundere. Odorē notitiæ suæ manifestat p nos in oī loco. Erat lucerna populi, & ideo debuit se manifestare. Neq; accendunt lucernā, & ponunt eam sub modio. Erat gemma Dei, ideo debuit in loco pulchro manere, Erat namq; vna de gēmis illis. de quibus dr̄: Posuit in rōnali gemmarum ordines quatuor. Quatuor ordines gemmarū sunt ipsi quatuor euangelistę. Tertia uia est, qua quoti die suis suffragijs & beneficijs uenit in mūdū. Eius. n. suffragijs obtinem⁹ corporalia ad sustētationē, qđ patet in miraculo facto in Apulia, vbi erat sterilitas magna: obtinemus ēt spūalia ad iustificationem, quod patet in miraculo sarraceni naufragiū patientis, q ad baptismum cōuolauit. Obtinet nobis cęlestia ad glorificationem, quod patet in miraculo cuiusdā religiosi

Mat. ul.
2. Cor. 2
Mat. 5.
Exo 39.

ad cuius obitum sanctus Marcus conuenit, & in cœlum eius animam deportauit.

Sermo cxxxiiij. De eodem sermo ij. Ab eccellentia, a sapientia à doctrina, à constantia, & a consolatione multiplici nobis exhibita describitur.

Iud. 14. De comedēte scilicet leone exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quia sanctus Marcus per speciē Leonis figurat̄, ideo p̄dicta uerba de Leone dicta, de ipso cōgrue exponunt̄, In quib. verbis a quinque describit̄, & laudatur. Primo a magna excellentia in hoc ꝙ Leoni assimilat̄. Leo.n. græce latine dr̄ rex omnium bestiarum. Sic & Marcus fuit apud Alexandriā Patriarcha Christianorū. Cuius q̄dē dignitas cōmēdabilis fuit a tribus: Primo ex rōne ꝓmouētis, q̄a a Petro, sancto reuelāte spiritu fuit ꝓmotus. Secūdo rōne promoti, q̄a nō reputabat se esse dignū, iō sibi pollicē amputauit; sed beatus Petrus secū dispēsauit. Tertio ex parte officij prosecuti, q̄a.s. promossus missam Alexandriæ celebrauit, populū & scientia & doctri na pauit. Scdo describit̄ ab infusa sapiētia cū dr̄, de comedēte, Deus q̄dē diuina sap̄ia ipsum cibauit. Cibauit illū pane uitæ &c. Ipse aūt sic cibatus per sapiētiæ infusionem, comedit per assiduā meditationē. Inuēti sunt sermones tui, & comedis eos. In comestione aūt tria sunt.s. masticatio, incorporatio, & deriuatio. Beatus ergo Marcus sap̄ia diuina cibatus ips ā masticauit p̄ meditationē, unde Psal. Os iusti meditabitur sapientiam. Masticatam sibi incorporauit p̄ imitationē, & operationē. Qui prospexerit in lege perfectę libertatis &c. Masticatam & incorporatam in memoria fideliū deriuauit p̄ euāgelij descriptionē; Deriuent̄ fontes tui foras &c. Tertio describit̄ a cōmunicata doctrina cum dr̄: Exiuit cibus.s. doctrinæ euangelicæ, quo reficitur totus mundus. Istud autem euangeliū habuit quatuor compositores, scilicet Marcū, q̄ ipsū propria manu scripsit, Spiritum Sāctum qui ipsum inspirauit. Spiritu sancto

Dignitas eius cōmendatur.

Eccl. 15

Hier. 15

Psal. 29.

Iacob. 1

Prou. 5.

2. Pet. 1.

sancto inspirati locuti sunt sancti Dei hoĩes. Petrum, qui sibi uerba oĩa ministrauit, qui sic scripsit prout ab eius ore audiuit. Et Matthęum, q̃ suũ euangelium sibi abbreuiandũ dedit. Quartò describit̃ a forti cõstantia cũ dr̃, & de forti. Ideo Paulus sciẽs illũ esse magnanimum, atq; fortem; ipsum secum habere desiderabat dicens: Marcũ assume, & adduc tecũ &c. Mundus quidẽ erat cõtra Deũ munitus, tenebrosus, aridus, & durus, iõ Paulus uolebat Marcũ secum habere, ut tanq̃ duo pugiles mundũ cõtra Deũ munitũ expugnarent. Melius est duos simul eẽ, q̃ vnũ &c. Volebat ipsũ secũ habere, ut tanq̃ duo luminaria mundũ amplius illustrarent. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare maius, i. Paulũ, vt præesset diei, quia perfectis sapiã impendebat, & luminare minus, i. Marcũ, vt præesset nocti, qa per suum euãgeliũ infidelitatis tenebras expellebat. Volebat ipsum secum hr̃e; vt tanq̃ duo flumina paradisi, mundum aridum amplius irrigarent. Flumẽ Dei repletũ est aqs. Magnus fluuius ex ore Pauli emanauit, qñ in tertiũ cęlũ raptus, doctrina sua mundum fœcundauit. Magnus fluuius ex ore S. Marci emanauit, qñ euangelium suum conscripsit. Volebat ẽt eum hr̃e, vt tanq̃ duę oliuæ mundum durũ emollirent. Isti sunt duo filij oleæ, q̃ assistũt dominatori &c. Quinto describit̃ à multiplici cõsolatione nobis exhibita, cũ dr̃: Egressa est dulcedo. Consolatus est. n. quosdam in vita. sicut patet in naui periclitante, & in milite de põte cadẽte: & quosdam in morte, sicut patet in illo, qui de campanili sancti Marci cecidit: quosdam post mortem, sicut patet in religioso, ad cuius mortẽ venit, & cuius aĩam ad cœli gloriam, & gaudia portauit &c.

Eccl. 4.

Gen. 2.

Ps. 64.

Zac. 24.

Sermo cxxv. De sancto Marco sermo iij. De septem eius prarogatiuis.

MArcum assume, & adduc tecum. Est. n. mihi vtilis in ministeriũ. In eo q̃ Paulus uas electionis ad tertiũ cęlũ raptus, B. Marcũ sibi vtilem in ministerio

1. Thi. vlti.

prædicationis asseruit, manifeste ostendit quã pfundus fuerit in diuina sapĩa, quã gratiosus in doctrina, quam perfectus in uita. Eius aũt gratias, & prærogatiuas, B. Hier. in quadam glosa super Marcum breuiter enumerat dicens: Marcus euangelista seminat, post Matthæũ, fremit, ut leo, uolat ut aqla. discit vt hõ, immolat ut sacerdos, irrigat vt flumen, florescit ut ager, feruet vt uinum. Prima igit prærogatiua est, quia post Matthæum seminauit, ex eo ꝙ post illum suum euangelium scripsit, & eius euangelium abbreuiauit. Istud aũt semẽ, sicut ipse dicit, fructificauit. Primo qdẽ herbam, deinde spicam, deinde plenũ fructũ in spica, i. ꝭm glosam, timorem, pnĩam, & charitatẽ. Herba. n. signat timorẽ, quia sicut herba est principium spicæ, sic timor est principium nouæ vitæ. Principium sapien-
Prou. 9. tiæ timor dñi. Spica q est aspera, & plena granis significat pnĩam amarã, quæ est plena meritis bonis: ple-
Ro. 13. nus fructus significat charitatem. Plenitudo legis est dilectio. Secunda ꝓgatiua est, quia fremuit ut leo, fremitus. n. Leonis terrorem immittit, animalia facit gressum figere, & leoniculos ad uitam restituit. Sic & doctrina Marci, q per Leonẽ significatur, ꝓsumptuosi terrentur per comminationẽ pęnæ. Vnde dr: Vę præ-
Mat. 24 gnantibus & nutriẽtib. in illis diebus. Prægnãtes sunt qui bona proposita cõcipiunt, sed ea p bona opera parere negligũt; nutriẽtes sũt, q se in peccatis nutriũt, & de Dei mĩa impunitatem sibi promittunt. Leues stabiliuntur per firmitatem constantiæ, vnde tales reprę henduntur, cum dicitur: Non habent radices in se,
Mat. 4. sed tpales sunt. Mortui ad vitam resuscitantur. Verba
Ioan. 6. quæ ego loquor vobis, spiritus, & uita sunt. Tertia ꝓrogatiua est, quia uolat ut aquila, uolauit quidem in cœlum per pennam amoris. Quis dabit mihi pennas
Ps. 54. sicut columbæ? &c. In infernum per pennam timoris.
Ps. 106. Ascendunt usque ad cęlos, & descendunt usque ad abyssos. Volauit per mundum per pennam euangelicæ
Esa. 60. prædicationis. Qui sunt hi qui ut nubes uolant &c.

Et

Et ostendit Christũ volasse super pennas hierarchiæ cœlestis. Ascẽdit super cherubin & volauit &c. Quarta prærogatiua est, quia discit vt homo. Sapientiã quidem euangelicam didicit a Christo per inspirationẽ. Implebit eũ dominus spiritu sapiẽtiæ, & intellectus. A Petro p eruditionẽ, quia fuit eius auditor deuotus. A Matthæo per sui Euãgelij abbreuiationẽ, quia fuit eius abbreuiator discretus. Non fuit ergo mirũ, si tãta sapientia fuit plenus, quia eã didicit ab illo, q est fons sapientiæ. Fons sapiẽtię verbum Dei in excelso. Ab illo qui est clauiger sapiẽtiæ. Tibi dabo claues regni cœlorũ. Et ab illo qui fuit calamus sapiẽtiæ. Lingua mea calamus scribę, &c. Quinta prærogatiuã est: quia immolat vt sacerdos. Primo, quia Christum esse immolatum ostendit per passionem, qa ipsam diligẽter prosecutus est. Tradidit semetipsũ p nobis oblationem & hostiã Deo. Secundo, quia seipsum immolauit per mortificationẽ. Mortificate membra vestra, quę sunt super terram. Tertiò, quia vngulam diuisit p discretionẽ, & ruminauit in meditationẽ; & iõ fuit animal mundũ, & immolationi aptum. Omne quod habet diuisam vngulã, & ruminat in pecoribus comedetis. Sexta prærogatiua est quia irrigat vt flumen. Dicit aũt Hieron. in glosa super Marcũ, ꝙ quatuor sunt qualitates, de quibus sancta euangelia contexunt, scilicet pręcepta, mãdata, testimonia, & exẽpla. His quatuor fluminib. Euangeliũ Marci ecclesiam Dei irrigauit, s. pręceptis, qñ a malis nos abstinere commonuit: Videte & cauete a fermento Hærodis. Mandatis, qñ ad dilectionẽ Dei & pximi nos induxit. Diliges dominũ Deum tuũ, ex toto corde tuo &c. Testimonijs, quando patris testimoniũ per filium introduxit. Vox facta est de cœlo, tu es filius meus &c Exẽplis, quãdo Xp̃s exemplo pueri nos ad humilitatẽ induxit. Septima pręrogatiua est, quia florescit vt ager. In suo enim Euangelio, tanquã in agro sunt diuersę herbæ medicinales, quędam valẽtes cõtra morbũ auaritię: Erumnę

Ps.17. Eccl.15 Eccl.1. Mat.16 Psal.44 Eph.5. Col.3. Leu.11. Nota. Matt.4. Ibid.12. Ibid.1. Ibid.9. Ibid.4.

Ibid. 9. sęculi,& deceptio diuitiarum, suffocant verbū. Aliæ
Ibid. 13 valentes cōtra morbū luxurię. Hoc genus dęmoniorum non eijcit nisi in oratione & ieiunio. Aliæ valētes cōtra morbum superbiæ. Videte vosmetipsos, sicut
Mich. 2 dicit: Humiliatio tui in medio tui. Octaua prærogatiua est, qa feruet vt vinum. Vinum enim facit hominē calidū, iucundū, & animosum, ita inter cæteros euāgelistas Marcus tractat apertissimè de Christi resurrectione, passione, & ascensione. Feruet igitur, vt uinū, quia per tractatum passionis nos calefacit ad amorē.
1. Ma. 6. Elephantis ostenderunt sanguinem uitę. Per tractatū resurrectionis nos lętificat ad deuotionē. Ad uesperū
Psalm. demorabit fletus, & ad matutinū lætitia. Per tractatū ascēsionis nos animat ad cęlestis ianuæ introductio-
Can. 1. nem, ut dicat quilibet. Trahe me post te.

Sermo cxxxvi. De S. Petro marty Sermo j. Sequutus est Christum in patiendo, & in passionis modo, & modus cum quo ad cælum attenditur.

Iob. 23. VEstigia eius secutus est pes meus. ſm B. Aug. Perfectio Christianæ religionis est hūc imitari quē colit. Vestigia igitur Christi sp imitari debemus, vt sicut ipse ꝑ nobis mortuus est, sic & vos ꝑ ipso moriamini, Xp̄s passus est ꝑ nobis, nobis relinquēs exēplū,
1. Pet. 2. vt sequamini vestigia eius. Ista aūt vestigia secutꝰ est beatus Petrus martyr, non tm̄ in patiēdo, sed in passionis modo. Et iste modus quātū ad sex attēdit. Primo quātum ad passionis pręfiguratio nē. Passio. n. Christi pręfigurata est in morte Abel, quem occidit Cayn pp auaritiam, pp irā, & pp inuidiā. Similiter, & in mor-
Luc. 4. te Xp̄i fuit auaritia ex parte Iudę. Ex parte aūt Iudęo-
Mat. 27. rū fuit ira. Repleti sūt oēs in synagoga ira. Et fuit inuidia. Sciebat enim ꝙ per inuidiā tradidissent eū. Similr in morte Petri ex parte hęreticorū fuit ira, qa irascebant tam valido expugnatori. Fuit inuidia, uā inuidebant tam valido prædicatori, & tā gratioso. Ex

parte

parte occidentiũ fuit auaritia, qa fuerunt mercede ob ducti. Scdo attenditur iste modus q̃tum ad mortis testificationẽ De testificatione mortis Christi dr: Tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo, s. pater, uerbum, & Spiritus sanctus. Et tres sunt qui testimonium dant in terra, s. spũs, aqua, & sanguis. Qd.n. Christus fuit cęlestis, i. Deus, testificatus est Pater, cũ dixit: Hic est filius me⁹ dilect⁹. Testificat⁹ est Spũs sctũs, cũ in forma colũbæ sup eum apparuit. Testificatus est ipse de seipso. Ego & pr̃ vnũ sumus. Quia aũt fuerit terrestris, i. homo passibilis, testes fuerũt, spũs, quẽ in ipsa cruce emisit, & aqua de latere eius emanãs, & sanguis quẽ effudit. Isti testes siır in B. Petro fuerunt, q. n. fuerit cęlestis, i. de cęlo ad conuincendum hæreticos missus, testatur pr̃, qui sibi tantã dedit constantiã ad resistendum, filius qui sibi tantã dedit sapĩam ad conuincendum, & Spũs sanctus qui sibi dedit tantam grãm ad cõuertendum. Quod aũt fuerit terrenus, i. a terrenis hæreticis passus, patet per spiritum, quẽ pr̃i recommẽdauit, qñ. s. dixit: In manus tuas dñe commendo spiritũ meum. Patet per aquã fidei, & doctrinæ, fidei, quæ de eius ore emanauit dicẽs: Credo in Deũ &c. Doctrinę, qa profunda uerba ex ore uiri. Pater per sanguinem quẽ de latere, & de capite suo effudit. Tertio iste modus ondit̃, & hoc q̃tum ad sanguinis exclamationẽ. Sanguis. n. Christi clamat ad prẽm, petens ab eo misericordiã, & remissiõnẽ. Accessistis ad sanguinis aspersionem melius loquentẽ, quã Abel. Clamat ad iustos petens ab eis deuotionem. Vñ, & de hoc: Intingatur pes tuus in sanguine, &c. Clamat ad peccatores petẽs ab eis suam conuersionem. Quæ utilitas in sanguine meo, &c. Clamat ad totum mũdum petens compassionem. O uos oẽs qui transitis per uiam &c. Clamat etiam ad terram petens sui sanguinis manifestationẽ. Terra ne operias sanguinem meũ, &c. Manifestatus est etiã sanguis Christi per terræ tremorem, & per lapidum fractionem, & per monumentorũ apertionẽ.

1. Io. 5.
Matt. 3.
Io. 10.
Pro. 18.
Heb. 12
Psal. 67.
Psal. 29.
Hie. 1.
Iob. 16.

Simi-

Similiter sanguis B. Petri clamat ad Deũ petens sui sanguinis remunerationem. Vsquequo dñe sanctus & uerus non uindicas sanguinem nrm? &c. Clamat ad fideles petẽs sui sanguinis imitationẽ, iuxta illud.
1.Matt. 6. Elephantis oñderunt sanguinẽ vuæ, & mori, ad acuẽdum eos in plium. Clamat ad hæreticos, petens corũ cõuersionem. Tabescent montes sanguine corũ. Cla-
Esa. 34. mat ad totum mundũ, petẽs sui sanguinis veneratio- nem. Iuxta illud. Fide celebrauit Pascha, & sanguinis effusione. Clamat ad locum suæ passionis, petens sui
Heb. 11 sanguinis reuelationem. Reuelabit terra sanguinem. Terra.n. suum sanguinem reuelauit, quando sanguine suo aspersa multis sanitatem dedit. Quartò attenditur iste modus, q̃tum ad uoluntariam perpessionẽ.
Esa. 36. Christus.n. voluntarie passus est. Oblatus est, quia ip se uoluit, & non aperuit os suum. Non.n. aperuit os
Ibid. 53 suum ad maledicendum, vel murmurandum. Aperuit aũt os suum ad indulgendum, qñ dixit: Pater dimitte illis &c. Ad suum spiritum recommendandum, qñ dixit: Pater in manus tuas commendo spiritum meũ. Ad ueritatem perficiendum, qñ oĩa legalia consummata esse professus est, dicens: Consummatum est Similiter & Petrus non aperuit os suum, vt maledice- ret vel murmuraret. Aperuit tñ qñ spiritum suum in manibus Dei recommendauit dicens: In manus tuas dñe commendo spiritum meum, & qñ veritatem fidei professus fuit dicens: Credo in Deum patrem omnipotentem &c. Quintò attenditur iste modus quantum ad liberalem distributionem. Christus.n. in morte suum testm̃ fecit, quo liberaliter annonam distribuit. De quo sic dicit Ambr. Auctor humani generis in cruce existens, pietatis officia diuidebat, persecutionem aplis, pacem discipulis, corpus Iudæis, Patri spiritum, virgini paranymphum, latroni Paradisum, peccatoribus infernum, Christianis pœniten-
Testa- mẽtum Christi. tibus Crucem pœnitentiæ delegauit. Christus igitur tanquam diues multa, & magna legata dimisit. Pe-

trus

trus aũt tñ tria legata minuta habuit, s. res tpales, cor pus, & animam. Et oĩa Christo dedit, s. res tpales, pro ipso oĩa cõtemnẽdo, corpus morti exponendo, & animã sibi recommendãdo. Sextò attenditur ille modus, quantũ ad animæ cruciationem. Anima n. Christi in suo corpore ualdè cruciata fuit: De ipsa. n. aĩa ubi sit in corpore hominis, quatuor opiniones fuerunt. Quidam dixerũnt eã esse in capite. Quidam in sanguine. Quidã in corde. Et quidam in toto corpore, & in qualibet parte eius. Ideo Iudæi animam Christi cruciauerunt in capite. s. qñ spinis ipsum coronauerũt. In sanguine, qñ eius venas apuerunt. In corde, qñ iuxta cor lanceã infixerunt. Et in toto corpore, quando ipsum ad columnam flagellarunt. In his quatuor locis, anima B. Petri fuit similiter cruciata, s. in capite, quando est ibi diris vulneribus percussus. In corde, qñ in latere est transfixus. In sanguine, quando de capite, & latere eius sanguis est effusus. Et in toto corpore, quando ieiunijs, & vigilijs fuit in corpore maceratus.

Sermo cxxvij. De eodem sermo ij Quomodo in uita perfectus, in corpore mortificatus extitit, Christumque est imitatus.

SI q̃s vult uenire post me abneget semetipsũ & tollat Crucẽ suã, & sequatur me. Miles. n. qui vult ire post regem ad prælium, dẽt in oĩb. sequi uoluntatem regis, dẽt portare uexillum regis, & dẽt sequi in oĩb. opera regis. Beatus igitur Petrus miles egregius, uolens ire post regem Christum ad bellandum cõtra carnem, mundum, & diabolum, uoluntatem suam uolun tati Christi postposuit, ideo abnegat semetipsum. Secundo vexillũ Christi. i. mortificationẽ carnis portauit, ideo dicit: Tollat Crucẽ: semper mortificationem in corpore uestro circũferẽtes &c. Tertio ipsum in oĩbus operibus imitatus fuit, ideo dicitur: Et sequatur me. Et sic patet q B. Petrus magnã habuit in uita pfectionẽ, multam corpori suo intulit mortificationem. Luc. 1. Cor. 3

Pri-

Testimoniũ triplex habuit. 1. Io. 1. Primo igit' habuit magnā vitæ perfectionem cum dr̄: Abneget semetipsum. Huius aũt testimoniũ habuit à superiorib. inferioribus, & medijs A superiorib. q dē, .i. à Sancta Trinit. Tres sunt qui testimoniũ dant in cęlo, s. pater, uerbũ & spiritus sanctus. Et tres sunt qui testimoniũ dant in terra, spiritus, aqua & sanguis. Ipse. n. fuit cęlestis cœlestia contemplando. Et fuit terrestris, terrestria hoībus prædicando. Sibi igitur cęlesti testimonium dedit patris potentia in miraculis, filij sapiētia in doctrinis, spiritus sancti bonitas in virtutibus, & donis, quibus eum perfectè impleuit. Sibi terrestri testimoniũ dedit spiritus sapientię salutaris, quam gratiosè diffudit; aqua innocentię baptismalis, quam sp seruauit. Et sanguis passionis triumphalis; quam pro Christo sustinuit. Secundo habuit testimoniũ suæ sanctitatis ab omnibus elementis. Eius sanctitatem ignis cognouit, qñ lampades accendit. Cognouit aer, quando obscuritas in claritatem uersa est. Cognouit aqua, quando mare tranquillitatem accepit, & quando tactu suarum reliquiarum aqua consecrata multas infirmitates fugauit. Cognouit terra, quæ suo sanguine rubricata multis infirmis subuenit. Tertio testimonium habuit à medijs, i. ab hominibus, q sunt medij inter creaturas superiores, idest Angelos, & infimas, i. ipsa elementa. Et hoc in multis beneficijs sanitatum, q̄ eius meritis acceperunt. Secundo corpori suo magnam intulit mortificationem, cum dr̄: Tollat Crucē suam. Mortificate membra uestra, idest vitiosas passiones quæ sunt in membris. Quæ quidem uitiosæ

Vitiorũ passiones 3. de causis adueniunt. passiones, prout dicit Greg. Nissenus in examerou, tribus de causis nobis adueniunt, s. ex mala educatione, ex mala corporis habitudine, & ex uitio ignorantiæ. Qualiter autem curētur ostendit in sequentib. dicens: Curant' mali mores, bona consuetudine; mala habitudo, bona exercitatione: ignorantia, studio disciplinę.

Pro. 22. Primo igitur adueniunt ex mala educatione. Adolescens iuxta uiam suam, ēt cum senuerit nō recedet ab ea.

ea. Ex iſta aũtem cauſa nõ fuerunt in B.Petro,quia in ſua adoleſcentia fuit ſanctè educatus, eo quod tunc ordinem prædicatorum etiam fuit ingreſſus.Secundo adueniunt ex mala corporis habitudine. Sanant autẽ bona exercitatione,qui.n.ex mala habitudine corporis ſentit ſe inclinari ad luxuriam,debet ſe exercitare circa ieiunia. Qui ad auaritiã ſe ſentit inclinari,dẽt ſe circa eleemoſinas exercitare. Et q ad ſuperbiam,ſe dẽt ad orationes exercitare. Ex iſta igit ſcda cã uitioſæ paſsiones in eo nõ fuerunt, qa exercitauit ſe circa ieiunia corpus ſuũ macerãdo.Circa liberalitatẽ oĩa tẽporalia cõtẽnẽdo,& dimittẽdo.Circa orones,diẽ ꝓximo,& noctẽ Deo tribuẽdo. Tertio adueniũt ex ignorãtia.Vę uobis q dicitis malũ bonũ,& bonũ malũ. Ex iſta aũt cã nõ potuerũt in ipſo vitioſæ paſsiones ꝓuenire,qa diuinã ſapiẽtiã habuit, tã uetus q̃ nouũ teſtamẽtũ elegãter ſciuit Similis eſt homini patrifamilias q profert de theſauro ſuo noua, & uetera. Tertio habuit Chriſti ſimilitudinẽ & imitationẽ,cum dr: Et ſequatur me.Secutus eſt aũt ipſum, Et hoc quantum ad tria.Primo.n.quantum ad ſtatum.Chriſtus.n.fuit virgo martyr,& prædicator. Dilectus meus candidus,& rubicũdus,electus ex millib. In iſto tripli ci ſtatu fuit B. Petrus. Ideo in eius morte triplex miraculum apparuit,ſ. miraculum luminis, quia fuit prædicator lucidus. Lampades.n.diuinitus fuerunt accenſæ.Miraculum ſanguinis,qa fuit martyr precioſus,quia terra ſuo sãguine rubricatã,multis ſanitatẽ dedit.Et miraculum columnæ cœleſtis,qa fuit uirgo angelicus. Nam ſup locum ſuæ paſſionis luminaria de cœlo deſcendentia & ad cœlum aſcendentia uiſa fuerunt. Secundo imitatus eſt eũ q̃tum ad habitum. Chriſtus.n.habuit ueſtes albas,ambulabũt mecũ in ueſtibus albis.Rubeas. Quare rubrum eſt ueſtimẽtum tuum. Deauratas,& uarias. Aſtitit regina.i.Chriſti anima à dextris tuis &c.Similiter & Petrus habuit veſtes albas per uirginitatẽ,quã ſeruauit. Rubeas per ſanguinem quem effudit. Varias

Eſa. 5.
Matt. 3.
Sequut° ẽ Xp̃m, quo ad tria.
Can.5.
Apoc.3.
Eſa. 63.
Pſal.44.

per

p diuersas uirtutes quas habuit, Et deauratas, p charitatem Dei & proximi qua flagrauit Tertio est imitatus eum quantū ad obitum. Sunt. n. qui moriuntur in Christo, idest in fide, & passione Christi, Beati mortui qui in domino moriuntur. Quidā cū Christo in Cruce. f. pœnitentiæ Christi: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt &c. Quidam propter Christum, idest propter defensionē fidei Christi, pro iustitia agonizare pro anima tua &c. Isto triplici mō mortuus est Petrus, f. in Christo, idest in fidei Christi confessione, Vñ cum interficeret symbolum fidei protulit: Cum Christo, idest in Cruce duræ pęnitentiæ, qa triginta annis se in ordine afflixit. Et propter Christū. i. propter Christi fidei defensionē, Vobis datum est p Xpo non solū, ut in eū credatis, sed ēt ut p illo patiamini.

Apo. 15

Gal. 5.

Eccl. 4.

Phil. 1.

Sermo cxxxviij. De S. Iacobo minore Apostolo Sermo I. in natiuitate, in vtero, in vita in mundo in passione, atque tormentis commendabilis extitit.

HÆc dicit dñs faciens & formans te ab utero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi. Ista uerba dicta de Iacob Patriarcha, de Iacobo Apostolo exponi possunt. In quib. uerbis ostenditur, quā commendabilis fuerit in sua natiuitate, in utero, in sua uita, in mūdo, & in sua passione & in tormēto. Nā in utero fuit sanctificatus, iō dr: Faciens & formans te ab utero. Sicut. n. dicit Egesippus, & Hierony. in libro de uiris illustrib. & ĩ Historia ecclesiastica, ipse in mr̄is utero sanctificatus fuit. Ista āt gratia triplicē effectum sanctificationis in ipso operata est. Primus est, quia ipsū ab originali purgauit. Antequā exires de uulua sanctificaui te. Secundus est, qa ipsum a mortali conseruauit. Licet. n. dicatur, quod in passione Christi omnes apostoli mortaliter peccauerint: tñ forte ab illa generalitate est iste excipiendus tū, qa in utero fuit sanctificatus, & sanctificati in utero cōfirmant̄ in bono, tum, quia secundum Hiero. de uiris

Esa. 44.

Ei⁹ gratiæ triplex effectus.

viris illustribus in parasceuę se uoto astrinxit, q non comederet, donec ipsum resurrexisse uideret. Ad qd .n. se uoto astringeret, nisi de resurrectione fidē indubiam haberet? Tertius effectus est, qa in eius carnę, fomitem debilitauit, & refrigerauit. Nonne ardorē refrigerabit ros. i. gratia spiritus sancti? Et pp istum triplicem effectum dicitur: Iacobus frater domini, Iacobus iustus, & uirgo ppetuus. Nā inquātū fuit a peccato originali mūdatus, potest frater domini appellari; qa sicut dñs in utero matris fuit sanctus, sic iste fuit sanctificatus. Inquantum fuit à mortali cōseruatus, dr̄ iustus. Sciuit iustum, & cōseruauit sine querela Do. Inquantū fomes debilitatus in eo fuit, uirgo perpetuus dr̄: Nam ſm Hiero ipse in perpetua uirginitate extitit. In cuius signum semper syndone munda utebatur. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimū. ablata est à beato Iacobo rubigo peccati originalis, p sanctificationē; mortalis p cōuersationem, fomitis per debilitationē. Et sic factus est totus purissimus, & utique sanctus Secundò cōmendabilis est quantum ad uitam in mūdo, cū dr̄, rectissime quem elegi. Ipse .n. fuit rectissimus, quantū ad uitæ pfectionē. Et fuit pelectus in apostolicā dignitatem. Eius autem sanctitas, atque perfectio in tribus apparet. Primò, quia fuit multæ austeritatis, & abstinentiæ quo ad seipsum, sicut dicit Egesippus, & Hiero. de uiris illustribus, vinū, & sinceram nō bibit; carnes nūquā māducauit, nouacula super caput eius non ascendit, balneo usus nō fuit. Ab infantia sua & matris ex utero, qcquid ex uinea nascit non comedit &c. Secundo fuit multæ deuotionis, & gratiæ quo ad Deū, quia totiens in oratione genua flectebat, ut callos in genib. sicut in calcaneis habere videret. Vnde dicit Hiero de uiris illustrib. q fixis genibus Deū pro populo deprecabatur intantū, vt camelorum duritiā eius genua traxisse viderentur. Tertiò fuit multæ dignitatis, & reuerentiæ quo ad pximum. Nā in multa reuerentia ipsū apostoli habuerunt.

Ecc. 18.

Sap. 16.

Prou. 25.

Eius pfectio i 3. apparet.

Iud. 13.

funt. Quia ſicut dicit Hiero. Ipſum in Epm Hieroſolymis elegerunt, & ſicut dicit Anacletus Papa, & hr in decreto; Petrus, Iacobus maior, & Ioannes ipſum ordinauerunt, & cõſecrauerunt. Ipſum in reuerentia habuerunt Iudæi, quia ſicut dicunt Egiſippus, & Hierony. ſolus inter apoſtolos, & hoc pp nimiam ſuam ſanctitatem permittebatur intrare in ſancta ſanctorũ, nõ quidem ad immolandum, ſed ad orandum. Ipſum nãque in reuerentia habuerunt ſinguli, & uniuerſi, qa ſicut dicit Hieronymus de uiris illuſtribus; Tantæ reuerẽtię, & ſanctitatis in populo extitit; ut fimbriã ueſtimenti eius certatim tangere cuperent. Rogabant eũ, vt fimbriam ueſtimẽti eius tangerent. Et iõ apoſtoli, & oẽs alij eum in tanta reuerentia habuerunt, ꝙ frater domini dicebatur: Et hoc triplici de cã. ſ. propter ſimilitudinem, quia facie ſimillimus fuit, & propter cognationẽ, qa & mater ſua fuit ſoror matris Chriſti, & pater matris. ſ. Cleophas fuit frater Ioſeph, qui fuit pater Chriſti putatiuus. Et propter ſanctificationẽ quam habuit utero, & ſanctitatem, quam habuit in mundo.

Mar. 6.

Quare dr̃ frater dñi.

Tertiò commendabilis eſt quantũ ad paſsionẽ in tormẽto, cũ dr̃: Noli temere ſerue meus Iacob. Minus dicit, & plus ſignificat, qa non tm̃ non timuit, ſed in ſua paſsione conſtans fuit. Ipſa autem eius paſsio cõmendabilis fuit quantum ad quatuor. Primo quidẽ habuit acerbitatem in pœna, quia fuit de pinna templi præcipitatus, deinde lapidatus, deinde excerebratus. Et ſicut dicit Hierony. vnus ex iudæis cũ pertica fullonis cerebrum eius excuſsit. Secundo habuit ſinceritatẽ in cã, quia propter iuſtitiã fidei defendendam paſſus eſt. Nam cum Iudæi eum rogarent, ut a fide Ieſu populũ reuocaret, Ipſe in altum aſcendens, Dei filiũ eſt cõfeſſus. Et iõ Iudæi ĩdignati ipſum, ut dictũ eſt ꝓcipitauerunt, & lapidauerunt dicẽtes; Lapidemus Iacobũ iuſtum. Tertio habuit ſeueritatem in uindicta. Quia ſicut dicit Ioſephus, propter iniuſtã mortem Iacobi, factum eſt excidium in Hieruſalẽ, & diſperſio iudæorũ.

Eius paſſio quo ad 4. cõmendatur.

Non tantum autem propter hoc, sed maximè pp mortem Christi. Non relinquent in te lapidem super lapidem, qui non destruatur. Quarto habet pietatem in venia impetrāda. Nā sicut dicit Hiero. Cū fuisset præcipitatus super genua procumbēs, eleuatis manibus dixit, Rogo domine dimitte eis, quia nesciunt quid faciunt. In hoc enim imitatus est magistrum, qui ait, Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. — Luc. 19. — Ibid. 33

Sermo cxxxix. De S Philippo apost. Serm. j. Pia petitio, eiusque benigna meditatio, ac cœlestis patris plena perfectio insinuatur.

DOmine ostende nobis patrē, & sufficit nobis. Magnæ familiaritatis Philippus cū Christo fuisse vr, qui visionē patris petit, quod quidē nullus apostolus vnq̃ petere ausus fuit. Circa hoc aūt tria ponunt. Primò nāq; ponit eius pia petitio in hoc ꝙ patrem ostēdi petijt. Petierāt. n. aliq de apostolis sæcularē potētiā, Da nobis ut unus ad dexterā tuā, & alius ad sinistrā sedeamus in gloria tua. Quidā futurorū scientiā. Dic nobis qñ hæc erunt &c. Quidā inimicorū uindictā, Domine uis, dicamus ut ignis descendat de cęlo, & consummat illos: Philippus aūt nō petijt sęcularē potētiā, q̄ breuis est, Oīs potentatus breuis uita. Nec futurorum scientiā, quia curiosa est, Non plus sapere quā oportet sapere &c. Nec inimicorum uindictā, q̄a prohibita est. Diligite inimicos uestros &c. Sed petijt paternā visionē, quia æterna beatitudo est. Sciebat. n. quod in paterna uisione est summa iocunditas. Adimplebis me lętitia cum uultu tuo. Est plena satietas Satiabor cum apparuerit gloria tua. Est ęterna fęlicitas, Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deū, &c. Secundo ponit in Philippo benigna meditatio. Ostēdit nāq; Philippus Christum inter nos, & patrē esse mediatorē, à quo sibi ostēdi petijt patris visionem. Olim quidem de patre tria erāt abscondita, & ignota, scilicet eius sapiētia. Sapiētia vbi inuenitur, & — Io. 14. — Mar. 10 — Nat. 24. — Luc. 9. — Eccl. 10 — Ro. 12. — Mat. 5. — Psal. 15. — Psal. 16. — Nota. — Iob. 28.

Ibid.30 quis est locus intelligentiæ? Misericordia eius: Sto,
& non respicis me, mutatus es mihi in crudelem. Fa-
Deu.22. cies eius: Abscondam faciem meam &c. Christus aũt
mediatorẽ se fecit, vt paternam sapiam nobis reuela-
Mat.10. ret. Nemo nouit filiũ nisi pr̃, nemo pr̃em nouit nisi fi-
lius, & cui uoluerit fili⁹ reuelare. Vt paternæ miæ nos
reconciliaret. Cum.n inimici essemus Deo, recõcilia
Rom.6. ti sumus ei per mortẽ filij eius. Vt paternam visionẽ
nobis oñderet. Iõ dixit Philippus: Dñe oñde nobis
pr̃em, & sufficit nobis. Nõ aũt illam uisionẽ petebat,
quę est p creaturarũ speculationẽ, q̃a obscura est, Inui
Rom.1. sibilia .n. ipsius a creatura mundi &c. Nec illam quæ
per fidem vr̃, q̃a imperfecta est; Ex parte.n. cognosci-
1. Cori. mus; & ex parte prophetamus. Nec illã quæ vr̃ per cõ
13. templationem, q̃a permixta est: Contemplatio.n. nr̃a
non hẽt plenã delectationem pp corporis corruptio
Sap.9. nem. Corpus, qđ corrumpitur aggrauat aĩam. Sed pe-
tit paternam uisionem, quæ erit in patria, quæ nihil
habebit obscuritatis, q̃a clarissima est. Videmus nunc
per speculum in ænigmate, tunc aũt facie ad faciem.
1. Cori. Nihil imperfectionis, quia sufficientissima est: Cum
13. venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex par
Ibid. te est. Nihil admixtionis, quia tota suauissima est: Gau
Esa.51. diũ, & lætitiã obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.
Tertio in patre notatur oĩum bonorum sufficiens, &
plena perfectio, cum dr̃: Et sufficit nobis. Verè suffi-
cit, quia in paterna uisione omnia bona habentur. Vn
de cum Moyses faciem Dei sibi peteret ostendi, dñs
Exo.33. ei rñdit, Ego ostendam tibi omne bonum. Ex quo
Bonum colligitur, quod ex paterna visione omne bonum ha-
oẽ 3. im beatur. Omne autem bonum tria importat, s. omnium
portat. bonorum congregationem, & possessionem. Vene-
Sap.7. runt mihi omnia bona pariter cum illa. Omnium cõ-
gregatorum fruitionem: Reuertetur Iacob, & quie-
Hie.30. scet; & cunctis affluet bonis. Fruitorum continua-
Psa.127 tionem: Videas bona Hierusalem omnibus diebus
Eccle 2. vitæ tuæ. Stabilita sunt bona illius in domino. &c.

Sermo

Sermo cxxxx. De eodem Sermo secundus. De triplici eius praeconio.

PHilippe q uidet me, uidet & patrem meū. Cæteris apostolis tacentibus, & patrē sibi ostēdi petere nō audentibus, Philippus sumpta fiducia petijt dicēs: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Christus aūt ad uerbum ꝓpositum sibi rñdit: De isto autem Philippo tria ꝑconia reperiūtur, q̄ sunt maxima. Primum est, qa fuit multæ sanctitatis. Sunt.n. tria signa ꝑfectæ sanctitatis. s. diuinæ inspirationi ꝑfecte obedire, velociter, & tēpestiue pęnitētiam inchoare, & dona recepta alijs communicare. Sic & ipse Philippus diuinæ inspirationi, & uocationi uelociter obediuit. Nā qñ Christus dixit ei, sequere me, protinus est secutus. Et istud non processit ex leuitate. s. cordis, sed ex beneficio gratiæ superioris. Spiritus ubi uult spirat. Et virtute doctrinæ exterioris. Sermo eius ꝑtāte plenus. Et ex bona dispositione hoīs interioris: Dñs aperuit mihi aures, ego aūt nō cōtradico &c. Secundo tempestiuè pœnitentiā inchoauit, fuit.n. unus de primis Apostolis, q ad Christum sunt cōuersi. Primo namq; uocatus est Andreas, secundo Petrus, tertio Philippus. De isto triplici funiculo dr̄: Erat autē Philippus a Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri, Bethsaida interpretat᷑ domus venatorum. De ista enim domo processerunt isti tres animarum venatores. Petrus autem interpretatur agnoscens, Andreas ipse uirilis interpretatur, Philippus uero os lampadis, qa uenator Dei debet habere diuinam scientiam & magnanimam uitam & lucidam doctrinam. Tertio dona recepta Nathanaeli cōmunicauit. Qui audit dicat veni &c. Sapiētia abscondita, & thesaurus inclusus, q̄ utilitas in utrisq;? Qui abscondit frumentum maledicet᷑ in populis. Ex quib. uerbis habetur, quod pręlatus debet communicare subditis & sapientiam per eruditionem; & thesaurum

Sāctitatis pfectæ. 3. signa,
Io. 1.
Ibid. 3.
Eccl. 8.
Esa. 50.
Philippi noīa
Ioan.
Ioan. 1.
Apo. 20
Prou. 11

quadruplex ei⁹ officiũ. bonorum operum p exempli exhibitionẽ,& frumentum rerum temporalium p subministrationem. Secundo fuit multæ reuerentiæ,& dignitatis, ꝙ in quatuor apparet Ipse.n.primo fuit ostiarius Christi. Nam Gen

Ioã. 12. tiles quidam uenerunt ad eum dicentes: Domine uolumus Iesum uidere. Ex quo bene patet, quòd in curia Christi erat portarius constitutus. Filios, iditum, qui

2.Pa.15 interpretatur transiliens, fecit esse portarios: Et significat Beatum Petrum, & Beatũ Philippum. Ille enim omnem intellectum angelicũ,& humanum transilijt, qñ dixit, tu es Christus filius Dei uiui. Iste autem petijt; scilicet, quod omnem intellectum transcendit, cũ dixit; Domine ostende nobis patrem &c. Vnum ergo scilicet Philippum fecit portarium in sua curia terrestri. Alium scilicet Petrum fecit portarium in sua curia cœlesti. Secundo fuit mediator Dei,& populi. Ipse enim, & Andreas fuerunt mediatores inter Christum,& gentiles, ut eũ uiderent,& agnoscerent. Ierũt portarij scilicet Philippus, & Andreas,& annunciauerunt in palatio regis intrinsecus. Tertio fuit aduocatus cętus apostolici. Audierunt enim apostoli a Christo, qñ ascensurus erat in cœlum, quod missurus erat eis spiritum Sanctum,& de his nihil dicebant. Audierunt quoque quod patrem uiderent, & de hoc plurimum mirabantur, nullus tamen interrogare ausus est. Philippus autem tanquam omnium aduocatus petijt, dicens: Domine osten de nobis patrem &c. Si ergo ipse fuit aduocatus iudicibus sæculi,& principibus cęli, credendum est, quod modo sit aduocatus ꝓ peccatoribus mũdi. Quarto fuit procurator totius collegij. De turba enim pascenda Christus cũ nullo contulit, nisi cum Philippo dicens, Vñ ememus panes, ut mãducẽt hi? Ex quo uidetur, quod collegio Christo dispẽsator

4. Re.7. (printed beside "runt in palatio regis intrinsecus")

Joan. 6. erat. Quis putas est fidelis dispensator & prudẽs. Ipse

Luc.12. enim fuit fidelis, quia bona domini sua fideliter custodiuit. Fuit dispensator, quia ea sibi non retinuit, sed populo distribuit. Fuit prudens, quia bona domini sui augere

augere sciuit. Tertio fuit cum Christo magnæ fami- Eius fa-
liaritatis, cuius triplex est signum. Primum quia fidu- miliari
cialiter grandia postulauit. Signum magnæ familiari tatis si-
tatis fuit, qñ Ioannes à Christo petit sibi reuelari pro gna. 3.
ditorem suum; signum maioris familitatis fuit, quan-
do. S. Petrus, Iacobus, & Ioannes petierunt à Christo Mat. 24
sibi reuelari aduentũ suũ, dic nobis qñ hęc erunt &c.
Signum aũt maximę familiaritatis fuit, qñ Philippus
à Christo petijt sibi reuelari patrem suum. Secundum
signum est, qñ Christus sibi secreta reuelauit dicens:
Philippe, qui videt me, uidet & patrem. In se perma-
nens omnia innouat, & p nationes. In animas sanctas
se transfert amicos Dei & prophetas constituit. In a- Sap. 7.
nimam sanctam Philippi se trastulit, quando sibi gra
tiam infudit. Amicum eum constituit, s. quando ei se-
creta sua reuelauit. Ac prophetam constituit, quando
filiabus suis spiritum prophetiæ dedit. Tertium si-
gnum est, quia in eadem cathedra, idest in Cruce cũ
sedere fecit. Homo quem honorare cupit Rex debet
imponi super equum, qui de sella regis est. Cęteri apo Hest. 6.
stoli sederunt in equo Christi, qui per passionem triũ
phauerunt. Illi autem sederunt in equo Christi, & in
eadem sella Christi, qui crucifixi fuere, sicut Philip-
pus, qui secundum Isido. fuit Crucifixus, Dauid se- 2. Reg.
dens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. 24.
Tres namque sedentes in cathedra Crucis fuerunt Pe
trus, Andreas, & Philippus. Sed Christus sapientissi-
mus fuit, quia per Crucem diabolum superauit.

Sermo cxli. De inuentione sanctæ Crucis sermo primus. Quomodo fuit per multa signa ostensa Crux, & de eius uirtuosa operatione.

Exo. 5.

OStendit lignũ, quod cum misisset in aquas, in dul
cedinẽ uersę sunt. Cũ populus Israel præ nimia
amaritudine aquam hr̃e non posset, dñs Moysi lignũ
oñdit, ꝙ aquas amaras dulcorauit. Isido. Ergo lignu
sigñat Crucem, q̃ Deus S. Helenæ ostendit, ꝙ lignũ

aquas tribulationum in Constantino dulcorauit. Primo ergo ponitur Crucis miraculosa ostensio, cũ dicitur; ostendit ei lignum. Secundo ponitur ostensæ Crucis virtuosa operatio, cũ dr: ꝙ cũ misisset in aquas &c.

Crux p multa signa fuit ostensa.

Fuit autem ostensa per multa signa. Quorum quędam fuerunt ante inuentionem ; quædam in inuentione : quædam uero post ipsam inuentionem. Ante inuẽtionem tria signa fuerunt; vnum, qa Angelus in cœlo ipsam ostendit Constantino. Aliud, quia mirabilis claritas ipsam circunfulsit: tertiũ, quia literis victoriæ inscripta fuit, s. in hoc signo vinces. Ex his signatur triplex virtus Crucis. Prima est, quia Angelos reparauit: quod significatur per hoc, quod Angelus in cœlo eã, tam reuerenter ostendit. Pacificans p sanguinem Crucis eius siue quæ in terris sunt, i. homines, siue quæ in cęlis sunt, i. Angelos. Et in hoc fallit regula illa, q̃ dicit, quod positis duobus extremis, ponitur & medium. Ecce. n. Christus pacificauit cęlũ angelorum cũ terra hoĩum, & tamen non pacificauit aerem dæmonum. Secunda virtus est, quod mundum tenebrosũ illuminauit. Quod significatur per hoc, ꝙ cũ splẽdore apparuit; Vidi alterum Angelum amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat, sicut sol. Iste Angelus fuit Christus, q est amictus nube, i. humana carne; qui fuit insignitus iride, i. Cruce; quæ est signum reconciliationis: Ponã arcum meũ in nubibus &c Qui tanq̃ iris habuit colorẽ rubeum per sanguinis effusionem; aqueum per aquę lateris emanationem; uiridem ex liuorum impressione. Fuit etiam instar solis lucidus, quia per Crucem tenebras expulit, & mũdum illuminauit. Tertia virtus est, quia diabolũ uicit, & infernũ expoliauit; qđ significať p litteras victoriæ. Infernus subtus conturbatus est in occursum aduẽtus tui. Infernus subtus, est locus dãnatorum; & iste fuit conturbatus. Infernus uero superior, est limbus patrũ, iste fuit lætificatus. Infernus quasi medius, est purgatoriũ; & iste infernus fuit confortatus. Secundo fuerunt quædam

Col. 1. Apo. 5. Gen. 9. Esa. 14.

dam

dam signa in inuentione, p quæ ipsa crux fuit inuēta; s. deuota oratio, terræ motio, & odoris emanatio. Per quę significatur, quòd virtus Crucis per tria obtinetur. Primo per instantiam orationum. Vnde dicitur: Quod cū Moyses ad Deū clamasset, & orasset; Deus sibi lignum ostendit. Qui mane vigilauerit ad me inueniet me. Secundo per contemptum terrenorum; vt scilicet aspectus terrenorū, q erat sursum in rōne moueatur, & descendat in sensualitatem; & sic fiat quidam terremotus spiritualis: postea fiet tranquillitas mentis, quando cœlum, idest cœlestia erunt sursū in ratiocinatione, & terra, idest terrena erunt deorsum in sensualitate. Cœlum sursum, & terra deorsum. Tertio per fragrantiā virtutum, & desideriorum. Spōsus enim trahitur ab odore puritatis. Lectulus noster floridus. Humilitatis; Cū esset rex in accubitu suo &c. Et sanctę operationis. Vineæ florentes dederunt odorem suum. Tertio fuerunt quędam signa post inuentionem. Manifestū enim est ipsam veram esse Crucē per tria signa, ut pote per infirmi sanationem, p mortui resuscitationē, & p tituli inscriptionē. Per quæ significat, ꝙ homo per Crucem est à morte peccati resuscitatus. Et uos cū mortui essetis in delictis, &c. Ab infirmitate, qua scilicet debilis erat ad bonū, est sanatus & fortificatus. Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et quod in Dei militem est ascriptus Scribam super illum nomen Dei mei, &c. In horū significationē, in passione Chri fuerunt quidam resuscitati, quia multa corpora sanctorum, q̄ dormierant surrexerunt. Et quidam ab infirmitate sanati sūt, sicut Lunginus, quidā cœlesti militiæ ascripti, sicut latro à dextris positus. Scdo notat Crucis uirtuosa operatio, cum dr, cū misisset in aquas in dulcedinem uersę sūt. Aquę amarę significant amaritudinem tribulationū, Saluum me fac Deus, qm̄ intrauerunt, &c. Multitudinem populorū. Aquæ quas uidisti, populi sūt & gētes. Aestus fortium desideriorum. Aqua frigida animę sitienti

Crucis uirtus per tria obtinet

Exo. 15.

Prou. 8.

Pro. 15.

Can. 1.

Ibid. 2.

Col. 2.

Psal. 22.

Apoc. 3.

Psal. 68.

Apo. 17.

Pro. 25.

tienti. Aquæ tribulationum erant ex parte Constantini. Aquæ populorũ ex parte Maxentij. Aquæ desideriorũ ex parte Helenæ Imperatricis. sed p lignũ Crucis in constantino dulcoratæ sunt aquę tribulationũ

Psal. 85. per hostis superationẽ. Fac mecũ signũ in bonũ, &c.

Nu. 20. Aquę populorũ dulcoratæ sunt per pacificationẽ, & cõuersionẽ: hoc significatũ est in virga quæ de petra aquã ꝑduxit; q̃a Christus virtute crucis, de duritia aquã protulit gratiarum. Aquæ desideriorũ dulcoratę

Pro. 13. sũt ĩ Helena p ligni crucis inuẽtionẽ. Lignũ vitæ desideriũ veniens. Desideriũ si cõpleat, delectat aĩa &c.

Sermo cxlij. De eodem sermo ij.

Psal. 1. ERit tanquam lignum, quod plantatũ est secus decursus aquarũ &c. Istud est lignũ sanctæ Crucis, de quo tria dicuntur, scilicet quod sit plantatum; ꝙ sit iuxta aquas complantatum; & quòd sit fructiferum. Fuit aûtem plantatum in triplici loco.

Primo in terrestri Paradiso secundum aliquarũ historiarum narrationem, quod satis cõueniens fuit. Primum enim lignum fuit homini causa mortis; diuinę

Apo. 2. offensionis: & suæ eiectionis. Cõueniens ergo fuit, vt per lignum Crucis transiret de morte ad vitã. Vincẽti dabo edere de ligno vitæ, &c. De offensa reciperet in gratiã. Hæc. n. est illa virga q̃ Hester inuenire fecit

Hest. 4. gratiã Assueri. De exilio tanquam per nauem reuoca-

Sap. 14. retur ad patriam. Transeuntes mare per ratẽ liberati sunt. Secundo fuit plantatũ in libano. Libanus namq; mons est altus, & interpretatur candidus, & ibi nascit̃ odoriferum thus: p q̃ significatur, ꝙ lignum Crucis

Pro. 4. hominem humiliatum exaltauit. Accipe illã & exal-

Io. 10. tabit te. Si exaltatus fuero a terra omnia trahã ad meipsum. Et hominem denigratũ dealbauit. Lauerũt sto

Ap. 7. las suas & dealbauerũt eas in sanguine agni. Hominẽ

Genę. 8. ex peccato fœtido Deo recõciliauit. Odoratus est dominus odorem suauitatis &c. Tertio fuit positũ pro-

ponte

ponte in fluuio. In mari.n huius mundi, Deus homini tria adiutoria præparauit, ſ. nauem baptiſmalis innocentiæ. In diebus Noe cum fabricaretur archa &c. Et infra, qđ & uos nunc ſimilis formæ ſaluos facit baptiſma. Secundo ꝑparauit tabulam pn̄iæ. Dicit.n. Hieronymus, ꝙ pn̄ia eſt ſecunda tabula poſt naufragiū. Nihil erat aliud in archa ſ. Eccleſiæ, niſi duæ tabulæ, i. pœnitentia, quæ debet agi de commiſſis, & de omiſſis: ſed, quia ſępe agitur male, & frangitur nauis baptiſmalis innocentiæ, & multi etiam perdunt tabulā pœnitentiæ, ideo præparauit pontem Crucis ſuæ. In quo ponte, ſeu in qua Cruce, extendit corpus pro tabula, quod quidem corpus figi uoluit firmitate clauorum, & pilam congeri ei lapidum, ideſt diuerſorum ſuppliciorum.

Adiutoria hominis tria.
1.Pet.1.
2.Par.2.

Secundo dr̄ de iſto ligno, ꝙ ſecus aquas fuit plantatum. Et hoc vel ſecus aquas ſacr̄ales, quia fuit aquis ſaluatoris irrigatū, hauriētis aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris; vel ſecus aquas ſpirituales, quia lacrymis compasſionis ſæpius eſt irrigandum, & debet irrigari, ſuper mortuum, ſ. Chriſtum plora, deficit.n. lux eius; vel ſecus aquas materiales, quia in probatica piſcina fuit inuenta. Dicitur autem probatica à probatum, quod eſt ouis, quia ibi hoſtiæ lauabantur, piſcina autem dicebatur a piſce. Conuenienter igitur lignum Crucis ibi fuit inuentum, ad ſignificandum, ꝙ immolanda erat uera ouis in ſacrificium. Sicut ouis ad occiſionem ducetur. Ibi etiam erant lauandæ animæ noſtræ à ſordibus, ſ. vitiorum. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ibi aſſandus erat Chriſtus verus piſcis ignibus pasſionum, igne me examinaſti, &c. Tertiò iſtud lignum fuit fructiferum, nam in monte Caluario plantatum, & fixum fuit, & ibi multiplicem fructum fecit, de quo dicitur. Figam illum paxillum in loco fideli; & ſuſpendam ſuper omnem gloriam domus patris eius vaſorum diuerſa genera. Omne vas paruulum a vaſis craterarum vſ-

Eſa. 12.
Eccl.23
Eſa. 53.
Apoc. 1.
Pſal. 16.
Eſa. 22.
Crucis fructus.

que

que ad omne vas musicorum. Fructus aūt istius ligni sic plantati, & sic fixi sunt isti, quia per ipsum lignum sunt Angeli reparati, & ideo dr̄ suspendam super omnem gloriam domus patris eius, & per ipsum homines sunt saluati. Sed hominum saluandorum, quidam sunt prælati, vino doctrinæ alios inebriātes, isti sunt vasa craterarum. Alij sunt subditi actiui humilitatem sectantes, isti sunt uasa paruula. Alij sunt contemplatiui dulcem sonum Deo reddentes, isti sunt uasa musicorum. Et, quia crux assimilatur cedro, & oliuæ, Quasi cedrus exaltata sum in libano, & quasi oliua speciosa in campis, ideo fructus eius fuit instar cedri, & oli

Eccl. 24 uæ. Nam poma cedri in aliqua sui parte sunt dulcia, & in aliqua parte sunt acetosa, & in aliqua parte inter dulce & acetosum media, quia in Christo tres fuerunt substantiæ, s. diuinitas dulcissima, caro in passione amaritudine plena, & anima plena dolore, inquātum natura sua à diuina relinquebatur, & plena dulcedine inquantum fruebatur. Fuit etiam iste fructus instar oliuę, qui primo est uiridis, deinde subrubeus, vltimo niger. Sic Christus primò fuit uiridis per uirtu-

Luc. 24. tum fulgorem. Si in viridi ligno hoc faciunt &c. Po-

Luc. 13. stea fuit rubeus per sanguinis effusionem. Dilectus

Can. 5. meus candidus & rubicundus; vltimo fuit niger morte, in taphnis nigrescet dies. Taphnis interpretatur consummatio. Christus igitur quando dixit, consumatum est, totus est niger effectus.

Sermo cxliij. Eodem die sermo iij. De Crucis commendatione, atque reuelatione.

Eze. 30. PRoduxit dn̄s Deus de humo oē lignum pulchrū visu &c. Deus lignum S. Crucis de humo produxit, q̄n ipsum de profundis visceribus terræ reuelauit. In verbis præmissis, Primo ponitur ligni Crucis commendatio, cum dicitur: Omne lignum pulchrum uisu &c. Secundo ipsius ligni Crucis commé-

datæ reuelatio, cum dicitur, produxit de humo. Circa primum notandum, quod in Paradiso terrestri erat triplex differentia Ligni. Lignum commune, vitæ, & scientiæ. De primo autem ligno tria dicuntur, s. quòd erat diuersum, erat pulchrum visu, & quòd erat ad vescendum suaue. Erat quidem diuersum, vt tolleretur fastidium; pulchrum vt alliceret visum; & suaue, ut attraheret gustum. Per istud ergo lignum commune, lignum sanctæ Crucis significatur. Gen. 2. Crux p triplex lignũ signata.

Primò, quia fuit diuersum, idest ex diuersis lignis factum. Ibi enim fuit cedrus, cypressus, palma, & oliua; per quæ significatur quadruplex efficacia Sanctæ Crucis.

Prima est; quia malas cogitationes fugat, quod significat in cedro quæ fugat serpentes. Crucis efficacia quadruplex

Secunda est, quia constantiam prestat, ꝙ significatur in cypresso, q̃ nullius vẽti impulsu comã amittit.

Tertia est, quia de hoste triumphat; quod significatur in palma.

Quarta est, quia amaritudinem penitentię dulcorat; quod significatur in oliua. In his enim quatuor casibus signo Crucis nos munire consueuimus.

Vnde cum aliqua mala cogitatio se ingerit, nos munire debemus signo Crucis; uel cum aliquod periculum subito insurgit; uel cum aliquod phantasma se obijcit; uel cum aliquis dolor nos arripit.

Secundo istud lignũ Crucis est pulchrum uisu; fuit enim ipsa Crux pulchra in passione; quia Christi sanguine rubricata. Pulchra in mundo, quia ab Imperatoribus honorata Augu. Crux à supplicijs latronum, trãsit ad frontes Imperatorum. E pulchra in cœlo, quia literis aureis insignita, sicut Constantino ostensa fuit & pulchra erit in iudicio, quia secundum Chryso. super solis radios illustrata. Tertio illud lignũ erat ad vescendum suaue. Delectat enim memoriam ad recordationem: Memor fui Dei & delectatus sum. Rõnem ad considerationem: Respice in faciem Christi tui. Ps. 76.

Vo-

Volũtatem ad delectationem, fructus eius dulcis gut
Cant.2. turi. Secundò significatur per lignum uitæ. Erat enim quadruplex mors, scilicet naturæ, culpę, gehennæ, & gratiæ. Crux igitur dicitur lignum uitæ, quia destru-
1.Cor.9. xit mortem naturæ per resurrectionem. Per hominẽ mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Mor-
Col.2. tem culpæ per peccati deletionem, & uos cum mortui essetis in delictis &c. Mortem gehennæ per infer
Ose.13. ni spoliationem, Ero mors tua ò mors &c. Fecit au-
Col. 2. tem mortem gratię per iustificationem; si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc tanquam uiuentes mundo decernitis?

Tertiò significatur per lignum scientię boni, & mali. Crux enim fuit scientia boni, & mali, Christo, & homini. Christo, quia sibi expertus est malum pœnalis angustiæ, & bonum gloriosæ victoriæ. Secundo, quia per crucem didicit, quid sit inter bonum, quod nobis contulit, & malum quod à nobis abstulit. Fuit etiam homini scientia boni, & mali. Primo, quia per crucem homo didicit, quid sit bonum doni, & malum delicti, sicut Apostolus Roma.5. Secundo, quia per crucem cognouit, quid sit inter bonum, quod deseruit, & malum quod incurrit. Secundo ponitur ipsius crucis de terra manifestatio cum dicitur: Produxit de humo. Ipsa nãque crux non erat in humo abscondenda, sed effodiẽda, & manifestanda. Primo, quia in ipsa fuit pecunia nostræ redemptionis, portauit enim sacculum ista pecunia plenum. Sacculum pecuniæ secum tulit.

Prou.7. Secundo ipsa fuit thesaurus nostrę ditationis, Non
1.Pet.2. corruptibilibus auro, uel argento redempti estis.

Tertiò, quia in ipsa emanauit fons nostræ regenerationis, haurietis aquas in gaudio de fontibus salua
Esa.12. toris. Debuit igitur ipsa sancta crux effodi, & manifestari, quia in ipsa fuit pecunia, qua sumus redempti, & thesaurus, quo sumus ditati. De his enim duobus di
Prou.2. citur, si quæsieris eam, quasi pecuniam, & sicut thesaurum effoderis illam &c.

Tertiò

Tertiò, qa de ea processit aqua regenerationis, qua sumus abluti, Facite alueum torrentis huius fossas, & fossas idest uulnera, & uulnera, & alueus iste replebitur aquis. 4.Reg.3

Sermo cxliiij. De eodem die sermo quartus. preciosa, gaudiosa, & fructuosa existit.

EFfodiētes thesaurum gaudēt uehementer, cū inuenerint sepulchrum. Sācta Helena & cæteri Christiani, qui cum ipsa erāt, fecerunt fodi crucē sup omnem thesaurum preciosiorem, & uehementer sunt gauisi, qn̄ ipsam inuenire potuerunt. In uerbis igitur p̄missis tria de sancta cruce ostenduntur. Primo quam preciosa sit, cum dicitur, Effodientes thesaurum. Secūdo quàm gaudiosa sit, ibi cum dicitur, Gaudent uehementer. Tertio quantum sit gloriosa, cum dr̄: Cum inuenerunt sepulchrum. Crux Christi dr̄ sepulchrum qa in ea mortuus requieuit, Et sic sepulchrum eius fuit gloriosum, Erit sepulchrū eius gloriosum. Est igitur crux preciosa, quia thesaurus Dei, est gaudiosa, qa est redēptio generis: Est gloriosa, quia sepulchrum Christi; Et ideo nō debuit occultari. Primo, quia est preciosa rōne sui, cuius preciositas ex tribus apparet. Est.n. tincta sanguine Dei, est Margarita Dei, est thesaurus Dei. Ista autem tria non sunt occultanda, Nec sanguis Dei, Terra ne operias sanguinem meum &c. Nec Margarita Dei, quæ fuit diligenter inquirenda, Simile est regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas Margaritas, Nec thesaurus Dei; Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus q̄ utilitas in vtrisq; ? qa igitur sancta crux fuit tincta sanguine Dei, & Margarita Dei, & thesaurus Dei non debuit occultari. De duob. primis dr̄: Nolite sanctum idest crucis lignum, sanguine tinctum, dare canibus idest Iudæis persequentibus, nec mittatis Margaritas ante porcos, idest ante ipsos Iudæos, sed ante Christianos. De tertio dicitur:

Iob.3. | Esa. 11. | Eius p̄ciositas apparet | Exo,3. | Iob. 16. | Mat.13. | Eccl. 5. | Mat.7. | Matt. 7.

Qui

Eccle.6. Qui inuenerit illam, inuenerit thesaurũ. Quia igitur sancta crux fuit tincta sanguine Dei, dimissa est nobis in monumentũ. Erit tibi quasi signũ in manu tua, qua-
Exo.14 si monumentum ante oculos tuos. Et, qa est Margarita Dei, dimissa est nobis ĩ ornamẽtũ. In die illa erit dñs
Esa. 28. corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui. Quia.n.est thesaurus Dei, est nobis dimissa in sustẽtamentũ. Thesaurus desiderabilis, & oleũ in habita
Prou. 3. culo iusti. Crux.n.q̃ fuit habitaculum, & mansio, iusti, i. Christi, est thesaurus nostræ sustẽtationis, & est oleũ diuinę miserationis. Secundo non debet occultari, qa est gaudiosa respectu nostri. Sic gaudebat apostolus, q
Gla. 6. dicebat. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Xp̃i, ĩ quo est salus, uita, & resurrectio &c.
Gaudiosa est 3. de causis Est aũt crux Christi nobis gaudiosa triplici rõne: & tribus de causis non debuit ẽt abscondi, sed reuelari. Primo qa est candelabrum nostræ illuminationis. Cãdelabrum enim crucis est lignũ, & lucerna, in candelabro lucens, est Christus in cruce pendens. Sicut autẽ
Mat.5. lucerna non debet abscondi, nec candelabrum. Neq; accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum &c. Sic nec crux Christi debuit abscondi, sed in loco honorabili collocari. Secundo qa
Esa. 13. est vexillum nostrę triumphalis debellationis. Vexillum.n.non est abscondendũ, sed cõtra hostes eleuandum. Super montem caliginosum i. Diabolum leuate signũ. Tela aũt istius uexilli i. crucis, fuit caro Christi, quia fuit picta rubeo colore sanguinis, & colore nigro liuoris, & colore albo aquæ de latere emanantis. Tertio, quia fuit scala nostræ ascensionis. Scala autem, nõ est abscondenda, sed erigenda. Ista est nanq; scala,
Gen. 18. de qua dr̃: Vidit Iacob scalam stantem super terram,
Gloriosa est triplici de causa. & cacumen eius tangens cœlum &c. Tertio non erat occultãda, quia est gloriosa respectu Christi. Fuit aũt gloriosa triplici de causa, propter quas non debuit occultari. Fuit enim virtus Christi, sapientia Christi, & cathedra Christi. Ista.n.tria non sunt occultanda.

De

De primo dicitur: Virtutes eius annũcietis &c. De secundo. Sapientia abscondita &c. De tertio. Vidi dñm sedentẽ super solium excelsum, & eleuatũ &c. Quia igitur est uirtus Christi, dimissa est nobis in fulcimẽ tum, ꝑ quod Diabolum expellimus, & nos ab ipso defendimus. Nã qñq; ipsum expellimus, & non ab ipso defendimus, qñq; ipsum expellimus ꝑ nomẽ crucis. Chrys. Dęmones sanctum nomen crucis audientes in fugam resiliunt. Aliqñ per signũ crucis. Augu. Signũ crucis a nobis expellit exterminatorem, si cor nostrũ recipiet ipsum saluatorẽ. Aliqñ per fidẽ crucis. Aug. Hostẽ uisibilẽ uincis feriendo, & hostẽ inuisibilem uincis credẽdo. Quia est sapientia Chri, dimissa est nobis in sacrm. Loquimur Dei sapiẽtiam in ministerio abscõditã. Prædicamus Chrm crucifixũ, Iudęis q dẽ scãdalũ, gẽtibus ãt stultitiã &c. Quia est cathedra Chri, dimissa est nobis ĩ documẽtũ. Aug. Crux q̃ fuit lignũ Xpi moriẽtis, & cathedra fuit magistri docentis. Docuit aũt nos de ipsa cathedra tres lectiones. Prima est, ut sequamur Chrm. Siquis vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucẽ suã, & sequať me. Scda lectio est, ut innocẽter trãseamus istũ mundum. In baculo meo transiui Iordanem istum &c. Tertia lectio est, ut iuxta ipsius crucis deuotionem speremus præmium, hoc significatum est ubi dr, ꝙ datus est angelo calamus similis uirgæ ad metiendum templum, & altare. Per templum .n. significantur corpora sanctorum, & per altare animæ ipsorum, quæ uirgæ calamo mensurantur, quia secundum deuotionem crucis mensurantur præmia æternæ retributionis.

[Margin notes: 1. Pet. / Eccl. 10 / Esa. 16. / 1. Cor. 2 / Lectiones 3. docuit nos in cruce. / Mat. 16 / Gen. 32 / Apo. 11]

Sermo cxlv. De S Ioanne ante portam latinam sermo j.

Quomodo triplex perpessus est martyrium, & propter unumquodque, quæ fuerit priuilegia adeptus.

PArasti in cõspectu meo mẽsam aduersus eos, q tribulãt me. Impinguasti in oleo caput meũ, & calix meus inebriãs, quã præclarus est. Quãuis Sanctus Ioannes [Psal. 22]

Ioannes euangelista vitā nō finierit per martyriū ferri, habet tñ tria alia martyria, quæ notantur in uerbis pręmissis. Primum est, quia fuit exilio relegatus, qđ notatur cū dicitur: Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulāt me. In hac die.n.fuit quadrupliciter tribulatus. Fuit.n.grauiter flagellatus. Fuit ex derisione tōsoratus, Fuit in feruēti olei dolio missus, Et fuit exilio relegatus. Contra ista quatuor incommoda Christus mensam sibi pparauit, in qua sibi quatuor fercula delitiosa parauit. qa igitur erat grauiter flagellatus Christus sibi parauit oīum pœnarum euacuationem.

Apo. 7. Absterget Deus oēm lachrimā ab oculis sanctorū &c. Quia ex derisione tonsoratus, parauit sibi coronæ cęlestis decorationē.

Ibid. 2. Esto fidelis vsq; ad mortē, & dabo tibi coronā vitę Quia fuit in oleo feruēti assat⁹,

Ibidem parauit sibi in fluuio paradisi refrigerationē. Agnus q̄ in medio throni est reget illos, deducet eos ad vitæ fontes aquarū. Quia fuit exilio relegatus, parauit sibi cęlestis ciuitatis ppetuā habitationē, De qua ipse di-

Apo. 21 cit: Et ego Ioānes uidi ciuitatē sc̄tām Hierusalem descendentē de cęlo &c. Scđm martyriū, quia fuit in feruētis olei dolio missus, qđ notatur cum dr̄: Impinguasti in oleo caput meum. Et dicit impinguasti, quia potius exiuit impinguatus, quam adustus. Fuit autem vn-

Triplici fuit oleo vnctus. ctus triplici oleo, s. materiali sicut hodierna die, qñ in dolio missus. Fecit aūt Domitianus ipsū poni potius in oleo feruēti, quam in aqua bullienti, quia aqua bulliens penetrat exteriora, & interiora. Oleum uero feruens penetrat exteriora, & interiora, & ossa. Iuxta il-

Ps. 108. lud, intrauit sicut aqua interiora eius, & sicut oleū in ossibus eius. Secūdo fuit vnctus oleo sacrali, qñ. s. fuit

Ps. 132. A siç in Patriarcham consecratus. Sicut unguentum in capite, qđ descendit in barbam &c. Vnguentum.n. Spiritus sancti fuit in Christi capite in plenitudinē, deindē descendit in barbam, i. in apostolos, qui fuerūnt cęteris magis viriles, deinde descendit in cęteros doctores & p̄latos, qui dēnt esse uestimētum ecclesiæ, ipsam

verbo

verbo; & exemplo ornando; Deinde descendit in orã vestimenti, i. in subditos. Tertio fuit vnctus oleo spirituali, de quo dicitur: Vnctio eius docet uos de oĩbus. 1. Io. 2.
Tã plenè fuit inunctus, vt posset dici de eo illud: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lętitię præ cõsortibus tuis. Ps. 44.
Nec mirũ, quia stetit prope, & iuxta apothecam illius vnguentarij, de quo dr̃: Vnguentarius facit pigmenta Eccl. 37
ria, scilicet suauitatis. Istud autem oleum lætitiæ habuit quadruplici ratione. Gaudere enim ipse potuit de Notandum.
secretorum cœlestium reuelatione. Significauit Deus Apoc. 1
quæ oportet fieri citò, mittens per angelum suũ seruo suo Ioanni &c. Factum est verbum tuum in gaudium, Hie. 15
& in lætitiam cordis mei. Secundò de iusta vindicta tyranni, idest Domitiani, lætabitur iustus cũ uiderit uindictam, & lauabit manus suas in sanguine peccatoris. Ps. 57.
Tertio de honorabili reuocatione, conuertam luctum Hie. 31
eorum in gaudium &c. Quartò de suæ dilectæ, scilicet Drusianæ resuscitatione facta, pro qua omnes gauisi fuerunt, & Deũ laudauerunt, tũc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Tertium martyrium est, quia fuit ueneno potatus, quod notat́ cum Ps. 124.
dicitur: Calix meus inebriãs, quam præclarus est. Bibit Christus duplicem calicem, s. sanguineum, & myrrhatum. Vnum, s. sanguineum communicauit Iacobo, qui sanguinem suum fudit. Alium Ioanni, qui amarum ueneno bibit. Et sic impletum est illud: Calicẽ quidem Mat. 20
meum bibetis. Et dicitur iste calix inebrians, & præclarus; quia ipsum uenenum cum desiderio, & auiditate multa bibit. Præclarus autem dicitur, quia tria præclara miracula inde cõtigerunt. Vnum quia Sãcto Ioanni nullam læsionem intulit. Si mortiferum quid biberint Mar. vl.
non eis nocebit. Scd̃m quia duos homines ex illo ueneno mortuos suscitauit. Tertium quia ex hoc, multus populus gentilis conuersus fuit. Et sic patet quomodo Deus ex malis sæpe multa bona elicit &c. Et ideo ipsa mala pęnalia non sunt semper mali, quia inde eliciuntur multa bona. Patet ẽt q̃ sint bona triplici de causa.

Pęnalia mala bona sunt triplici de cã. Primo quia sunt à summo bono, à quo non potest procedere nisi bonum. Ego dñs pacem faciens, & creans malum. Fuerunt in summo bono .i. in Christo. A planta pedis usque ad verticẽ, non est in eo sanitas. Et ducunt ad summum bonũ, in funiculis Adæ trahã eos.

Esa. 45.
Ibid. 1.
Ose. 12.

Sermo cxlvi. De eodem sermo ij. De tribus eius priuilegijs.

Ioã. ult. CONuersus Petrus vidit illũ discipulũ, quẽ diligebat Iesus sequẽtem, qui & recubuit in cęna supra pectus eius, & dixit: Dñe qs est qui tradet te? Quãuis beatus Ioãnes multa bona habuerit priuilegia; in verbis tñ ꝓmissis tria de ipsis priuilegijs exprimunť. Primũ est quia fuit amicus Christi cum dr̃, quẽ diligebat Iesus. Dr̃ autẽ ipsum dilexisse plusq̃ cęteros, qa maiora signa dilectionis sibi oñdit Et q̃uis multa fuerint dilectionis signa ad ipsum: ꝑcipuum tñ fuit quia matrem suã sibi recõmendauit. Ex quo quatuor magnas ꝑrogatiuas promeruit. Vnde est; qa factus fuit Gabrielis archangeli socius. Petrus Damianus: Ioãnes archãgelo Gabrieli ad custodiã matris Dei socius est datus, vt & ille integram virginẽ inuisibiliter custodiret: & iste forinsecus fragilitati fęmineæ sui ministeriũ exhiberet. Secunda est; qa factus est Dei thesaurarius, inquantũ. s thesaurum Dei sollicite custodiuit, sicut, qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suã. Tertio est, qa factus est Christo magis vicinus. Petrus Damianus, quanto Ioannes familiarior cum matre verbi cõuersatur, tanto vicinior verbo inuenitť. Quarta est; q factus est quodã mõ Christi frater adoptiuus. Petrus Damianus, qm̃ ab ipsa ueritate Ioannes Mariæ dictus est filius, quadam speciali gratia frater est Saluatoris. Secundum priuilegium est, quia cubicularius, & camerarius est Iesu Christi cum dicitur, qui recubuit supra pectus domini. Amantissimus domini habitabit con fidenter in eo, quasi thalamo tota die morabitur.

Eius ꝑrogatiuæ.
Eccl. 3.
Deu. 33

Pectus

Pectus autem Christi est fons Dei, cellariũ Paradisi, est mensa angeli, est thalamus beatorum, est Gazophilatium omnium thesaurorũ, qa sic dr̃: In ipso sunt oẽs thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi. Inquantum igitur Ioannes supra pectus Christi recubuit, ista quinque habere meruit. Primo nãque posuit os suum ad fontem Dei, à quo hausit aquam sapientiæ salutaris. Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Secundo intrauit cellarium Paradisi, in quo bibit vinum diuini amoris. Introduxit me rex in cellam uinariam: ornauit in me charitatem. Intantum autem bibit, ꝙ quodammodo ebrius factus fuit. Sicut enim ebrius non sentit uerbera, iuxta illud, uerberauerunt me, sed non dolui, sic & iste nõ videbatur sentire supplica. Vñ dicit Diony. in epistola, quã sibi scripsit. Non. n. ita versus sum in insaniam, ꝙ putemus aliquid pati ad corporum passiones, sed solum ipsas sentire credo. Tertio sedit ad mensã angeli, in qua comedit panẽ vitæ cœlestis. Cibauit illum pane uitæ, & intellectus. Et licet panis mutetur in comedentem; Ioannes tñ comedendo panem vitæ, totus mutatus est in uitã. De hoc ita dicit Dion. vbi supra. Aliquos videmus cũ Deo de Deo factos, qm̃ veritatis existẽtes amatores, ab affectu quidem recedunt materialium, & ex ꝑsenti incipiunt futurum, ut decet angelos in medio hominum cõuersari. Quartò introiuit in thalamum beatorum, in quo indutus est stola glorię, stola gloriæ induit eum. Quæ stola fuit candida per uirginitatem, & purpurea ꝑ charitatem. Quinto ingressus est in Gazophilatiũ thesaurorum, a quo traxit thesaurum sapientiæ. Petrus Damianus. Ioannes eminentem diuinæ gratiæ scientiã ex illo cęlesti Gazophilatio, in quo sunt oẽs thesauri sapientiæ, & sciẽtiæ Dei abscõditi, traxit. Tertiũ priuilegiũ est, quia fuit secretarius Christi, quod notat̃ in hoc ꝙ dixit scilicet; Domine quis est qui tradet te? Quando enim omnes dolebant, timebant, & dubitabant, solus Ioannes ad Christum accessit, & eum inter

Col. 2.
Quæ habuit ꝗa sup pect⁹ eius recubuit.
Eccl. 15
Can. 2.
Pro. 23.
Ecc. 15.
Eccl. 15

Eccl. 6. rogauit. Amicus ĩ domesticis fiducialiter aget. Xp̄s ē̄t sua secreta, & ꝓfunda sibi reuelauit; qn̄ suam cum patre æternitatē & coæqualitatē sibi oñdit. Ista autē tam ꝓfunda mysteria didicit ĩ quadruplici schola. Prima est schola angelica Significauit Deus, q̄ oportet fieri cito, loquēs p angelū suū seruo suo Ioāni &c. Secūda est schola uirginea; qa .n. fuit custos uirginis deputat⁹, ab ipsa est plurima edoctus. Obuiauit illi quasi mater honorificata. Tertia est schola beatæ Trinitatis, ad quam uolauit quando verbum in principio esse vidit. Aquila grandis magnarum alarum venit ab libanum. i. ad altitudinem Trinitatis, & culit medullam cedri, idest, mysteriū verbi incarnati. Quarta est schola dominici pectoris, unde cantatur: Fluenta euangelij de ipso sacrario dominici pectoris potauit.

Misteria didicit ĩ quadruplici scola

Apo. 1.

Eccl. 15

Eze. 17.

Sermo cxlvij. In diebus Rogationum sermo primus. Exemplo pro inuicem orare instruimur, & orationis utilitas insinuatur.

ORate ꝓ inuicem, ut saluemini. Multum .n. ualet deprecatio iusti assidua. Helias .n. hō erat &c: volens ecclesia fideles inducere ad orandum: Isto tēpore, uerba sancti Iacobi assumit, in qbus tria facit. Primo namq; ad orandum pro inuicem nos inducit, cum dicit: Orate pro inuicem ut saluemini. Libenter .n. pro alijs quilibet orare debet, qa sicut dicit Chryso. super Matt. pro se orare naturæ est, pro altero aūt gratię est. Pro se orare necessitas cogit, pro alio autem orare charitas fraternitatis hortat᷑. Dulcior autem est ante Deū oratio, non quam necessitas rei transmittit, sed quam charitas fraternitatis cōmendat. Oportet namq;, ut ille ꝓ quo oratur, quatuor in se habeat, sicut dicit Dion. in lib. de cœlesti hierarchia. 13. ca. Primum est feruēs desiderium rei habendæ; quia oportet, ꝙ illud feruenter desideret, & affectet &c. Secundū est status grãæ, qa oportet, ꝙ sit in statu gratiæ pnĩæ. Tertiū est recognitio infirmitatis ꝓprię. Oportet .n. ꝙ recognoscat, ꝙ il

Iac. 5.

lud p se obtinere non ualeat. Quartũ est petitio rei di gnę: qa oportet, ꝙ ea petat, quæ Deũ dare deceat, & ipsi accipere expediat. Scđo utilitatẽ orationis ostendit, cũ dicit, multũ nãq; ualet deprecatio iusti &c. ubi tria ponit. s. ꝙ orõ multũ ualet, cũ dicit; Multũ. n. ualet &c. Scđo cuius orõ ualet, qa iusti. Tertiò qualis oratio ualeat; qa assidua. Quod aũt orõ multũ ualet, dicit Greg. Magna. n. virtus orõnis, qa fusa in terra, in cœlo operaẽ. Ad hoc aũt, ꝙ in cęlo ascendat, & ibi opereẽ oportet ꝙ habeat quatuor alas. Prima est ꝓfunda humiliatio. Oratio humiliantis se nubes penetrat &c. Secunda est deuota lachrymatio Lachrymæ à maxilla ascẽdunt vsq; ad cœlũ &c. Tertia est desiderij feruens deuotio, & intentio. Ascẽdit fumus incensorum de orationib. sanctorum, de manu angeli corã Deo. Quarta est bonorũ operum exercitatio. Qñ orabas cũ lachrymis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli orationẽ tuam coram Deo. Secundo ualet oratio, qñ est iusti. Et autẽ iustus, qui dat Deo obedientiã, proximo mĩam, & sibi sanctimoniam. Exaudit igitur Deus orationem illius, q dat Deo obedientiã. Aug. Citius auditur orõ una obedientis, quam decẽ millia contemptoris. Et exaudit Deus orationem illius, qui dat proximo suo mĩam. Conclude eleemosinã in sinu pauperis, & hæc pro te orabit, & liberabit ab oĩ malo. Exaudit ẽt orationem illius, qui habet sanctimoniam; quia sic dr̃: Iniquitatem si aspexi in corde meo, nõ exaudiet Deus &c. Tertio orõ exauditur, qñ est assidua. Assiduę quidẽ orationis nuncium pro succursu ad Deũ mittere debemus, quia & nos hostibus assidue circundati sumus. De isto nanq; nuncio tria dñr in psalmo, s. ꝙ dirigat, ꝙ appropinquet, & ꝙ intret. Dirigit aut per rectam intentionem, sicut sagittæ diriguntur ad signũ: Dirigaẽ oratio mea, sicut incẽsum in cõspectu tuo. Appropinquat uero per ieiuniũ: Auis enim nimis impinguenta, uolare non põt: unde dr̃: Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo. Intrat autem per eleemosynam: Eleemosyna enim est

[Margin notes: Alæ orationis 4. — Eccl. 35 — Ibid. — Apo. 8. — Tho. 13 — Iustus quis. — Eccl. 29 — Ps. 65. — Ps. 140. — Ps. 118.]

ostiaria, & ideo oratio auari ostium claudit, oratio aũt
Psal. munifici apit: In cõspectu tuo oratio mea. Tertio salubre exẽplũ ꝓponit, cũ dicit: Helyas hõ erat, &c. Cũ n. terra eẽt sterilis, Helyas orauit: & cęlũ pluuiã dedit & terra fructificauit. Oratio aũt terrã aĩę nostrę sic fructificare facit, ꝙ illos tres panes producit de quibus dr,
Luc. 11. Amice cõmoda mihi tres panes, &c. Amicus de uia venit, qñ animus de labore actiuæ vitæ, ad ociũ cõtẽplatiuæ recurrit. Et ꝑ importunitatẽ orõnis impetrat tres panes, i. triũ viriũ refectionẽ, s. rõnalis, cõcupiscibilis, & irascibilis. Nã si tẽtatur qs spiritu erroris, quo ad rõnalẽ; spiritu uoluptatis, quo ad concupiscibilẽ; spũ turbationis, quo ad irascibilẽ, petat tres panes, i. refectionẽ rõnalis ꝑ diuinã sapĩam: concupiscibilis per tẽperantiã, & irascibilis per tranquillitatem, & patiẽtiam.

Sermo cix. Eodem tempore sermo ij. Letaniæ quare fiunt, & isto tempore, & quare etiam in tempestatibus campanæ pulsantur.

Luc. 11. PEtite & accipietis. Quamuis omni tempore sit orãdum, præcipue tñ his dieb. quibus ecclesia solẽnes instituit letanias. De quibus Letanijs tria uidẽda sunt. Primo quare fiunt. Nam fiunt ad remouendum malũ culpæ, & malum pęnæ pp adipiscendum bonum gratiæ. Contra malum culpæ, institutæ sunt Letanię maiores, quæ fiunt in festo S. Marci Et dñr maiores, quia instituæ sunt a maiori episcopo, s. a B. Greg. In maiori loco, s. Romæ, quæ est caput mundi, & pro maiori morbo. In Romanis. n. tunc quatuor vitia abundabant, s. auaritia, gula, luxuria, & superbia. Et ideo Deus eis quatuor pestilentias misit. Nam contra auaritiam, eis misit aquarum abundantiam omnia terræ nascentia destruentem. Si emiserit aquas destruent, & subuertẽt terram. Contra luxuriam misit eis fœtorem horribilẽ aerem inficientem; & homines subito suffocantem, sicut olim sodomitas pœna fœtenti puniuit. Contra gulam misit in eos inflaturã in inguine subito extinguẽtem.

Letanię quare maiores, & minores dñr, & quare institutę.

Iob. 12.

Gen. 12

Propter

Propter crapulam multi obierunt. Contra superbiam Eccl. 3.
misit in eos sagittas acutas ab aere venientes. Sagit- Iob. 6.
tæ domini in me sũt, quaie indignatio ebibit spiritũ
meum. Aliç letaniæ, quæ dicuntur minores, quæ fiũt
tribus diebus ante ascensionem, institutæ sunt cõtra
quatuor mala pœnæ. Tunc.n.audiebantur nocturni
sonitus, quibus & homines terrebantur. Sonitus ter- Iob. 15.
roris semper in auribus eius. Tũc fiebant terręmotus
quibus domus destruebant. Terręmotus magnus aũt
per loca. Tũc ignis descẽdebat de cœlo, quo ædificia Luc. 21.
cõsumebantur, Ignis Dei descendit de cœlo &c. Tũc Iob. 1.
discurrebant lupi dæmonibus agitati, quibus homi-
nes deuorabant. Superuenit illa sæua bestiarũ ira. Ex Sap. 15.
his manifeste patet, quomodo oĩa elemẽta Dei iniu-
rias vlciscuntur. Nam aqua terræ nascentia subuertit,
Terra suo motu terrorem incutit: Aer ex fœtore cor-
rumpit: Ignis de cœlo exurit. Istud autẽ in inferno
melius declaratur: Tunc.n.terra damnatos incarce-
rabit; aqua frigoribus purgabit: ignis ardoribus con-
cremabit; & aer lumen denegabit. Tertio institutæ
sunt, tam istæ quam illæ pp bona adipiscenda, scilicet
temporale, spirituale seu cęleste. Isti sunt tres panes,
quos ab amico Christo petere debemus. s. bonũ tẽpo-
rale ad sustentationẽ: spũale ad prægustationem, cęle
ste ad plenã fruitionẽ. Ista sũt illa tria, quæ nobis pa-
ter cęlestis dat; s. panis, piscis, & ouũ, sicut inferius cõ
tinetur. Per panẽ nanq; intelligitur bonũ tpale nobis
necessariũ. Per lapidẽ intelligitur cor auari incõpas-
sibile, & durum. Deus ergo dat panem, scilicet tẽpora
lia ad sustẽtationẽ. Diabolus lapidem, id est cor du-
rum ad incompassionem. Per piscẽ intelligũtur bona
spiritualia, quæ animam in aquis tribulationum nu-
triunt. Per serpentẽ vero intelliguntur vitia, & pecca
ta. Deus igitur dat piscem, idest gratiam in tribulatio-
nibus animam conseruantẽ: sed Diabolus dat serpen-
tem, idest maculam culpę mortalis animã veneno in
ficientẽ. Per ouum vero intelligitur bonum cœleste.

Ouum.n.habet exterius corticem,intus dulcedinem. Cortex enim est ipsum cœlum,quod tanquam saccus gloriã eius occultat. Dulcedo aũt cõsistit in duplici substantia,scilicet albuminis,& vitelli,qa in Christo est humana natura tanq̃ albumen,qđ in carnẽ cõuertit. Et natura diuina tanq̃ vitellum,ex quo dulcedo gloriæ generat. Et p scorpionẽ intelligit pœna ęterna. Dœmones.n.modo blãdiunt p delectationẽ peccati, sed tunc pungent p acerbitatem supplicij. Deus igitur dat ouum, idest gloriã dulciter reficientẽ. Sed Diabolus dat scorpionẽ,i. pęnam ęternaliter cruciãtem. Secũdo videdũ est,quare letaniæ isto tẽpore magis fiãt. Sciẽdum aũt qđ fiũt maxime pp duas cãs. Prima vt teneri fructus terræ cõseruent, quos dæmones isto tpe p tempestates destruere moliunt; contra quos in letanijs cãpanas pulsamus tãquã tubas Dei; & Cruces deferim⁹ tanq̃ vexillia Dei. Orationes,& letanias proferimus tanq̃ iacula Dei quibus dæmones iaculãtur. Cũ istis ergo tribus armis dæmones expellimus, s. cũ tubis, vexillis, & iaculis. Scđa cã est, vt orationes nostræ ad Xp̃m ascẽdant,& facilius audiant. Tũc.n. petitiones nostras debemus porrigere; qñ aduocatus nr̃ vadit ad curiã, q scit petitiones nostras formare: Aduocatũ habemus apud patrẽ Iesũ Christũ iustum. Quando frater noster pergit ad concistorum, q scit, & potest nos iuuare, Bernard. Puto quod spernere me non potest Christus,os de ossibus meis,& caro de carne mea,quando regis filius regnum suum suscipit, q nos potest saluare. Solẽt enim regum filij dare munera,dum regna suscipiunt. Vnde cantatur: Et regnum in manu eius, idest ad largiendum. Tertio videndum est, quare non tantum in letanijs, sed etiam quando tempestates fiunt, campanæ pulsantur. Ipsę quidẽ cãpanæ sunt tubæ Dei,quibus dæmones deterrent. Sic clangẽt tuba in ciuitate, & populus non expauescet. Sunt cymbala Dei de quibus Deus laudatur. Laudate dñm in cymbalis benesonantibus. Sunt pręcones de quibus

Arma contra dęmonem.

1.Ioã. 2

Campa. quare pulsant in tempestatibus.

Amos 3

Ps. 150.

quibus populus cõuocat̃. Fac tibi duas tubas, qb. conuocare possis multitudinẽ. Cãpanæ aũt successerũt in loco tubarũ. Pulsant̃ ẽt cãpanę, vt dęmones effugent̃, vt Deus laudetur, & populus, ad orandum incitetur. Nu. 10.

Sermo cxlix. In die Ascensionis Domini Sermo j. Quomodo Christus descendit, & quomodo ascendit pulcherrime aperitur.

QVi descendit ipse est, qui ascendit sup oẽs cęlos: Qui humiliatus est venit in gloriã. Iõ ap̃ls primo ostendit Xp̃i humilem descensum cum dicit, qui descendit. Scd̃o eius gloriosum ascẽsum cum subdit, ipse est qui ascendit sup oẽs cœlos. Istum aũt ascensum, & descensum describit Amb. in lib. de Isaac dicens, Saltu quodam Xp̃s venit in hunc mundũ. Apud p̃rem erat, in uirginem uenit, ex virgine in p̃sepe trãsiliuit, descendit in mundũ, ascendit in crucẽ, descendit in tumulum, surrexit ex tumulo, ascendit ad cęlũ, & sedet ad dexteram Dei patris. Ecce scala, quæ hẽt septem gradus, per quam Xp̃s humiliter descendit, & gloriose ascendit. Prim⁹ gradus est, ꝙ de sinu p̃ris venit in uirginis vterum. Et iste fuit gradus magnæ humilitatis, de quo dr̃: Semetipsum exinaniuit, &c. vbi ponit ap̃ls quadruplicem Christi humilitatẽ. Vna est qua conformauit. & sĩlem se fecit seruo, qñ uoluit legi subijci, & circuncidi; ideo dr̃, formam serui accipiens. Scd̃a humilitas est, qua contraxit parentelam cum seruo, iõ subdit̃, in similitudinem hoĩum factus. Tertia humilitas est, qua induit habitum serui, iõ.n. dr̃: Et habitu inuẽtus ut homo. Quarta est, qua uoluit mori pro seruo, iõ subditur, Factus obediens usq; ad mortem. Secundus gradus scalæ est, quo de utero venit in p̃sepium, & iste fuit gradus magnæ asperitatis, q̃a lectum habuit purũ, & asperũ, ubi tria fuerunt, quę asperitatem fecerunt. s. teneritas pueri, vilitas panni, & duritia præsepij. Inuenietis infantem, ecce puer quam delicatus, pannis inuolutum, ecce quã uilibus

Ephe. 6
Scala Christi.
Phil. 2.
Christi humilitas quadru.
Luc. 2.

pannis

pannis fuit tectus, positum in p̄sepio, ecce quā durus fuit lectus. Tertius gradus est, quo de p̄sepio uenit in mundum,& iste fuit gradus magnæ paupertatis. Ipse
Matt. 8. .n.fuit pauper in uita, in morte,& post mortem. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autē hominis non habet ubi caput suum reclinet. Ac si dicat: Nec habeo foueam, sicut vulpes, i. sepulturā post mortem ad quiescendum. Nec habeo nidum, sicut uolucres, i. domum in uita ad habitandum: Nec habeo in morte, i. in cruce tabulam, siue ceruical ad caput re
Io. 15. clinandum. Quartus gradus est, quo de ipso mundo ascendit in patibulum, & iste fuit gradus magnæ charitatis. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Ibi.n.totus fuit igne amoris plenus, quod manifestatur per sanguineum colorem, per uestium denudationem, per sitis intensionem, per corporis ruborem,& per sanguinis impetuosam emanationem. Quintus gradus est, qđ descendit in tumulum,& iste fuit gradus magnæ pietatis. Magna namq; fuit pietas uisitare illos sanctos patres, qui erant desolati, & p̄p damnum, quia Dei visione erant priuati, & p̄p umbrosum locum, quia erant in tenebris inuoluti,& p̄p consortium, quia dæmonibus erant uicini. Sed Christus eos fuit consolatus, q̄a suā faciē eis restituit,& ad locū lucidū eos deduxit, & socios angelorū eos fecit. Propter ista oīa dr̄: Populus qui ambulabat in tenebris ui
Isa. 9. dit lucem magnam. Sextus gradus est, quo de tumulo in mundū redijt,& iste fuit gradus magnæ fęlicitatis. Leo Papa, post passionē suā ruptis vinculis mortis, infirmitas in uirtutē, mortalitas in æternitatē, contumelia transiuit in gloriā. Septimus gradus est, quo de ipso mundo ascēdit in cœlum, & iste fuit gradus magnę maiestatis. Ascendit.n.cum iubilatione angelica;
Psal. 46. Ascēdit Deus, in iubilatione,& dn̄s in uoce tubæ. A-
Ps. 109. scendit inuitatus uoce paterna, Dixit dn̄s dn̄o meo
Can. 2. sede à dextris meis. Reuertere dilecte mi, reuertere.
Esa. 63. Ascendit virtute p̄pria, Gradiens in multitudine vir

tutis

tutis suæ. Ascēdit cū nube lucida; Nubes suscepit eum ab oculis eorū. Ascendit cū societate decora, s. cū ange lis, & aīabus. Cum duabus turmis regredior. Iō cantat ecclesia; Omnis pulchritudo Dñi exaltata est super sy dera. Et dixit: Omnis pulchritudo, quia exaltata est pul chritudo deitatis, quia hodie ostendit suam potentiā: pulchritudo sui corporis, quia induit immortalitatē: pulchritudo aīę, quia induit impassibilitatem, pulchri tudo angelica, quia hodie recuperauit sui muneris integritatem; & pulchritudo humana, quia hodie animę sanctorum receperunt æternam fęlicitatem. In illa enim processione fuit quicquid pulchrum erat in cęlo, s. angeli; quicquid pulchrum in inferno, s. patres de limbo educti: quicquid pulcherrimum in mundo. s. Apostoli, & cæteri discipuli, & quicquid pulchrum super cœlum, & mundum, s. Christus, & Beata Virgo. Act. 1. Gen. 21

Sermo cl. De eodem sermo ij. Qualiter, quo, & vnde, & propter quid ascendit Christus.

PSallite Deo, qui ascendit super cęlum cęli ad oriē tem. Ecce dabit uoci suæ, uocem virtutis Propheta oēs ad gaudendū inuitat, qn̄ Christus ad cœlos, & in cœlū ascēdit, & cœlestē ianuā aperit. In p̄missis uerbis quatuor sunt uidenda. Primo nāq; qualiter Christus ascēdit; qa cū iubilatione angelica, ꝙ notat' cū dr̄: Psal lite Deo q ascendit. Angeli. n. cū multa iubilatione ipsum in cœlum deduxerunt. Fit aūt iubilatio, & sonus musicus s̄m Aug. trib. modis fit. Aliqn̄ voce, sicut in cā tu, aliqn̄ flatu, sicut in tuba, aliqn̄ pulsu, sicut in cythara. Vt ergo ostendatur ꝙ Angeli in Christi ascensione habuerunt oīa genera musicorū, iō aliqn̄ dr̄, ꝙ ibi fuit sonus, qui fit cū uoce, iubilate Deo in uoce exultationis. Aliqn̄ dr̄, ꝙ fuit ibi sonus, q̄ fit cum flatu, ascendit Deus in iubilatione, & dn̄s in uoce tubæ. Aliqn̄ dr̄, qđ fuit ibi sonus, q fit cum pulsu, laudate eū in psalterio, & cythara. Similiter & nos pro sua ascensione ipsum laudare debemus uoce, per gratiarum actiones. Bene- Ps. 67. Music[9] son[9] tribus modis fit. Ps. 43. Ps. 46. Ps. 150. Eze. 43.

dicentes

dicentes dñm, exaltate eũ q̃tũ potestis &c. Flatu p cor
Eccl. 43 dis deuotionẽ, Cãtãtes & psallẽtes in cordibus uestris
Ephe. 5. dño. Et pulsu p operationẽ, Videãt opera uestra bona,
Matt. 5. & glorificent patrẽ uestrum, qui in cœlis est. Secundò
uidendum est quo ascendit, quia supra cœlorum alta
cum dr̃, Super cœlum cœli. Christus nanq; descende-
rat infra oẽs cœlos, s. infra cœlos materiales, quia in
Baru. 4. terra conuersatus. Post hęc in terris uisus est, & cũ hoĩ
bus conuersatus est. Infra cœlos rõnales, quia infra ho
Ps. 21. mines factus. Ego aũt sum uermis, & non homo: infra
cęlos intellectuales, quia infra angelos minoratus. Mi
Ps. 8. nuisti eũ paulominus ab angelis &c. Infra cœlũ super
substãtiale, quia seruili forma indutus, Cum in forma
Phil. 2. Dei esset non rapinã arbitratus est esse se ęqualẽ Deo,
sed semetipsum exinaniuit, &c. Sed qui sic infra oẽs cę
los descendit; hodie sup oẽs ascẽdit, s. super cęlos ma-
Ps. 16. teriales, qa in cœlo empireo collocatus. A summo cœ
lo egressio eius, & occursus eius usq; ad summũ eius.
Eph. 1. Sup cęlos rõnales, qa caput ecclæ est constitutus. Ipsũ
dedit caput sup oẽm ecclã, q̃ est corpus ipsius. Sup cœ
los intellectuales, qa angelorũ dñs est ordinat⁹. Ibidẽ,
Cõstituit eũ ad dexterã suã ĩ cęlestibus, sup oẽm prin-
cipatũ, & ptãtẽ. vsq; ad cœlũ supsubstãtiale, qa vsq; ad
dexterã patris exaltatus, vñ dr̃ in symbolo Athanasij.
Ascẽdit in cęlũ sedet ad dexterã Dei patris oĩpotẽtis.
Dextera Dei accipit̃ tri pliciter Dextera aũt Dei tripliciter accipit̃. Dr̃. n. dextera Dei
ęqualitas Dei, uel potiora bona Dei, uel virtus, & ptãs
Dei. Xp̃s aũt est Deus nr̃, frater nr̃, & iudex nr̃. Inq̃tũ
igitur est Deus noster, sedet a dextris, Dei, i. in æquali
Ps. 109. tate Dei, dixit dñs dño meo, sede a dextris meis. Inq̃-
tum vero est frater nr̃, i. uerus hõ, sedet a dextris Dei,
i. in potioribus bonis Dei, & potiori mõ, Ecce uideo
Act. 7. cœlos apertos, &c. Inq̃tũ est iudex noster sedet a dex-
tris Dei, i. in potẽtia Dei. Nã dedit sibi ptãtem oẽ iudi
Mat. vl. ciũ faciẽdi. Data est mihi oĩs ptãs ĩ cęlo & ĩ terra. Ter
tio uidẽdũ est, vñ ipse ascẽdit; qa ab oriẽtali plaga cũ
dr̃, Ad orientẽ. Rõ aũt quare potius ad orientem q̃ oc-
cidentem

cidētē aſcēdere uoluit,eſt,q̄a plaga oriētalis erat odio ſa ex eo,ſ.ꝙ ibi ortū habuit prima p̄uaricatio. Erat ma ledicta,q̄a ibi ortū habuit prima maledictio Dei. Erat immūda,quia ibi ortū habuit prima ſanguinis effuſio. Sed Deus cōtra tria mala,ibi fecit tria beneficia. Primum eſt,quia ab oriēte magos uocauit,vt,q̄ erat odio ſa pp primā p̄uaricationē, fieret gratioſa pp primam gentium uocationē. Scd̄m eſt,quia ab oriente in iudicium eſt uenturus,ut,q̄a vbi audita fuit prima Dei ma ledictio,ibi audiat̃ æterna bn̄dictio,quia dicet̃: Venite bn̄dicti patris mei &c. Tertium eſt,quia ab oriente aſcendit,ut,quia erat immūda,p ſacrā aſcēſionē fieret munda. Erat quidē immunda terra p effuſionē ſangui nis innocentis, ſed ipſam mundauit p aſperſionē ſui ſanguinis. Erat immunda aqua per ablutionem hoſtiarū immolatarum idolis, ſed eam mundauit per contactū ſuæ carnis mūdiſſimę. Erat immūdus aer ex fumo incēſorū, ſed eū Xp̄s mundauit p ſuum glorioſū aſcē ſum. Quarto vidēdū eſt pp quid aſcēdit,quia p cœle ſti ianua reſeranda,qd̄ notat̃ cum dr̄: Ecce dabit uoci ſuæ uocē virtutis. Illā.ſ.uocē de qua dr̄: Tollite portas princeps veſtras,& eleuamini portę æternales &c. Psal.23. In magnis nāq; palatijs cōſueuerūt eē tres ordines oſtio rū: Iō Deus palatio cęli tres poſuit portas,put ſignificatū eſt Gen.2.ſ. angelicā cuſtodiā,q̄ ſignificabat inimicitiā inter angelū & hoīem: Rōphęā bis acutā,q̄ re p̄ntat diuinā iuſtitiā,q̄ ſatisfactionē requirebat,& hominē in corpore,& aīa incidebat. Et ignis vehementiam, q̄ ſignificabat obligationem ad pœnā æternam. Sed in baptiſmo Chriſti remota eſt una clauſura, ſ. ignis vehementia. Aqua.n.baptiſmatis extinguit oēm vim ignis infernalis, ideo cœlum tunc fuit apertum. In paſſione uerò ablata eſt ſecunda clauſura, ſcilicet romphæa acuta, ideſt diuina iuſtitia; quia tunc ſufficiens precium ſoluit,& diuinæ iuſtitiæ ſatisfecit,iō poterat dicere. Aperite mihi portas iuſtitiæ. In aſcēſio ne vero ablata eſt tertia clauſura,ſcilicet angelica cuſtodia;

ſtodia; quia angelos hominibus recõciliauit,& vtroſque ſecum in cœlum deduxit. Et ideo tam homines, quàm Angeli, qui eum ſequebantur, clamabant dicentes? Tollite portas principes veſtras,& eleuamini portæ ęternales; Et introibit rex gloriæ.

Sermo cli. Eodem die Sermo iij Quomodo aſcendit, quia patenter, ſublimiter, & reuerenter.

Actu. 1. VIdentibus illis eleuatus eſt,& nubes ſuſcepit eum ab oculis eorũ. In verbis p̃miſſis oſtẽdit ꝙ Chriſtus tripliciter aſcendit, patenter, ſublimiter,& reuerenter. Patenter cum dr̃: Videntib. illis. In Chriſto nãque fuerunt quædam myſteria, quæ fuerunt occulta, ſicut reſurrectio, qa nullus eã ſciuit niſi Chriſtus. Et qualiter clauſtra inferni cõfregit, qualiter de monumẽto clauſo exiuit, nulli manifeſtũ fuit. Quędã uerò fuerũt ex parte occulta,& ex parte manifeſta ſicut natiuitas. Quod fuit in p̃ſepio reclinatus, hoc fuit manifeſtũ, ſed ꝙ fuit de ſpiritu ſãcto conceptus,& clauſo vtero natus, hoc fuit occultũ. Quædã fuerũt manifeſta ſicut paſſio,& aſcẽſio. Eius nãq; reſurrectio erat magnę ſublimitatis,& iõ uoluit eã eſſe occultã. Eius natiuitas fuit magnę humilitatis, inquãtũ fuit pãnis inuolutus,& in p̃ſepio reclinatus; & q̃tũ ad hoc uoluit ipſã eſſe manifeſtã. Et fuit magnæ dignitatis inq̃tũ fuit de ſpiritu ſancto cõceptus,& q̃tum ad hoc uoluit ipſã eſſe occultã. Paſſio aũt Chriſti cedebat ad magnam infirmitatem,& utilitatẽ, & iõ uoluit eã eſſe manifeſtam. Aſcenſio aũt cedebat ad patris honorẽ,& diſcipulorũ conſolationẽ,& iõ uoluit eã eſſe manifeſtam. Ex quo patet ꝙ Chriſtus abſcondebat ſua ſublimia,& manifeſtabat ſua infima;& ea q̃ erant ad honorẽ Dei,

Notandum. & ędificationẽ ꝓximi. Sed nos è cõtrario facimus, qa nos noſtra infima abſcondimus,& noſtra ſublimia ꝑpalamus, de Dei honore,& populi ædificatione ſæpe parum curamus. Per hoc ergo ꝙ Chriſtus videntibus

diſcipulis aſcendit;dať intelligi;ꝙ ante oculos cordis noſtri eius aſcenſionem ſemper habere debemus.Qui enim ipſam ſæpe meditatur,diuinā gratiam promeretur.Hoc ſignificatum eſt,cum Helyſęus videret Heliā aſcendētem,recepit duplicē ſpiritum, & pallium. Illi enim qui Chriſtum aſcendentē per fidem, & deuotionem conſpiciunt,ſæpe recipiunt ſpiritum duplicem,i. ad duo,ſ.ad remiſſionem peccatorū, & ad munera virtutum.Recipiunt etiam pallium,i.ſanctitatis exemp'ū proximo adhibendum. Chriſtus autem non indiguit ſpiritu duplici,ſed ſimplici;quia non habuit ipſum ad remiſſionem peccatorum,quia nullum peccatum com miſit. Habuit tamen ſpiritum ad munera virtutum, & omnium gratiarum. Aſcendens etiam in cœlum non indigebat pallio id eſt exemplo, quia exēpla non ſunt neceſſaria,niſi in pręſenti vita.Scđo Chriſtus aſcendit ſublimiter cum dicitur, eleuatus eſt. Nos etiam debemus ad ipſum eleuari;& ad ipſum aſcendere ſcala,quę quatuor gradus debet habere.Primus gradus debet eſſe ſcilicet terrena deſpicere, & per hūc gradum eleuatus eſt Ezechiel,qui ait: Eleuauit me ſpiritus inter cęlum, & terrā. Non enim dixit, dimiſit me in terra; quia ibi ſunt auari terrena appetentes. Nec dixit, poſuit me in cęlo;quia ibi ſunt boni cœleſtia poſſidentes:ſed dixit, eleuauit me inter cœlum,& terram;quia ibi ſunt perfecti uiri terrena deſpicientes.Sunt enim ſuper terram ꝑ terrenorum contemptum, & appropinquāt ad cœlum per cœleſtium appetitū. Secundus gradus eſt operibus miſericordiæ vacare.Per iſtum gradum raptus eſt Abachuc,quia raptus eſt ab angelo uſque in Babilonē, portans Danieli prandium, quod meſſoribus ꝑparauerat, per quod datur intelligi; quod homo interdū dēt pauperes remotos inqrere,& de neceſſarijs dare,& bonos iniuſtis præponere. Tertius gradus eſt Deū, & proximum perfectè diligere.Per hunc gradum aſcendit Helyas,qui in curru igneo raptus eſt.Currus igneus eſt ipſa charitas, quatuor rotæ ſunt quatuor modi diligendi

Marginal notes: 4. Re.2. — Scala paradiſi. — Dan.14

di; scilicet ex toto corde, ex tota mēte, ex tota aīa, & ex omnibus viribus: vel quatuor rotæ, sunt quatuor diligenda. s. Deus, amicus, inimicus, & nosipsi. Quartus gradus est diuinæ contemplationi insistere. Per hunc gradum ascendit Paulus, & fuit vsque in tertium cœlum raptus. Ascendere autem in Deum per creaturarū visibilium manuductionem, est ascendere usque ad primum cœlum. Ascendere per intellectualium consi derationem, est ascendere vsq; ad 2m. Ascendere autē per intellectum ad Dei formam immediatā intuitione, est ascēdere usque ad tertium cęlum. Tertio ascendit honorabiliter, cum dicitur: Et nubes suscepit eum. Voluit autē cum nube cęlesti ascendere ad innuēdū, quod sicut impleuerat terrestria mūdum redimendo, & infernalia patres educendo: sic uolebat implere cęlestia, ruinam angelicam reparādo; ut impleatur illud

Eph. 4. ꝙ dr̄: Qui descendit ipse est, q ascendit super omnes cęlos, ut adimpleret oīa. Vt uero melius videamus, quomodo omnia adimpleuit; notandum quod in mūdo quintuplex erat defectus; q̄ notatur Genesi. 1. Primus erat habitationis gratiæ, cū dr̄: In principio creauit Deus cœlum & terram; ac si dicat: terram dedit homini, cęlum uero reseruauit sibi. Secundus erat ignorantiæ: quia beatus uiam patriæ nesciebat cum dicitur tenebræ erent. Tertius autem erat defectus gratiæ, cū dicitur inanis, quia dicitur: Homo acharis, idest sine

Defect⁹ mūdi p Ascensi. purgati.

Eccl. 30 gratia, quasi fabula vana. Quartus erat defectus misericordiæ cum dr̄: Et vacua: Erat enim uacua. s. Dei misericordia, & plena Dei iustitia. Quintus erat defectus perseuerantiæ, quia homines fragiles erant ad perseuerantiam boni, & tolerantiā mali cum dicitur: Abyssi, idest sine base uirtutis. Christus igitur primo ascendit, ut cęlestem ianuam aperiret; & sic adimpleuit defectum habitationis gratię: Per proprium sanguinem

Heb. 9. introiuit semel in sancta & cęt. Secundo ascendit, vt uiam in cęlum ostenderet, & sic adimpleuit defe-

Mich. 9 ctum scientiæ: Ascendit pandens iter ante eos. Ter-

tio

Iob. 18. se spirituale. Vñ dicitur de diabolo. Habitant in tabernaculis illius socij eius qui est. Secundo non habent uiuere. Duo enim sūt signa uitę scilicet sensus & motus. Ipsi autē nō habēt sensum dilectionis uel cogni-
Ps. 113. tionis diuinę, nec motū operationis bonę. Oculos hēnt & non uidebunt, hoc quo ad sensū diuinę dilectionis & cognitionis. Duo. n. oculi sūt intellectus & affectus. Pedes habent & non ambulabunt, hoc quo ad motū bonę operationis. Tertio nō habent sentire. Non enim sentiunt diabolicas tentationes. Ideo aūt nō sentiunt, quia cōsentiūt. Ille enim sentit q dissen-
Pro. 23. tit. Verberauerunt me & ego non sensi. Quarto nō habent ratiocinari, quia non uiuunt ſm rationem, sed secundum sensualitatē. Et ideo nō sunt rationabiles,
Psal. 31. sed brutales. Facti sūt sicut equus & mulus quibus nō est intellectus. Quinto non habent intelligere, qa uera intelligentia est Deum timere & a malo recedere.
Pro. 28. Ecce timor domini ipse est sapiētia, & recedere a malo intelligentia Tertio ostendit liberalitas Dei, quia

dedit

dedit donúm preciosum cum dr̃: Spiritu sancto. Ideo aũt spiritum sanctum receperunt, q̃a habuerunt corda pura & in charitate unita, & fuerunt receptacula munda, sicut cantat ecclesia. Inuenit eos receptacula munda, & tribuit eis charismatum dona. Inuenit eos concordes in charitate. Quatuor.n. sunt qui de facili se infundunt, saer dummodo attrahatur, lux dummodo fenestra aperiatur, aqua dummodo loca depressa inueniat. Et ignis dummodo materiam præparatam hẽat. Et, q̃a spiritus sanctus significatur per aerem, lucem, aquam, & ignem. iõ instar aeris se statim diffundit, dummodo attrahitur desiderio cordis. Os meum aperui & attraxi spiritum. Instar lucis dummodo apeiatur fenestra uoluntatis. Ego sto ad ostium & pulso &c. Instar aquæ dummodo inueniat cor depressum, i. humile & mansuetum. Qui emittit fontes in cõuallibus. Instar ignis dummodo inueniat ligna bonorum operum. Sicut ligna siluarũ, sic ignis exardescit.

Spirit• S. per 4. signãt. Ps. 118. Apoc. 3. Ps. 103. Eccl. 28

Sermo clxi. De eodem Sermo iiij Quæ peccata ne Spiritus S. recipiatur impediunt, malam exhibent remunerationem recepto, sicut ipsum expellunt.

Ioã. 14.

Rogabo patrem & alium paraclytum dabit uobis spiritum ueritatis quem non põt mundus accipere. Per mundum in hoc loco intelliguntur amatores mundi, i. superbi, auari & luxuriosi. Ista.n. tria peccata spiritum sanctum ne recipiatur impediunt, & recepto malam remunerationem impendunt, & male remuneratum expellunt. Primo igitur ne recipiatur impediunt, & hoc ostendit Chry. super Mat. per tria exempla dicens: Si leoni ostendatur pratum uirens, non excitatur eius appetitus ad comedendum, quia nõ est natura eius comedere herbas, sed carnes. Si pluuia cadat super lapidem, lapis quidem a foris balneatur, sed intus manet siccus. Si uasi pleno aceto guttam mellis infundas, mel perdis & acetum non immutabis. Per leonem igitur carnes comedentem intelligũtur

homines carnales qui nihil spũale accipere pñt, quia non est natura sua .i. consuetudo sua appetere herbas uirentes, i. cælestes amænitates, sed carnes, i. carnales
1. Cor. 2 uoluptates. Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei. Per lapidem intelliguntur superbi qui
Iob. 41. habent cor durum. Cor eius indurabitur sicut lapis, Et ideo pluuia spiritus sancti cor eius deforis tm̃ attingit. Intus aũt intrare non potest, quia cor eius durum & clausum habet. Et ideo interius siccus rema-
Ps. 142. net. Et dicere põt illud. Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Per acetum intelliguntur auari, qui hñt cor plenum aceto.i. amore mundano. Ideo si aliqua dulcedo spiritus sancti cor eius intrauerit, nõ põt sentiri, qa præ abundantia amoris mũdani perditur & suffocatur, ideo dicit Aug. super illud: Diligite dñm omnes sancti eius Disce non diligere mundũ, ut discas diligere ipsum Deum. Auerte ut conuertaris. Funde vt implearis. Secundo ista tria peccata sancto spiritui iam recepto malã remunerationem impẽdunt. Sicut .n. dicit Aug. immo Innocentius tertius in quadã decretali. Tria sunt quæ male remunerãt hospites suos, s. mus in pera, ignis in sinu, & serpẽs in gremio. Mus in pera est superbia in aĩa, quæ oĩa bona spiritualia
Ezec. 6. comedit & corrodit. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ uelut taurus, ne forte elidatur uirtus tua per superbiã, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris uelut lignum aridum in heremo.
Iob. 31. Ignis in sinu est auaritia in affectu, quę oĩa spiritualia quæ in aĩa inuenit, annihilat & consumit. Ignis est vsq; ad consumptionẽ deuorans & oĩa eradicans ge-
Pro. 30. nimina &c. Iste est ille ignis de quo dr̃: Ignis.n. nunq̃ dicit sufficit. Serpẽs in gremio est luxuria in aĩo, quæ
Prou. 5. ibi uenenum diffundit & uitam grãæ extinguit. Fauus
& 33. distillans labia meretricis. Ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit ut coluber, & quasi regulus uenena diffundet. Tertio ista tria quæ dicta sunt spiritum sanctum male remuneratum expellũt. Sicut autem

tē colligitur ex dictis Salomonis & quædā glosa hoc tāgit. Tria sunt quę expellūt hoīem de domo.s. fumus stillicidiū, & mala uxor. Per fumū intelligit superbia q̄ in altum ascendit,& cito deficit. Ascēdit fumus &c. Iste fumus sup̄biæ spiritū sanctū de corde expellit, & ne reuertatur sp̄ resistit. Dura ceruice & incircūcisi cor dibus sp̄ uos spūi sancto restitistis. Per stillicidiū intelligitur ipsa auaritia,q̄a stillicidiū hoiem in domo inquietat,sic auaritia uarijs sollicitudinibus & diuitijs aīam suffocat,iuxta illud: A sollicitudinibus suffocan tur. Tales.n.spiritū sanctū expellunt,cum tñ dicat:Spi ritū nolite extinguere. Per malā uxorē intelligit carnalis concupiscentia,quæ sp̄ cum rōne litigat, iuxta il lud:Caro cōcupiscit aduersus spiritum.Et isti tales spi ritū sctm̄ & filium Dei pedibus immundis conculcāt & cōtumelia dehonorant. Quanto magis putatis dete riora mereri supplicia,qui filiū Dei conculcauerit, & spiritui gratię cōtumeliā fecerit?De hac uxore siue cō cupiscētia carnali, Prudētia carnis mors est. Voluptas .n.carnis ita tenet hoīem in delitijs,q̄ ad æternas deli tias peruenire non desiderat. Vñ in figura huius dr̄; q̄ fecit Hieroboam duos uitulos aureos,unum in dan,alium in Bethel ne populus reuerteretur in Hierusalē, sed ipsos adoraret.Qui uituli sunt duplex lasciuia.s.uo luptas carnis,& uanitas mundi,quas tam clerici quam laici adorant,& ad cœlestem Hierusalem ire non labo rant. Ad hunc uitulum cōflatilem faciendum populus Israel inaures proiecit, quia quicquid habet homo pre ciosum ad hoc expendit, ut uoluptas uel uanitas impleatur. Et sic uoluptas carnalis spiritū sctm̄ expellit.

Act 7.
Luc.8.
1.Thi.5
Gal.5.
Heb.10
Rom.8.
3.Re.12

Sermo clxij De eodem Sermo v Spiritus S. igni comparatur, quo ad similitudinem, & quo ad uirtutem, qualis extiterit, quomodo extinguatur, & quomodo conseruatur.

IGnē ueni mittere in terram. Et quid uolo nisi ut accendatur? De isto igne spiritus sancti quatuor sunt uidenda. Primo qualis fuerit quantum ad similitudinem Luc.12.

dinem: quia uenit in similitudinē linguę. Et potissima ratio fuit ut hic ostēdatur quale idioma sit in cęlo: qa
Prouincię Dei tres. ibi non sunt nisi uerba ignita, & uerba amoris. Deus. n. tres prouincias fecit. s. prouinciam cęlestem: ꝓuinciā terrestrem: & prouinciā infernalem. Et in qualibet ꝓuincia posuit proprium idioma. Est. n. idioma prouinciæ cęlestis Deū laudare & benedicere.
Ps. 83. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Et idioma prouinciæ terrestris est de terrenis
Ioan. 3. tractare. Qui de terra est, de terra loquitur. Sed linguagium prouinciæ infernalis est maledicere & blasphemare.
Esa. 8. Cum esurierit irascetur, & maledicet regi suo, & Deo suo Cognoscitur autem quisque de qua prouincia sit p idioma & ex idiomate suo seu loquela. Vn̄ di-
Mat. 26 ctum fuit Petro, Galileus es. nam & loquela tua manifestum te facit. Cum igitur quis loquit̄ uerba laudis, & ædificationis proximi, signū est ꝙ est de prouincia cœli & de prouincia cœlesti. Vnde dicebat dominus,
Ioan. 8. Quare loquelam meam non cognoscitis? Qn̄ aūt quis loquitur uerba terrena, signum est, ꝙ est de prouincia
1. Io. 4. mundi seu terrestri. Ipsi de mundo sunt, & de mūdo loquuntur, & mundus eos audit. Quando uero aliquis loquitur uerba mendacij, & blasphemiæ, tunc signum est ꝙ est de ꝓfessione & ꝓuincia ipsius miserabilis inferni: quia istud est propriū idioma dęmonis inferna-
Ioan. 8. lis. Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. Secundo uidendum est qualis sit iste ignis quantum ad
Ignis uirtus similiter, & Spiritus sctī. uirtutem. Habet enim uirtutem inclinatiuam: quia alta humiliat, & incinerat & annihilat. hēt uirtutem eleuatiuam, quia sursum fertur & tendit. hēt uirtutem cōadunatiuam: quia fluida solidat & adunat Sic Spiritus sanctus ſm Dionysium in lib. de diuinis nominibus, habet uirtutem inclinatiuam: quia illos quos replet inclinat inferius per sui humilitatem & contemptum.
Psal. Auferes spiritum eorum, scilicet superbiæ, & deficient scilicet a se ipsis, & in puluerem suum reuertentur per sui annihilationem & contemptum. Secūdo habet uirtutem

tutem eleuatiuam: quia eleuat eos superius per deside rium ęternorum. Eleuauit me spiritus inter terram & cęlum, duxit me in Hierusalem in uisione Dei. Tertio habet uirtutem coadunatiuam p cōcordiā & unitatē morum. Solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Virtus nanq; ignis in hoc considerať; qa sub sternit sibi oīa alia elementa. s. terram in carbonibus, aerem in flamma, aquam in baleno calido. Sic & Spiritus sanctus substernit sibi terrenā cupiditatē. Greg. in homil. Quia Spiritus sanctus apostolos in tantę celsitudinis culmen erexit, quid aliud dixerim, nisi q mētes terrenorum cęlos fecit? Ambitiosam uanitatem. Qui emittit fontes in conuallib. i. gratiam suam præstat humilibus. Et voluptuosam carnalitatem. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Tertio uidendum est qualiter iste ignis extinguitur. Nam extinguiť primo per uentum superbiæ. Ventus veniens a regione deserti concussit quatuor angulos domus. Quatuor. n. anguli domus spiritualis sunt fides, spes, charitas, & bona operatio. Secundo per lignorū separōnem. i. per spiritū discordiæ. Sicut. n. anima non uiuificat membra separata, nec ignis inflammat ligna diuisa, sic nec Spiritus sanctus illos inflammat, qui sunt diuisi a Deo p mortalem culpā. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos & Deum uestrum. Vel a pximo discordia mediante seu p discordiam. Omne regnum in seipsum diuisum desolabiť. Vel ab ecclesia per excommunicationis sententiam. Si enim ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnic⁹ & publicanus. Tertio extinguitur per aquam luxuriæ. Ignem ardentem extinguit aqua. Cętera nanque vitia non omnino extinguunt igniculū cordis, quin aliquando ibi remaneāt aliquę affectiones bonæ uoluntatis. Luxuria aūt adeo extinguit q nihil spirituale in corde relinquitur, sed totus homo caro efficitur. Quartò videndum est qualiter iste ignis conseruatur. Et hoc fit per lignorum appositionem, id est bonorum operum multiplicationem.

Eze. 8.
Ephes. 4
Ps. 103.
Gal. 4.
Iob. 1.
Esa. 59.
Luc. 11.
Mat. 18
Eccle. 3

Si-

Eccl.28 Sicut ligna siluæ sic ignis exardescet. Ignis in altari
Leuit.6 meo sp ardebit, quem nutriet sacerdos subijciens li-
gna per singulos dies. Secundo per cineris aspersio-
Iob. 16. nem, i. memoriæ mortis superinductionem. Operui ci
2.Cor.4 nere carnem meam. Habemus thesaurum istum in ua-
sis fictilib. Tertio per sufflationem, i. frequentem medi
Ecc.28. tationem. Si sufflaueris quasi ignis exardebit. Nihilo-
Ioã. 20. minus & ipse Christus sufflat. Insufflauit & dixit: Ac-
cipite Spiritum sanctum. Quarto p diligentem ab om
Pro.13. ni contrario conseruationẽ, i. per malarum societatũ
uitationem. Ex mala enim societate homo peruertit:
in intellectu quantum ad cognoscẽda. Qui cum sapiẽ
tibus graditur, sapiens erit. Amicus stultorum efficiet
Eccl.13 similis. Inquinat in affectu quantum ad diligẽda. Qui
Hier.1. tetigerit picem inquinabitur ab ea. Et emollescit in
affectu quantum ad operandum. Recedite de medio
Babylonis ne forte emollescat cor vestrum.

Sermo clxiij De eodem sermo vi. Spiritus sanctus, vnde, qualiter, ad quos & quare missus est.

Thre.2. De excelso misit ignem in ossibus meis & erudiuit
me. Hæc possunt esse uerba ecclesię recolentis
aduentum Spiritus sancti in apostolos, per quos ad fi
In trini dẽ est erudita. In quib. verbis quatuor ostendunt. Pri-
tate ex- mo unde missus est: quia de excelso. In beata quidem
celsum Trinitate est quadruplex excelsum. Primũ est in fini-
quadru tæ ptãtis. Excelsior quidem cœlo est, & quid facies? Se
plex. cundum est infinitę uarietatis, p quod omnia prospi-
Iob.2. cit & cognoscit. Dñs prospexit de excelso sancto suo.
f. 13. Tertium est infinitę charitatis. Vidit dominum seden
Esa. 6. tem super solium excelsum & eleuatum.
Psa.137 Quartum est infinitę bonitatis, per quod oculo mi-
sericordiæ nos respicit. Excelsus dominus & humi-
lia respicit De isto quadruplici excelso iste ignis san
cti spiritus in apostolos est missus. In ipsis enim erat
quadruplex defectus.

Pri-

Primus quantum ad interpretatiuam: quia timidi erant confiteri Christum. Sicut patet in principe apostolorum, qui dum mori timuit uitam negauit. Scd̃us est quantum ad intellectiuam: quia multa ignorabãt. quæ tñ ipsos scire expediebat. Adhuc habeo uobis multa dicere, sed nõ potestis portare modo. Tertius quantum ad affectiuam: quia in amore Dei adhuc tepidi & frigidi erant, nec Christum eo mõ diligebãt, quo eũ diligere debebant. Si diligeretis me, gauderetis utiq; quia uado ad patrem. Quartus quantũ ad operatiuam: quia infirmi erant ad aggrediendum opera fortia & uirtuosa. Nemo immittit commissuram panni rudis in uestimentum uetus &c. quia igitur habebant defectum quantum ad interpretatiuam missus est spiritus sanctus de excelso infinitæ ptãtis, ut timidos roboraret: qui .n. prius timebant tacendo, postmodum non timuerunt cum fiducia confitendo. Repleti spiritu sancto loquebãtur cum fiducia uerbum Dei. Qui prius timebant confiteri in una lingua: postmodum sunt confessi in omnibus linguis. Cœperunt loqui uarijs linguis. Et qui prius timebant fragilem mulierem, postmodum non timuerunt principem neque imperatorem. Obedire magis oportet Deo quã hominibus. Secundò quia habebant defectum quantum ad intellectiuam, missus est de excelso ueritatis infinitæ, ut inscios edoceret. Cum autem uenerit spiritus ueritatis docebit uos omnem ueritatem, scilicet uitæ & doctrinæ & iustitiæ. Sobrietatem enim & sapientiam docet atque iustitiam & ueritatem: quibus utilius nihil est in uita hominibus: sobrietatem quo ad ueritatem uitæ: Et prudentiam quo ad ueritatem doctrinæ: & iustitiam quo ad ueritatem iustitię.

Ioã. 16.
Ioã. 14.
Matt. 9.
Act. 3.
Act. 2.
Ibid. 5.
Ioã. 16.
Sap. 8.

Tertio: quia habebãt defectũ quo ad affectiuã, missus est de excelso infinitę charitatis, ut frigidos inflãmaret. Inflammauit .n. corda eorum. Grego. Foris apparẽtibus linguis igneis, intus facta sunt corda inflãma-

ma-

matiua. Eorum uerba. Grego. In igneis linguis apparuit spiritus: quia omnes quos repleuerat ardentes pa

Iob. 27. riter & loquentes facit. Etiam eorum opera. Nonne vestimenta tua calida sunt cũ perflata fuerit terra austro? Quarto ipsi habebant defectum quãtum ad operatiuam, missus est de excelso infinitæ bonitatis, ut eos perficeret & consummaret. Nam qui prius faciebant opera debilia: postmodum aggressi sunt fortia. Aggressi sunt quoddam opus quod est supra naturã, .i. castitatem seruare. Hiero. In carne præter carnem uiuere, non humanum, sed angelicum esse puto. Et quoddã opus quod est contra naturam. s. mortem affe

Act. 21. ctare. Ego nõ solum alligari, sed & mori paratus sum pro noie dñi Iesu. Quoddam quod est contra consuetudinem humanam. s. diuitias contemnere. Argentũ

Ibid. 3. & aurum non est mihi &c. Et quoddam quod est contra rõnem. s. Deum credere trinum & unum: de uirgine natum & passum. Ista. n. credere non potuerũt ni-

Sap. 9. si per Spm̃ sanctum. Sensum aũt tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris eis Spiritum sanctũ de altissimis? Quoddam quod est supra humanam cõditionem, s. nullam ad malum hr̃e promptitudinem: quia sicut dicitur Gen. 8. Sensus & cogitatio humani cordis prona sunt ad malum ab adoloscentia sua: In apostolis aũt fuit quidem natura ad malũ prona, sed

Psal. 74. in bonum cõfirmata. Ego confirmaui columnas eius. Secundo ostẽditur qualiter sit missus: quia in specie ignis. cum dicitur, misit ignem: de quo cantat ecclesia, aduenit ignis diuinus nõ cõburẽs, sed illuminãs; non consumens, sed lucens. Ex quo habetur, ꝙ iste ignis non fuit carbo nec flamma, sed lux. Carbo. n. est ignis in materia terrestri. Et ideo non apparuit in specie carbonis: quia illos quos replet non facit prædicare pp terrenum quæstum, sed propter cœleste præ-

1. Cor. 9 mium. Quæ est. n. merces mea, ut euangelium &c. Nec apparuit in specie flammæ: quia flãma est ignis in materia aeris, spũs aũt sanctus illos quos replet,

non facit prædicare pp fauorem humanum, sed pp honorem diuinum. Si adhuc omnibus placerem Christi seruus non essem. Apparuit ergo in specie lucis quæ est duplex & purissima: quia quos replet prædicare facit ex sincera intentione, s. pp utilitatem proximi & honorem Dei. Non quæro datũ. sed quæro fructũ &c. Tertio quæritur in quos sit emissus, s. in apostolos cũ dr̃: In omnibus meis. Apostoli enim dicuntur ossa: q̃a fuerunt exterius duri per passionum tolerationem. Solidissimi quasi ęre fusi sunt; fuerunt solidi, quia minas non timebant: solidiores: uerba cõtemnebant: solidissimi, quia mortem despiciebant. Interius autẽ fuerunt medullis pleni per deuotionẽ. Medullis ossa illius irrigãtur. Medulla. n. ſm Rabanum dicitur ex eo ꝙ madefacit ossa. Et est calidæ naturæ & dulcis saporis: quia deuotio spiritualis animam aridam madefacit: frigidam accendit; & mundi amaritudinem in cęlestẽ dulcedinẽ conuertit. Quarto ostenditur quare missus est, cum dicitur: Et erudiuit me. Spiritus nanque sanctus apostolos erudiuit, nam in credendus dedit eis plenã ueritatem, unde dicitur: Spiritus veritatis. Spiritum ueritatis quem mundus non potest accipere. In diligendis dedit ordinatam charitatem, ideo dicitur: Spiritus charitatis. Deus charitas est &c. in operandis dedit perfectam sanctitatem. Et ideo uocatur spiritus sanctus. Paraclytus aũt spiritus &c. In sustinendis dedit consolationem & iucunditatẽ. Cum uenerit paraclytus &c.

Gal. 1. — Phil. 4. — Iob. 22. — Ibid. 21 — Ioã. 14. — 1. Io. 4. — Ioã. 14. — Ibid. 15

Sermo clxiiij. Eodem die sermo vij. Spiritus sancti missio, confirmatio & manifestatio insinuatur.

Siquis diligit me sermonem meum seruabit &c. Circa aduentũ spiritus sancti in supradictis uerbis tria ponuntur. Primo ipsius spiritus aduẽtus siue missio cũ dicitur: Ad eum veniemus. Secundo missi confirmatio cum dicitur: Et mãsionem apud eum faciemus. Tertio ipsius missi & cõfirmati manifestatio cum dr̃, in principio.

Ioã. 13.

cipio. Si quis diligit me sermonē meū seruabit. Circa primum notandum quod quatuor sunt q̄ disponūt ad spiritus sancti aduentum & missionē. Primū est deuota oratio, cū libēter hō ad illud hospitium uadit ad quod inuitatur. Nostræ autē orones sunt quædam inuitationes. Quod aūt nostra oratio requiratur docet Christus. Rogabo patrē meū & alium paraclytum dabit uobis. Docet totus apostolorū cętus de quibus dr: Orantibus apostolis &c. Docet propheta qui orando dixit: Cor mundum &c. Docet uniuersalis ecclesia q̄ dicit: Veni sancte spūs. Secundū est profunda humiliatio. Libenter hō ad illud hospitium uadit ubi honorari se credit. Humilitas aūt spiritui sancto honorē facit iuxta illud: Magna potentia Dei solius & ab humilibus honorat. Aqua aūt spūs sancti nō fluit in montibus superborū, sed in vallibus humilium. Qui emittit fontes in cōuallibus inter medium montium ptransibunt aquæ. Duo mōtes sunt duæ species superbię. vna q̄ nascit ex re temporali, & alia quæ nascit ex re spirituali. In medio istorum montium transit humilitas, q̄ sp tenet medium non declinans ad aliquam illarū specierum. Et in isto medio aquæ trāseunt gratiarum. Tertium est cordis purificatio. Libēter.n. hō hospitat in hospitio mundo, sic spiritus sanctus habitat in corde puro: p̄ s. Domum tuam domine decet sanctitudo in longitudine dierum. Gregor. Tergat ergo sordes praui operis qui Deo p̄parat domum mentis. Est autē mundandus intellectus ab omni praua cogitatione. Sic ēt affectus ab oī inordinato amore. Opus exteri⁹ a negligētia & torpore. Hoc significatū est. Vbi dr ꝙ mūdauerūt populū, portas & murū. Per populū intelligitur turba cogitationū, p portas cōsēsus volūtatis: p murū bona.s. opera, q̄ animū muniunt ne ab ipsis superet hostib. Quartū est mētis trāquilla uacatio. Libēter.n. hō ad illud hospitium diuertit in quo quietē inuenire se credit. Hinc est ꝙ apostoli receperunt spiritum sanctū sedentes.i. a curis secularibus quiescētes.

Ad spūs S. missionem 4. dispo nunt.

Ioā. 14.

Eccle. 3

Ps. 103.

Neē. 11

Hinc est q̧ filij Israel acceperunt manna in solitudine,i Spiritus sctĩ dulcedinem in mẽtis qete. Hinc est q̧ Helyas in solitudine mane & vespere pane & carnib.pascebať,ueniens aũt ad populum vix bucellã panis inuenit: quia hõ in mentis quiete diuinas consolationes recipit,in turbatione aũt famẽ inuenit. Secũdo sunt q̃dã q̃ disponunt ad ipsius Spiritus sancti confirmationẽ cum dr̃: Et mansionẽ apud eũ faciemus.Et ista sunt quatuor. Primum est meditatio mortis. Sicut .n. materialis ignis conseruať sub cinere, sic Spiritus sanctus sub mortis meditatione. Memoria.n.mortis gratiã cõseruat:qa facit humilẽ animũ.Quid superbis terra & cinis? Vitat casum. In omnib.operibus tuis memorare nouissima tua & in ęternũ nõ peccabis.Dat ꝓfectũ: Greg. ualde se sollicitat in bono opere,q semper cogitat de extremo fine Secundũ est mortificatio carnis. Carnes.n.conseruãtur ex salis appositione.Sic Spiritus sanctus ex carnis mortificatione. Omnis uictima sale salietur. Aquæ stantes ſm Ambr.putrescũt, sed per diuersos lapides currentes in suo uigore persistunt. Sic aĩa stans in ocio putrescit cito ex peccato, sed qñ inter diuersos lapides uigiliarum & ieiuniorum frangitur, in gratia conseruatur. Et ſm Augustinum in libro de ciuitate Dei. Est quidam fons,qui in die frigescit,in nocte calescit: quia ignis Spiritus sancti in prosperitate extinguiť, & in asperitate pęnitentiæ conseruatur. Tertium est diuini timoris pręsentia. Sic enim domus stare non põt, si non hẽt stabile fundamentum & forte tectum,sic nec anima si non habet timorem: q̧ timor sit fundm̃ dicitur: Si non in timore domini instanter tenueris te: cito subuertetur domus tua. Et quòd sit tectum. Timor domini super omnia se superposuit. Quartum est custodia exterioris hominis: sicut .n. vas plenum balsamo apertum relictum,citò effudiť,sic balsamum gratiæ Dei in Eua effusum est,& in Adam per omnes quinque sensus,scilicet,uisum,auditum,gustum,odoratum,& tactum.Gra

Ad Spiritus S. cõfirmationẽ 4. disponunt.

Eccl. 10 & 7.

Matt. 9.

Eccl. 27

Ibid. 25

Ibid.20 tiæ fatuorum effundent. Tertio sunt quædam quæ faciunt ad Spiritus sancti missi & cõfirmati ostensionẽ. Et illa sunt quatuor: Spiritus.n.sanctus ostensus est in quadruplici signo.s nubis, columbæ, flatus, & ignis, p q̄ datur intelligi ꝙ quatuor sunt signa, per quæ quis pōt agnoscere se habere Spiritũ sanctũ. Primũ signũ est abundantia lachrymarum. Et iõ apparuit in specie nubis super Christũ trãsfiguratum. Flauit spiritus eius & fluent aquę. Spiritus domini ferebaẗ super aquas.s. lachrymarum. Secundum est dimissio iniuriarum. Et iõ apparuit in specie colũbæ, q̄ felle caret, & ideo uocaẗ Spiritus sanctus suauis, benignus, & humanus: q̄a facit homines suaues in corde, benignos in sermone, & humanos in oĩ conuersatione. Tertium est contẽptus temporalium, & ideo apparuit in specie flatus: quia omnia temporalia facit contemnere tanquam flatum, vaporem, & fumum. Et ideo legitur de Sansone, ꝙ cũ spiritus dñi in eum irruit, Leonẽ interfecit, Philistęos superauit, uincula rupit. Per leonem intelligiẗ superbia. Per Philistęos qui interpretanẗ cadẽtes, intelligũtur diuitiæ siue ipsa auaritia: quia sicut dr̃: Qui confidit in diuitijs corruet, sed p vincula intelligitur ipsa carnalis concupiscentia, iuxta illud: Vincula enim sunt manus illius. Quartum est desideriũ supernorũ, iõ apparuit in specie ignis, qui semper habet sursum ferri. Eleuauit me spũs in terrã & cęlum. Vbicunque ergo est fumus aromaticus sancti desiderij, signum est ꝙ ibi sit ignis Spiritus sancti. Greg. Qui mente integra dñm desiderat profecto iam habet quem amat.

Spũs sãctus 4. ostẽdiẗ. — Psa.147 — Gen. 1. — Sap. 7. — Pro. 11. — Eccl. 7. — Eze.8.

Sermo clxv. De sancta trinitate ser. j. Quomodo non curiose inuestiganda, sed fideliter credenda, atque glorificanda sit, declaratur.

Ro. 11. Trinitatis festũ diuersimode celebraẗ.



O Altidudo diuitiarum sapię & sciẽtię Dei. Festũ sanctæ Trinitatis q̄dã celebrãt in Dominica q̄ est octaua Penthecostes, q̄ est principium dominicarum,

tum, ad innuēdum ꝙ Deus est prima cā oīum. Sed alij celebrant illud festum in ultima dñica ad innuendum ꝙ Deus est finis oīum. Alij nunquam celebrant contenti illa laude continua trinitatis qua dr̄: Gloria patri & filio &c. ut ostēdatur ꝙ est gubernatrix & conseruatrix omnium. Apostolus igitur licet raptus fuerit usque ad tertiū cœlū, tñ non est ausus mysterium trinitatis curiosè inuestigare. Sed in uerba admirationis & laudis prorumpens dicit: O altitudo diuitiarū. In quibus uerbis tria ponit. Primo ꝙ ipsa B Trinitas non est curiosè inuestiganda cum dr̄: O altitudo diuitiarum sapiæ & scientiæ Dei &c. Curiosè n. hoc inuestigare uanum esset ac periculosum & confusione dignum. Vanū quidē esset: quia intentū suū consequi non posset. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris &c. Vñ legitur ꝙ eo tpe quo B. Aug. libros de trinitate faciebat, quendam puerulum in litore maris inuenit, qui cum quodam cocleari argenteo aquam maris in quandā paruam foueā refundebat dicens, se uello totū mare in illā foueā refundere. Quo Aug. prouocatus, qūo hoc posset fieri cum mare sit magnum, & coclear modicū, ac fouea parua. Et iste: Facilius est mihi hoc agere quā tibi id qđ cogitas adimplere. Cogitas. n. in libro tuo mysterium trinitatis comprehendere, cū liber tuus sit parua fouea ad recipiendū, ingeniū tuū modicum coclear ad inquirēdū, & trinitas ipsa, immēsum pelagus ad exhauriendū. Statimq; puer disparuit. Secundo hoc esset periculosum: qa ex nimia immēsitate luminis posset incurrere cęcitatē erroris. Sicut qui mel multū comedit non est ei bonū, sic qui perscrutator est maiestatis opprimet à gloria. Aug. ī lib. de trinitate ubi quæritur unitas trinitatis, patris & filij & spiritus sctī, nusquā periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur: unde legitur in apocriphis Esdræ, quòd cum ipse Esdras profunda Dei inquirere uellet ad seipsum reductus est, ne supra se nimis eleuaretur, Angelo si-

Trinitas quare non curiosè inuestiganda.

Eccle. 3

Notandum.

Pro. 25.

bi dicentem. Si uales flammam ignis pondera, flatum uenti mensura, diem præteritam reuoca: quasi dicat: Si hæc quæ infima sunt non uales comprehendere, quo hæc quæ diuina sunt ualebis attingere? Tertio hoc esset confusione dignum. Dixit enim rabi Moyses ꝙ cũ mutuo se dilexerunt, ꝙ quicunq; ingenium suum ponit circa quatuor, recipiet confusionem. Qñ. s. uult scire quid est in summo, qñ uult scire quid est in imo, qd fuit primo, & quid erit ultra. summum & primum uocat Deum, in q̃tum est principium oĩum, imum & ultimum uocat ipsum inquantum est finis oĩum: Quâtum enim ad ista Deus est inuestigabilis. Dr̃ de Seraphin ꝙ duabus alis uelabant faciem eius. Et duabus uelabant pedes eius. Velant igitur caput & pedes: quia Deus prout est principium & finis est nobis inuestigabilis. Media aũt non sunt uelata; quia ea quæ sunt a principio in finem, id est diuini effectus nobis cognita sunt. Secundo ponit apostolus ꝙ ipsa B. Trinitas fideliter est credenda, cum dicit: Qm̃ ex ipso & per ipsum &c. Vbi ponit & trinitatem personarum, cum dicit: Qm̃ ex ipso &c. Et unitatem essentiæ, cum dicit; Ipsi gloria in secula. Ista enim fides nostra adiuuari potest scripturarum testimonijs, creaturarũ uestigijs, & ostensis miraculis. Potest autem hoc ostendi per auctoritatem diuinam, angelicam, & humanam. De diuina dicitur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã. ꝙ ergo dicitur: Faciamus, & nostrã, personarum pluralitatem respicit. ꝙ uero in singulari numero dicit similitudinem & imaginem, substantiæ respicit unitatem. Hoc ẽt ostenditur per auctoritatẽ angelicam, quia angeli quotidie exclamant & dñt, Sanctus, sanctus, sanctus dñs Deus Sabaoth exercituum &c. ꝙ ter dñt sanctus, pertinet ad trinitatem ꝑsonarũ, ꝙ semel dñt dñs Deus ad unitatẽ essentiæ. Hoc ẽt ostẽdit̃ ꝑ auctoritatẽ humanam. s. propheticã. Benedicat nos Deus Deus nr̃ &c. Apostolicã. Tres sunt q testimoniũ dãt in cęlo: pater, uerbũ, & spũs sanctus. Et hi tres unũ sunt. Et per aucto-

[Margin notes: Cõfusionem circa 4. ingenium recipit. — Esa. 6. — Trinitatẽ ꝑsonarum & unitatẽ essentię tria ostẽdunt. — Gene. 1. — 1. Io. 5. — Mat. vl.]

auctoritatē euāgelicā. Baptizantes in nomine patris, & filij, & spūs sancti. Secūdo adiuuatur ipsa fides nr̄a qua credimus Deum esse trinū, & unū, ex creaturarū uestigijs. Et istud uestigiū inuenitur in creaturis superioribus. sicut in sole in quo secundū beatū Aug. tria considerantur. s. quod est, qđ lucet, & quod calet. i. substātia solis, radius, & calor. Radius de sole nascit᷑, q̄a filius de patre generatur: Calor aūt ab utroq; ꝓuenit, q̄a spūs sanctus ab vtroq; procedit. Substantia uero solis a nulla creatura causatur, q̄a pater a nullo deriuatur. In creaturis inferioribus sicut patet in aqua, una est aqua ī fonte, in riuo, & stagno. Sed riuus est a fonte, stagnū ab utroq;, fons a nullo. In creaturis medijs sic ut in hoīe in quo est una aīa ī tribus potētijs, de q̄bus dicit August. Non sufficit solus intellectus, nisi sit uoluntas in amore Dei, nec duo sufficiūt, nisi memoria addatur, q̄a semper in aīa intelligētis maneat Deus. Tertio adiuuatur ostensis miraculis, quorū unū ponit Eusebius, quòd circa natiuitatē Christi tres soles in oriente apparuerunt, qui paulatim in unū solē redacti sunt. Aliud ponit Eutropius; quod dum quidā Arrianus quendam baptizaret, & formam trinitatis ꝑuerteret, mox aqua disparuit. Tertio ponit Fulgibert⁹ quòd episcopo nanstensi missā celebranti, tres guttæ clarissimæ super altare cęlitus sūt emissæ, quæ sibi appropinquātes, unā gemmam pulcherrimā effecerūt, quam cum in quadā cruce ubi erant multæ gēmę posuisset, illę tantam eius excellentiā nō ferentes de cruce protinus ceciderunt. Tertio dicit apostolus q̄ ipsa beata trinitas, & unitas est a nobis glorificāda: cū ait: Ipsi gloria in sæcula sęculorū amen. Debemus ipsam glorificare propter debitum, q̄a propter ipsam homo est formatus. Populum iustum formaui mihi, & laudem meam narrabit. Propter meritum. Quicunq; honorificauerit me glorificabo eum. Propter exemplū; q̄a ipsā glorificat creatura insensibilis. Cœli enarrāt gloriam Dei. Irrationalis creatura. Glorificabit me

Trinitas laudanda.
Esa. 43.
1. Reg. 25.
Psal. 18.
Esa. 43.

bestia agri & dracones. Creatura intellectualis. Vbi
Iob. 38. eras qñ me glorificabant astra matutina? Et iõ debet
istam diuinã trinitatem glorificare creatura rationalis, ut uerificetur illud quod dicit Augustinus. Nõ cessat nec tacet laudes tuas uniuersa creatura tua.

Sermo clxvi. De sancta trinitate sermo secundus. Quid de Deo credendum. Quid ab eo petendum, & qualiter ei seruiendum insinuans.

BEne dicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus &c. Propheta spũ sancto inspiratus mysteriũ nobis apperiẽs tria dicit: Primo qd de eo sit credẽdũ. Secundo qd ab eo sit petendũ. Tertio qualiter sit ei seruiẽdum. De Deo autẽ est credendũ ꝙ sit trinus, iõ ponit ibi ter Deus: ex eo qđ sit unus, Iõ in singulare ponit benedicat. Et licet istud sit supra nos, tñ in creaturis aliqualiter elucescit. Et primo in creaturis uniuersalibus in qbus inuenimus magnitudinẽ ꝑ quã intelligit patris potẽtia, speciẽ & pulchritudinẽ, ꝑ q̃ intelligit filij sapiẽtia, de his duobus dr: A magnitudine. n. speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit eorũ creator uideri. Vtilitatem ꝑ quã intelligit spũs sãcti bonitas & clemẽtia. Vidit enim Deus cuncta q̃ fecerat & erãt ualde bona. Scđo elucescit in creaturis in particulari sicut in igne: in quo quidem est species ignis, splẽdor, & calor. Splẽdor ab igne nascit. Calor ab igne & splẽdore generatur. Vñ dicit Aug. splẽdor est de igne & tñ coęqua sũt. Da. n. mihi ignẽ sine splẽdore, & credã p̃rem esse sine filio. Tertio in creatura spirituali, sicut in anima, vñ dicit Aug. de trini. Mens amor & notitia eius tria quædam sunt. Mens enim nouit se & amat se, & cum se cognoscit notitiã suam gignit & est parens suæ notitiæ. tertius est amor qui de ipsa, s. mente & notitia ꝓcedit, cũ mens se cognoscens diligit se. Quarto in sęcularibus disciplinis. Vñ dicit Faustus in libro de fide catholica: Tres tm̃ personę liberalia studia senserũt. Nunq̃. n. in arte grãmatica,

Margin notes: Trinitas in creaturis. Sap. 13. Gene. 1.

tica, nisi primã, scdam, & tertiã psonã inuenimus. Etiã inuenit̃ una dictio q̃ est unica in uoce & triplex in sign̄atione, vt hæc dictio amor, quæ pōt esse alicuius nomē ꝓpriū, & est nomē cōe, & uerbū. Quinto in numeris. Vn̄ dicit philosophus, primo cęli. cij. & substinemus ipsū, i. numerū trinariū q. legē nobis, & ſm istū numerū tenemur magnificare dn̄m creatorē, remotū a modis creaturarū &c. Non aūt intelligēdū est ꝙ ipse posuerit numerū ternariū in psonis diuinis, qa hoc nō cognouit. Sed vult dicere ꝙ antiq utebant̃ numero ternario in sacrificijs & orationib. pp quādā numeri pfectionē. Scđo ꝓpheta ponit qd sit ab eo petendū, qa benedictio, cū dicit. Benedicat nos De⁹ &c. Inuocatio namq; trinitatis triplicē nobis benedictionē acqrit. Prima cōsistit in terrenorū despectione & cęlestiū cōtēplatione. Quis appēdit trib. digitis molē terræ? quasi dicat null⁹ nisi Deus trin⁹ in sua potētia, sapía, & mīa, quasi trib. digitis molē terræ. i. pōderositatē corporis: appēdit sursum eleuādū ad cōtēnendū terrena & cōtēplandū cęlestia. Sic igit̃ appēsus & eleuatus erat B. Aug. de quo dr̄, ꝙ cū libros de trinitate scriberet, & q̄dā uidua in tribulatione posita ad eū uadens ipsū salutasset, & ipse nihil illi mulieri rn̄deret, ipsa tristis abscessit. Sequenti uero die cū eius missam audiret facta est in extasi mētis & rapta in cœlū, ibidē uidit August. facie inclinata de trinitate disputātem. Factaq; est uox ad eā dicens: Cum ad Aug. iuisti, tunc de trinitatis gloria attētissime disputabat. Et iō ꝙ ibi fueris nō aduertit. Scđa cōsistit in tentationū & oīum dæmonū effugatione. Hoc sign̄atum est cum dr̄: Deus hebræorū uocauit nos, ut eamus uiā triū dierū in solitudine, i. ut per fidē trinitatis ei in hac uita in qua peregrini sumus seruiamus, ne forte accidat nobis pestis, i. tentatio quæ est a carne, aut gladius qui est tētatio ab hoste. Istud ēt notat̃ in quodā fideli notario apud Constantinopolim, de quo legit̃, ꝙ cum magus cum duxisset ad quendam locum ubi congregata fuit

multi-

Ex Trinitatis inuocatione.

Esa. 40.

Notandum.

Exod. 5

multitudo dæmonũ, unus sedẽs in throno interrogauit, Si seru⁹ suus erat. Et iste se signans dixit: Ego sum seru⁹ sanctæ trinitatis. Et statim oẽs disparuerunt. Tertia cõsistit in aduersitatum ꝓpulsione. Nã sicut refert Ioã. dam. Cũ apud Cõstãtinopolim grauis pestis eẽt, de medio populi qdã puer in cęlũ rapt⁹ cãticũ sãctæ trinitatis, s. sãcte De⁹, sãcte fortis, sãcte & misericors saluator miserere nobis, ab angelis est edoctus, qđ cũ prediẽs decãtasset, mox oĩs turbatio cessauit. Tertio ꝓpheta ponit qualr sanctæ trinitati est seruiẽdũ, qa cũ timore, cũ dicit: Et metuãt eum oẽs fines terræ. Circa qđ sciẽdũ ꝙ qdã sunt sub terra, sicut dæmones, & dã-

Iob. 26. nati in aqs pęnarũ positi. Ecce gigãtes gemũt sub aqs. Isti sanctã trinitatẽ & si timore metuunt, tñ odiunt &

Psal. 73 blasphemãt. Superbia eorũ qui te oderunt ascẽdit sp.

Psal. 26 Alij sunt sup terrã sicut sunt angeli & beati. Credo uidere bona dñi in terra uiuentium. Et isti sanctã trini-

Esa. 6. tatẽ amore scõ metuunt, & reuerenť, ac laudãt quotidie dicẽtes: Sanctus sanctus sanctus dñs Deus exercituum. Vñ legiť ꝙ cum qdã uir sanctus, cum alijs psallentibus esset in ecclesia, uidit beatã uirginẽ illuc ad uenientẽ, & ad Gloria pr̃i ꝓfundi inclinantẽ, q cũ eã de hoc ĩterrogasset rñdit, ꝙ qñcũq; ille uersiculus trinitatis ab ecclesia dr̃, tota curia cœlestis sanctæ trinitati inclinat & ipsam reuereť. Alij sunt in medio terræ sicut sunt auari, & terrenorũ cupiditatib dediti. Et isti nõ sunt digni gl̃iam sanctæ trinitatis narrare, ne

Psal. 49 dicať eis illud: Peccatori aũt dixit De⁹, quare tu enarras iustitias meas &c. vñ sicut refert Bonifacius in libro suo quẽ scripsit ad comitissam Matildã. Cum qdã archieps simoniacus per testes cõuinci nõ posset, pceptum est ei ut uersum trinitatis diceret: Et cũ ille sanctam trinitatẽ & maxime spm̃ sanctum noĩare nõ posset, sic deprehẽsus & cõfusus est. Alii sunt in finib. terræ sicut uiri pfecti in qbus terrena absumunť. Et isti

Eccl. 1. beatam trinitatẽ metuunt timore filiali. Plenitudo sapientiæ timor dñi. Et isti semper trinitatem dẽnt lau-

dare

dare ac dicere: Gloria patri & filio & spiritui sancto. Istũ. n. uersum S. Trinitatis Nicęna Synodus edidit. Sed Hieronymus in fine psalmorum dicẽdum ordinauit.

Sermo clxvij Eodem die sermo iij. Trinitas personarum, essentiæ unitas, quædam appropriata, quædamque propria in diuinis esse aperitur.

TRes sunt qui testimoniũ dant in cęlo, s. pater, uerbum & spiritus sanctus. Et hi tres unũ sunt. S. Ioannes euangelista recumbens supra pectus dñi, & fluenta sapiẽ inde hauriens, mysterium S. Trinitatis & unitatis nobis sub breuibus uerbis tradidit dicẽs: Tres sunt. In q̃bus uerbis tria ostenduntur ꝙ in diuinis est trinitas personarũ, & unitas essentiæ, cum dr̃: Tres sunt qui testimoniũ dãt in cęlo &c. Istã autem trinitatẽ, & unitatẽ ꝑsonarũ ostẽdit Dionysius in li. de diuinis noĩb. ꝑ quatuor exempla ostendens ꝙ filius, & spiritus sanctus procedũt a patre sicut duo riui ab uno fonte, sicut duæ pullulationes ab una radice, sicut duo flores ab una arbore, & sicut duo radij ab uno sole: Ait. n. sic Pr̃ est fons deitatis. Filius aũt, & spiritus sanctus riui deitatis si ita oportet dicere pullulationes diuinæ naturę, & sicut flores, & sup substãlia lumina. Q̃uo aũt sint neq; dicere, neq; cogitare est possibile. Procedunt igit̃ primo sicut duo riui ab uno fonte. Pr̃. n. est instar fontis. Filius instar riui a fonte ꝓcedentis. Spũs sc̃tũs instar stagni a fonte & riuo procedẽtis & emanãtis. Sc̃do ꝓcedũt sicut duæ pullulationes ab una radice. A radice quidem ꝓcedit truncus, & a radice & trunco educit̃ ramus. Sic a patre ꝓcedit filius, a pr̃e, & filio, procedit spũs sc̃tũs. Tertio ꝓcedũt sicut duo flores ab una arbore. De arbore q̃dem ꝓcedit flos. & ex arbore & flore nascitur fructus. Sic a patre procedit filius, & ab utroq; spiritus sãctus. Quarto procedunt sicut duo radij ab uno sole. A sole q̃dẽ ꝓcedit splẽdor. A sole, & splendore producit̃ calor. Aug uidemus solẽ ꝑ cęlũ currẽtẽ, lucẽtẽ, & calẽtẽ. Ista igit̃ tria cõsiderãtur in sole. s. cursus, splẽdor, & calor

1. Ioã. 5

Trinitas ꝑsonarũ, & unitatis essentia ꝑ 4. exẽpla declaratur

Ioan. 5. calor: sic in deitate inuenimus patrẽ currẽtẽ.i. potẽtẽ oĩa operantem. Pater meus usque modo operatur. Filium splendentem.i. splendorem suæ sapĩæ effundẽtẽ.
Ibid.1. Erat lux uera &c. Et spm̃ sanctum calẽtem.i. corda in-
Luc. 12. flammantẽ. Ignẽ ueni mittere in terram &c. Secundo ostẽdit Io. ꝙ in diuinis sunt quædã appropriata, cũ dicit, qui testimonium dãt in cœlo. Secũdum aũt glosam Christus habuit triplex testimonium ꝙ sit cęlestis. Primũ est a patre cũ dixit: Hic est filius meus dilectus. Secũdũ aũt a seipso qñ fuit trãsfiguratus. Tertium a spũ sancto qñ in spẽ colũbæ sup eũ apparuit. Et q̃uis istæ operationes fuerint cões, tñ ẜm B. Aug. illius uocis e-latio attribuitur patri, transfiguratio filio, & columbæ formatio spũi sancto. Ponũt aũt sãcti, & alia appropriata diuinis personis, quorũ Aug. in li. de tri. tria ponit dicẽs. In pr̃e unitas, in filio ęqualitas, in spũ sancto unitatis æqualitatisq; cõnexio. In alio quoq; loco appropriat patri potentiã, filio sapĩam, & spũi sancto bonitatẽ. Hilarius uero ĩ li. de trinitate alia tria ponit dicẽs: Aeternitas est in pr̃e, spẽs in imagine, usus ĩ munere. Ex his ergo patet ꝙ patri attribuit᷑ potentia, unitas, & æternitas: Filio sapĩa, ęqualitas, spẽs siue pulchritudo. Spũi sctõ bonitas, nexus, & usus. Horũ aũt rõnẽ breuiter uideamus: pater namq; est fontale principiũ, & attribuitur potẽtia quæ in se includit rõnem principij. Est ẽt principiũ nõ est de principio, iõ sibi attribuitur unitas q̃ sicut principiũ sine principio in numeris inuenit᷑. Est ẽt principiũ oĩs processionis.s. generationis & spirationis, & iõ sibi attribuitur æternitas q̃ est principium oĩs durationis.s. æui & tpis: Filius aũt procedit a patre p modũ intellectus, quo sapĩa perficitur, & iõ sibi attribuitur sapĩa, recipit ẽt inq̃tũ filius a patre genitus eandẽ naturã quã habet generans, iõ sibi attribuitur æqualitas. Est ẽt uerbũ patris in quo tãquam in speculo oĩa resplendẽt atq; relucẽt, & iõ sibi attribuit᷑ spẽs siue pulchritudo. Spiritus sanctus procedit a pr̃e & filio, ut amor cuius obiectum est bonũ, & iõ sibi at-

tribui-

tribuit bonitas. Est et amor patris & filij, quo vniunt & est donũ, quo nos vnit, & iõ sibi attribuit nexus. Pater ĩ amore diuino fruit seipso & diligit filiũ amore fruitionis, ergo Spiritui Sãcto appropriat usus. Vñ B. Aug. Vsũ exponit fruitionẽ. Tertio ponit q̃dã ꝓpria cum dicit: Pr̃, verbũ & Spũs sãctus, quãuis.n. p hoc ab inuicẽ distinguant, nõ diuidunt. Sed sicut hñt vnã essentiã ita hñt vnã virtutẽ, vnã volũtatẽ, & vnã operationẽ. ꝙ.n. quãtũ ad ista quatuor nõ diuidant dr̃: Non põt filius quicquam a se facere. Ecce qa hẽt eandẽ cũ pr̃e virtutẽ. Sicut.n. fili⁹ nõ est a seipso, sed a pr̃e: sic & a seipso nõ hẽt virtutẽ operãdi, sed a pr̃e. Hẽt ẽt a pr̃e candem essentiam. Vñ subditur: Nisi ꝙ viderit patrẽ facientem, qa.n. illa gñatio, qua filius a pr̃e procedit, non est carnalis, sed spũalis, & sensus uisus inter cæteros sensus est magis spiritualis, iõ p sensum uisus exprimitur. Videre.n. patrem facientem nihil aliud est quam ab ipso accipere essentiam & operatiuam uirtutem. Hẽt etiam eandem operationem. Vnde subditur: Quæcunq;.n pater fecerit. Habet etiam eandem cum patre uoluntatem, ideo subditur: Hoc & filius similiter faciet, i. simili uoluntate cum patre. Ioan. 5.

Sermo clxviij. Eodem die sermo quartus. Quomodo patri potentia, filio sapientia, & Spiritui sancto bonitas tribuitur.

POtestas Dei est, & tibi dñe mĩa, q̃a tu reddes vnicuiq; iuxta opa sua. Secũdum sanctos doctores patri attribuitur potentia, filio sapĩa, Spiritui sancto bonitas siue mĩa. Duo prima, s. potentia & mĩa patent in auctoritate ꝑmissa. Tertiũ aũt, s. sapientia notatur cũ dr̃, quia tu reddes vnicuiq; ẜm opera sua. Omne enim iudicium datum est filio, sicut dr̃: Iudex autem indiget sapĩa ad examinãdũ & diffiniendum. Et iõ in hoc quod dr̃: Quia tu reddes unicuiq; ẜm opera sua filij sapientia subintelligitur. Primo igitur potentia attribuitur patri, quamuis.n. filius & Spiritus sanctus sint omnipotentes, pr̃i tñ oĩpotentia attribuitur ne in cor Psal. 61. Ioan. 5.

dibus

dibus simplicium ex eo ꝙ pater dr̄, impotens reputet.
Deũsex Quamuis autem Deus sit omnipotens, sunt tñ sex q̄
supant. ipsum superant & uincũt. Primũ est sua pietas uiscero
Hie.31. sa. Si filius honorabilis mihi Effraim, si puer delica-
tus, qa ex quo locutus sum de eo ego recordabor eius.
Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, mise
oseę.11 rans miserebor eius. Conuersum est cor meum in me,
pariter conturbata est plenitudo mea, non faciã furo-
rem meum. Scđm est oratio nostra lachrymosa. Si con
tra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines
præualebis? Fuit autem cõtra Deum fortis per lachry-
Ibid.12 mas quas effudit. Sic dr̄: Inualuit ad angelũ & confor
4. Reg. tatus est, fleuit & rogauit eum. Hoc etiam notatur de
20. Ezechia rege cuius lachrymę Deum uicerunt. Tertiũ
est charitas affectuosa. Ipsa enim Deum de cœlo ad
terram traxit. Augu. O charitas quantas, & quam ma-
gnas uires habes, Deũ de cœlo ad terrã deposuisti. Ip
Luc.12. sa.n. eum in patibulo ascendere fecit, & coegit. Baptis
ma habeo baptizari, & qũo coarctor, donec perficiat?
Quartum est constantia uirtuosa. Qui enim sibi, & vo
luntati suæ uim faciunt Deum uincunt. regnum cęlo
Mat.11. rum uim patiť, & uiolenti rapiunt illud. Quintum est
3. Reg. humilitas gratiosa, qđ significatum est, ubi.s. dñs dixit
21. Heliæ: Nonne uides Achab humiliatum corã me,
qa igitur humiliatus est mei cã, non inducam malum
in diebus eius. Hoc ẽt manifeste patet in Niniuitis.
2.Thi.2 Sextũ est ueritas uirtuosa. Negare seipsũ nõ põt. Glo.
ꝙ faceret si dicta sua non impleret. Ex hoc.n. uerbo
improperabat Helimus Magus Paulo queadmodũ re
fert Dionysius ĩ libro de diuinis nominib. Dicebat.n.
si oĩpotens est qũo dr̄ aliquid nõ posse a nostro theo-
logo. Et rñdet ipse Dionysius. Etenim suijpsius nega-
tio casus est a ueritate, ueritas autem est existens, a ve-
ritate autem casus, ab existente autem cadere non po-
test Deus. Secundo sapĩa attribuitur filio, & quamuis
pater & etiam spiritus sanctus eandẽ habeant sapien-
tiam, tamen ne ex eo ꝙ dr̄ filius ab imperitis minus
sapiens

sapiens crederetur, iō sibi attribui sapīa, quamuis aūt
sit summe sapiens, tñ scienter se a nobis decipi per- Decipi
mittit. Et hic in venditione emptione, commutatio- sint se
ne, & diuisione. In venditione.n. quia vendēdo nobis Xps ī 4.
regnum cęlorum dimittit se decipi infra dimidium
iusti precij, uendidit enim ipsum apostolis pro retib.
& parua nauicula, Zacheo pro dimidia rerum suarum Mat. 4.
substātia. Viduæ pro duobus minutis: Et quibusdā p Luc. 19.
calice aquæ frigidę. Quibusdam etiam pro sola bona Mat. 10.
voluntate. Hieronymus. Quæ offeruntur non sui pon
dere, sed offerentium voluntate pensant. Aug. Regnū
cęlorum tm̄ ualet quantum habes. nihil uilius cū emi
tur, nihil carius cū possidet. Secundo dimittit se deci
pi in emptione quia vilia nostra, caro pcio emit. Nam 1. Cor. 6
corpus nostrū emit pcio sui sanguinis. Empti estis pre
cio magno. Animā nostram emit positione aīæ suæ. Il
le pro nobis aīam suam posuit &c. Res emit ad cen- 1. Ioā. 3.
tuplum. Pęnitentiam nostram emit pro regno cœlo- Mat. 19.
rum. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnū Ibid. 4.
cœlorum. Tertio permittit se decipi in cōmutatione,
quia aurum suæ gratiæ cōmutat in lutum nostræ cul-
pæ. Quarto permittit se decipi in diuisione. Hō enim Gen. 2.
qnque corpus suum cum Deo & diabolo diuidit, &
dat diabolo iuuentutem, & dat Deo senectutem. Et tñ
Deus accipit ab homine quicquid habere potest. Non
ne si recte offeras & non recte diuidas, peccasti? Tales
enim recte offerunt qñ Deo senectutem suam tri-
buunt. Sed nō recte diuidūt quia Deo dāt ætatē vilio
rem, & dant diabolo meliorē. Tertio bonitas & mīa at
tribuitur spiritui sancto. Et quamuis pater & filius ha
beant eandem misericordiam, tñ quia spiritus dicit
quādam spiritualitem ne hoc de spiritu sancto ab im Miseri-
peritis crederetur, ei bonitas & misericordia attribui cordia
tur, & ipsa eius misericordia, est tanta, q vbique inue Dei quō
nitur. Nam in cœlo est misericordia saluans. Domi- est ubiq;
ne in cœlo misericordia tua. In mundo misericor- Psalm.
dia longanimiter expectans. Expectat vos dominus Esa. 30.
ut mi-

Eccl.51 ut misereatur vestri. In purgatorio est misericordia liberalis. Liberasti me a pressura flammæ quæ circundedit me. Liberasti me secundum multitudinem mīæ nominis tui. In inferno est mīa mitigans quia ibi peccatores puniuntur citra condignum. Nūquam in æternū obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua mīas. Tanta autem est eius mīa & bonitas, ꝙ non vr̄ posse ea quę repugnant suæ bonitati, ut saluandum dānare. Vn̄ dixit angelus qui personam Dei gerebat Loth viro iusto. Non potero facere quicquam donec egrediatis illuc. Non vr̄ posse ea quæ repugnant suæ misericordiæ, sicut peccatorem pœnitentem ad misericordiam nō reuocare seu recipere. Vn̄ dicit Aug. Tardius siquidem vr̄ Deo peccatori venia tradere quā ipsi peccatori. Sic enim festinat absoluere reum a reatu conscientiæ suæ, quasi plus ipsum cruciet compassio miseri, quam ipsum miserum compassio sui. Non ēt vr̄ ea posse quæ repugnant suæ gratiæ, sicut gratiam ab inuito auferre. Vnde dicit Anselmus: Cum Deus velit ꝙ anima habeat rectitudinē uoluntatis, si ab ipsa inuita eam auferret, iā vellet eam nolle quod vult eam velle.

Ps. 76.

Gen. 19

Sermo clxix. De sancto Barnaba sermo j. Quomodo omnia, quæ uere pænitenti atque conuerso conueniunt, ipse habuit.

Act. 4. IOseph q̄ cognominatus est Barnabas ab apostolis, ꝙ interp̄tatū est filius cōsolationis, leuites cyprius gn̄e cum haberet agrum uendidit illum & attulit precium & posuit ante pedes apostolorum. Quilibet vere pęnitens & conuersus quinque dēt habere. Debet namque proficere in gratiā, sperare de venia, satisfacere de offensa, dolere de culpa, & despicere terrena. Ista B. Barnabas a Christo conuersus perfecte habuit quæ in verbis præmissis notatur. Primo nāque profecit in gratia, quod notatur cum dicitur Ioseph quòd interpretatur augmentum. Ipse enim augmentum faciebat, quia de

Pęnitēs debet hr̄e 5.

de uirtutē in uirtutē sp ibat. Ibunt de virtute in uirtu- Psal.83.
tem. Crescite in gratia & cognitione dñi nostri Iesu 1.Pet. 3.
Christi & saluatoris. Debet autē q̄libet iustus profi-
cere quātum ad augmenta uirtutū & extirpationē ui
tiorū, unde dr̄: Crescite, i. de uirtute in uirtutē ꝓfici- Gene.1.
te & multiplicamini. i. uirtutes multas acq̄rite, & re-
plete terrā, i. p bona, opera fructificate, & subijcite eā
.i. sensualitatē rōni supponite, & dominamini pisci-
bus maris. i. motibus luxuriæ. De qua dr̄: Fauus distil Prou. 5.
lans labia meretricis, nouissima aūt illius amara qua
si absinthium. Et volatilibus cœli, i. motibus superbię
FEcit Deus duo luminaria magna, luminare maius ut præesset diei, luminare minus ut pęsset nocti. Gen. I. Per ista duo luminaria magna mundi pñt intelligi duo magna luminaria paradisi, s. Petrus & Paulus. Per luminare maius intelligit Petrus, qa sicut sol est princeps oĩum planetarum & luminarium, sic & Petrus est princeps oĩum aplorum: Sed per luminare minus intelligitur B. Paulus, qa sicut ipsa luna ultima est omnium planetarum, sic & ipse B. Paulus ultimus fuit omnium apostolorum. Luminare autem maius pręest diei, qa Petrus erat apls iudæorũ in qbus erat lux fidei & diuinæ legis. Præest luminare minus nocti, qa & Paulus fuit apls gentium, in quib. erant tenebrę ignorantiæ & infidelitatis. Ista namq; duo luminaria s. sol & luna hñt in effectu magnã ptãtem, in motu magnam uelocitatem, in luce magnã claritatẽ, in situ magnã sublimitatem, & in q̃titate excellẽtem magnitudinem. Et isti duo apli signantur per ista duo luminaria. Primo, qa magnam hñt in inferioribus potestatem, nam unus est ianitor cœli, & alius doctor mundi., & ambo sunt thesaurarij Dei. Deus quidem habet triplicẽ thesaurum, s. potẽtiæ qui est patris, sapĩæ qui est filij, & mĩæ qui est spũs sancti. Nonne hæc cõdita sunt apud me & signata in thesauris meis? Omnia. n. in thesauris diuinæ potentiæ & sapientiæ & mĩæ reconduntur, vnde per effectus postmodum proferuntur. Thesaurarius igitur patris est Petrus, cui pater cõmittit thesaurum suæ potentię, vnde dicit dñs Petro, Caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Magnum namq; thesaurum potentiæ Petrus accepit, qñ potestatem claudendi & aperiẽdi cęlum habere promeruit. Thesaurarius filij est Paulus, cui Christus commisit thesaurum suæ sapientiæ. Neque. n. ab homine accepi illud neq; didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Nemo igitur potest intrare

Thesaurus Dei triplex

Deu. 32

Gal. 1.

in the-

in thesaurum sapiæ Dei, nisi per doctrinā & sapiam Pauli. Thesaurarius uero spiritus scti est Virgo beata cui ipse cōmisit thesaurum suæ miæ, & istum thesaurum ipsa expendit in hoc mundo, idcirco uocat̃ ma-
Eccl. 24 ter grãæ & mater miæ, & in cœlo ubi ēt cęlestes grãs
Motus administrat. In habitatione sancta corā ipso ministra
aiæ tri- ui. Scḋo hñt in motu uelocitatem. Motus aũt aiæ est
plex. amor aiæ. Est aũt triplex motus aiæ, sicut distinguit Diony. in libro de diuinis noibus, s. circularis quo ip
Psal. 11. sa aia mouetur per amorem ad mundum. In circuitu impii ambulabant. obliquus quo ꝗs mouet̃ per amorem ad seipsum, cum. n. de natura amoris sit in alterū dirigi: qñ ꝗs ipsum ad se reflectit, tunc obliquitatē fa
Canti. 1 cit. rectus quo ꝗs mouet̃ per amorē ad Deū Recti diligunt te. Beatus igit̃ Petrus nō mouebat̃ motu circulari per amorē ad mundum, qa ipse oia mundana cōtempsit, nec motu obliquo ad seipsum per amorē, qa
Ioā. ult. se pro Christi noie & amore crucifigi ꝑmi sit. Sed mouebat̃ motu recto per amorē ad Deum, qa sup oia ipsum dilexit. Tu scis dñe, qa amo te &c. Silr B. Paulus
Gal. 1. non mouebat̃ motu circulari qui dicebat. Mihi mun-
Ibid. 2. dus crucifixus est, & ego mundo; nec motu obliquo
Rom. 5. qui dicebat: Viuo ego iam non ego, uiuit uero in me Christus; sed motu recto ꝗ dicebat: Charitas Dei diffusa est in cordib. nostris &c. Tertio habuerunt magnā claritatem, i. sapiæ immensitatē, quā ꝗdem sapiē-
Mat. 16 tiam Petrus a triplici magr̃o didicit, s. a pr̃e reuelante. Caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus
Ioan. 15 qui in cœlis est. A filio instruente. Quæcunq; audiui
Ibid. a patre meo nota feci uobis. A sancto spiritu docente. Cum uenerit spũs ueritatis docebit uos oēm ueritatem. Silr & Paulus tantam sapiam didicit in tribus scholis. nam in paruis scholis iudæorum didicit le-
Act. 22. gem mosaycam, secus pedes Gamalielis eruditus &c. In magnis scholis apostolorum didicit legem euangelicam, quam tamen non ab homine docente didicit, sed Christo reuelante accepit. In maximis ange-
lorum

lorum didicit legẽ super substantialem & diuinã, qa
s. vsque ad tertium cœlum fuit raptus & ibi inter angelos doctus. Quarto habituri sunt in iudicio magnã sublimitatẽ, quia sup thronos duodecim sedebunt, & cæteros iudicabunt. Et illa talis sessio erit ad sũi æ iudicis approbationẽ. Vt faciant in eis iudicium cõscri ptum &c. erit ad ipsorũ immẽsum honorem. Nobilis in portis vir eius, qñ sederit cum senatoribus terræ. Erit ad magnam dæmonum confusionem. Nescitis quoniam angelos iudicabimus. Erit etiam ad malorum condemnationẽ. An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Erit ad bonorum magnã cõsolationem, qm̃. s. uidebunt fratrem suum, i Christum esse iudicem, & sororem suam, i Mariã esse mediatricẽ, & fratres suos, i. apostolos esse intercessores & assessores. Quinto hñt magnitudinẽ excellentẽ, i. gloriã oĩbus eminentẽ Principes populorũ congregati sunt cum Deo Abrahã. Quamuis aũt gloria sanctorũ sit magna peccatoribus, tñ vr parua ex eo ꝙ ab ipsa nimium se elõgant. Nimia namq; distantia ẽm Basilium errare facit circa tria, s. circa q̃titatem, & ponit exemplum in Sole & in insulis maris, circa qualitatẽ & ponit exemplũ in uelis nauium, q̃ cum sint alba, tñ ꝑꝑ nimiam distantiam vñr esse nigra, circa figuras, & ponit exemplum in turribus, quæ cum sint quadratæ, tñ ꝑꝑ nimiam distantiam videntur esse rotundæ. Quia ergo peccatores nimis se elongãt a cœlesti patria, iõ errãt circa eius quantitatem, non considerantes ꝙ magna sit, cum tñ dr: O Israel quam magna est domus Dei, &c. Errant circa eius qualitatem nõ considerãtes quam preciosa sit, de cuius preciositate dr: Ipsa ciuitas aurũ mundũ. Errãt circa eius figurã nõ cõsiderãtes quã stabilis sit & quã æterna Est. n. patria cœlestis in quadro posita, vt ibidẽ dr: Ipsi uero peccatores credunt ipsam esse rotũdam, i. mobilem & caducam. De cuius æternitate dicitur: Aedificationẽ ex Deo habemus domum non manu factam æternam in cœlis.

Ps. 149.
Pro. vlt.
1. Cor. 6
Ibid.
Ps. 46.
Distãtia nimia circa tria facit errare.
Baru. 3.
Apo. 21
1. Cor. 5

Sermo clxxix. De eodem. Sermo secundus: Quomodo in uita, in morte, & post mortem fuerunt a Deo honorati.

Ps. 138. NImis honorati sũt amici tui Deus, &c. Inter oẽs sanctos Deus magis istos duos apostolos honorauit, in uita, in morte, & post mortem. In uita, q̃a claues regni cęlestis eis dedit. Nam Petro dedit claues põiæ, & Paulo dedit claues sapĩæ. Ista aũt ptãs clauiũ consistit in tribus. Primo in peccatorum remissione. Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis, &c. Et tñ dr̃: Quis põt remittere peccata, nisi solus Deus? Sed vtrunq; est verũ, q̃a Deus remittit, & sacerdos remittit. Ex peccato nãq; in hoĩe tria cãnt͛, s. Dei inimicitia, deformis macula, & obligatio ad pęnã. Q̃uo obtexit in caligine, ecce deformis macula. In furore suo dñs filiã Siõ, ecce Dei inimicitia: ꝓiecit de cœlo in terrã inclitam Israel, ecce ad pœnã ęternã obligatio. Ista tria solus Deus virtute contritionis remittit, solus.n. Deus remittit offensam, lauat maculam, & dissoluit obligationem ęternã. Ista tria significantur in filio ꝓdigo, de quo dr̃, ꝙ pater fuit eũ osculatus, & q̃d stola prima eum induit, & quod dixit mortuus fuerat & reuixit. In hoc namq; ꝙ fuit eum osculatus dat͛ intelligi ꝙ solius Dei est remittere inimicitiã suam, & offensam. In hoc ꝙ stola induit eum dat͛, intelligi ꝙ eius est lauare maculam, & ornare animam. In hoc autem quod dixit mortuus fuerat, & reuixit, dat͛ intelligi ꝙ eius est remittere pęnam æternam. Sacerdos aũt dr̃ remittere peccata, quantum ad alia tria. Ipse.n. peccatorẽ a Deo absolutum esse indicat, aliter n. pro absoluto non reciperetur a pęna purgatorij, qua obligatũ deobligat, & pœna satisfactoria ipsum ligat, & de ipsa pœna patrẽ relaxat. Ista tria notant͛ in resuscitatione Lazari. Solus q̃dẽ Christus ipsum a mortuis resuscitauit, sed tamen discipulis tria commisit, s. ut lapidem tollerent, vt ipsum soluerent, & vt libere abire permit-

Marginalia: Clauiũ ptãs in trib. cõsistit. — Io. 20. — Luc. 5. — Ex peccato 3. cãntur. — Hebr. 2. — Luc. 12. — Sacerdos q̃uo peccata remittit — Ioan. 11

permitterent. Lapidem tollere est pœnā purgatoriā in pęnam satisfactoriam commutare. Peccatorem ab soluere, est ipsum a Deo absolutum esse ostēdere. Et libere abire permittere est ei pęnā aliqualiter indulgere. Secūdo cōsistit in excōmunicandi & absoluendi iurisdictione. Istę antē absolutiones & ligationes nō sunt in cęlo, qa ibi sunt oēs absoluti, nec sunt in inferno, qa ibi sunt oēs ligati, sed in mundo, ubi qdā sunt absoluti & qdā ligati. In inferno quidē sunt & oēs ligati & excommunicati per illam snīam. Discedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. & iō sancti eis non loquētur, sed sp ab eis auertentur. de hoc psalmus. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros &c. nec participabūt cum eis in diuino officio, de quo dr: Per oēs plateas Hierusalem alleluia cantabatur. Ipsi nanque a templo Dei erūt exclusi. Foris aūt canes & uenefici ipsos salutabunt, id est salutem æternam optabunt, immo sicut dr: Lętabitur iustus cum uiderit uindictā Exclusi etiam erunt a participatione sacramentorum & maximè à perceptione panis uitæ. Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canib. Non participabunt etiam sancti cum eis in mensa. Ecce serui mei comedent, & uos esurietis &c. Tertio consistit ista potestas in indulgentiarum largitione. Ad hoc nanq; ꝙ istę indulgentiæ ualeant, tria sunt cōiter necessaria. Vnum ex parte facientis, s. auctoritas. Secundum ex parte recipientis, s. charitas. Tertium uero ex parte causæ. s. pietas quæ duo includit. s. honorem Dei, quia pietas est cultus soli Deo debitus; & utilitatem proximi, pietas. n. alio mō mīam dicit: Secundo principaliter Christus honorauit istos sanctos in morte, quia eorum mortem nobis fecit ualde utilem, & fructuosam. Ex morte. n. B. Petri triplex fructus euenit. Vnus est quātum ad Deū. s. eius glorificatio. Hoc autem dixit significans qua morte glorificaturus esset Deū. Alius quantum ad seipsum. s. coronatio sua. vñ Diony-

Mat. 25. Psal. 43. Thob. 13. Ap. ult. Psal. 57. Mat. 15. Esa. 65.

Indulgētię ut ualeant tria sūt necessaria.

Ex petri morte tri. fructus. Ioā. vlt.

2.Pet 1. Dionyſius uidit eos poſt mortẽ coronis luminĩs coronatos. Tertius quantũ ad nos, ſ. ſua pro nobis intercesſio. Dabo autem operã frequenter habere uos poſt obitum meum &c. Sil'r ex morte B. Pauli triplex fructus prouenit. Vnus quo ad Deum, ſ. eius glorificatio. Magnificabit' Chriſtus in corpore meo ſiue p uitã ſiue per mortem. Secũdus eſt quo ad ſeipſum, ſ. ſua oratio. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ &c. Tertius eſt ad nos, ſ. ſaluatio noſtra. Libentiſſime impendam, & ſuper impendar, ego ipſe pro aĩabus ueſtris, ſ. ſaluandis. Tertio Chriſtus honorauit iſtos ſanctos per mortem eorum qa fecit eos ſuos ianitores in domo ſua. unde cantatur de eis: Habent poteſtatem cœlum claudere nubibus & aperire portas eius. Deus. n. habet quatuor domus. ſ. eccleſiam militantem, patriam cęleſtẽ purgatorium, & infernũ. In prima habitãt peregrini. In ſecunda filij. In tertia debitis obligati. In quarta incarcerati. Et q̃libet iſtarũ quatuor domorum habet ſuã clauem ſpecialem. Nã clauis per quã intrat' in primam domum. ſ. eccleſiam militãtem eſt clauis indulgentiæ. Clauis uero per quã intrat' in ſecundã domũ ſ. patriam cęleſtẽ eſt clauis mĩæ. Clauis per quã intratur in tertiã domũ ſ. purgatoriũ eſt clauis iuſtitiæ. Iuſtitia nãq; Dei requirit ꝙ nullũ malum remaneat impunitum. Sed clauis per quã intrat' in quartã domũ. ſ. infernũ eſt clauis mortis æternæ. Peccatori ergo uolẽti redire ad eccleſiã p pęnitentiã Petrus aperit hoſtiũ claue remiſsionis, & indulgentiæ. Quorum remiſeritis peccata remittunt' eis &c. Et animabus ſanctorũ uolẽtib. intrare in domũ cęleſtis patriæ, aperit hoſtiũ cum claue mĩæ. Ianuas cęli aperuit Sed illis animabus q̃ debent intrare in purgatoriũ aperuit oſtiũ cũ claue iuſtitię. Aperite mihi portas iuſtitiæ, hęc porta dñi iuſti intrabunt in eã. Iuſti nanq; aliqñ ſecum aliqua cremabilia portant. Animabus uero damnandis, nec Petrus, nec Paulus oſtium aperit, nec claudit ſed Xp̃s oſtiũ aperit, & ẽt oſtium claudit, & peccato-

Ex pauli mortefruct⁹ triplex.

Phil. 4.

1.Thi 3

2.Cor. 13.

Domus Dei 4.

Ioã. vl.

Pſal.77.

Pſal.21.

res in inferno includit,& clauem includit,& clauem custodit. Habeo clauem mortis,& inferni. Et etiam. Apoc. 1
Data est ei clauis putei abyssi. Ibid. 9.

Sermo clxxx. Eodem die Sermo 3. Quomodo in prælatione sublimior, in amore feruentior, in virtute efficacior, & in passione gloriosior Beatus Petrus extitit.

TV es Petrus & sup hāc petrā ędificabo ecclesiam Mat. 16.
meā. Magnā auctoritatē,& ptātē, & dignitatē Iesus Christus cōcessit B.Petro, qn̄ sup eius confessionē ecclesiā fundauit, ac claues regni cœlorū sibi dedit. Vt aūt eius dignitates,& p̄rogatiuas melius videre ualeamus. Sciēdū est ꝙ B. Petrus inter cęteros apostolos fuit sublimior in p̄latione. Feruētior in amore Efficacior in uirtute. Et glosiorior in passione. Primo fuit sublimior in p̄latione. Christus.n. eum summum pōtificē fecit, & suū uicariū cōstituit, & dereliq̄t qn̄ ei dixit: Pasce oues meas. Ad istā aūt p̄lationē pr̄ ipsū elegit. Caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pr̄ meus Mat. 16.
q̄ in cęlis est Et Dei filius electū examinauit, & maxime in duobus .s. in fide recta qn̄ dixit ei: Quē dicūt hoīes esse filium hominis &c Et Petrus r̄ndit: Tu es Christus filius Dei uiui. Et in dilectione sincera, qn̄ dixit: Simon ionæ diligis me plus his. Et spiritus sanctus electū & in examinatū confirmauit, qn̄ Pēthecoste ad robur se sibi effudit. Ego cōfirmaui columnas eius. Tota trinitas electo examinato, & confirmato Psal. 74.
dedit iurisdictionē.s. iurisdictionem super infernum cum dr̄: Portæ inferi non præualebunt aduersus eā. Super cęlum, cum dr̄: Tibi dabo claues regni cœlorum. Super mundum, cum pr̄: Quodcunque ligaueris super terram erit ligatum &c. Secundo fuit feruētior in amore. Huius autem plura sunt signa. Vnum Ei⁹ amoris signa 4. Matt. 19.
ante passionem quia propter eius amorem omnia terrena contempsit. Ecce nos reliquimus omnia,& secuti sumus te. Quidam enim sunt procrastinantes, ideo dixit: Ecce alij ad tempus reponentes, ideo dixit,
reliqui-

reliquimus, nõ reposuimus. Alij diuidentes, iõ dixit, oĩa. Alij res relinquentes, sed uoluntates suas retinẽtes, iõ dixit, secuti sumus te. Secundũ signum fuit in passione, quia cum Christo mori voluit qñ dixit: Para
Luc. 22. tus sum tecum & in carcerem & in mortem ire. Non .n. uolebat mori ante eum, quia nolebat carere tã dulci præsentia Christi, nec etiam volebat uiuere post eum, quia tunc non reputabat uitã sed mortẽ ęternã. Volebat autem mori cum eo, quia hoc sibi reputabat gloriã & coronã. Tertium signũ fuit post pasionẽ, qa ex tunc ipse B. Petrus semper fuit in lachrymis.
Eius lachrimæ Habuit enim lachrymas doloris ex eo ꝙ magistrum suum negauit. Egressus foras fleuit amare. Vñ dicit
Luc. 22. Clemens, ꝙ qñdocunque galli cantum audiebat, lachrymas emittebat. Habuit etiam lachrymas cõpassionis ex eo, quod amicum suum mortuum videbat.
Ioã. 16. Plorabitis & flebitis uos: mundus aũtẽ gaudebit, &c. Habuit etiam lachrymas deuotionis ex eo ꝙ ad amicum suum videndum pergere sperabat, & hoc post ascensionem. Vnde dixit Clemens ꝙ sp in sinu sudarium deferebat, quo fluentas lachrymas detergebat, & sic ut idem dicit in cõsuetudinem duxerat flere, ꝙ tota eius facies adusta lachrymis uidebat. Quartum signum fuit post resurrectionem, quia ipse cum Ioãne ad monumentũ cucurrit, & sicut dicit Gregorius. Illi præ cæteris cucurrerunt, q p̄ cæteris amauerũt. Aliqñ simul cucurrerunt, aliqñ Ioannes cucurrit citius Petro. Et aliqñ Petrus citius Ioanne, qui prior monumẽtũ intrauit. Per qđ dat intelligi ꝙ ambo sapiẽter Xp̄m dilexerũt. Ioãnes aũt magis dulciter. Petrus vero magis cõstãter. Tertio B. Petrus fuit effica-
Eius uirtutis efficacia quadruplex. cior in virtute, & hoc quadrupliciter. Fuit. n. efficacior in virtute credẽdi qñ dixt. Tu es Xp̄s filius Dei viui. De ipsius Petri fide dr̄ Simon ecce sathanas expetiuit uos, ut cribraret, sicut triticum &c. Vbi hr̄ ꝙ eius fides multum fuit a diabolo tentata cum dr̄: Ec-
Luc. 22. ce sathanas &c. Hostis enim vbi inuenit locum ma-

gis

gis munitum ibi maiorẽ exercet conatũ. Fuit a Christo multum roborata cum dr̃: Ego autem pro te rogaui Petre ut non deficiat fides tua, ꝙ omnibus fuit in exemplũ data cũ dr̃: Et tu aliqñ cõuersus &c. Fuit ẽt efficacior in uirtute sanandi, nõ solũ.n.sanabat sicut ceteri uerbo orationis, sed ẽt verbo iussionis, sicut patet sanatione Aeneę, umbra corporis sui, sicut dr̃: In positione baculi sui, sicut patet in discipulo ꝑ xl.dies defuncto, q̇ ad impositionẽ sui baculi iam sanatus ẽst & resuscitatus. Fuit efficacior in uirtute p̄dicãdi. Tã gratiose nãq; p̄dicabat, ꝙ aliqñ vna die tria millia. aliqñ quinque millia hominum conuertebat. Hoc.n. est testimonium gratiosi p̄dicatoris, unde Chrys.sup Matt. Testimonium studiosi agricolæ est messis fęcũda, assidui doctoris ecclesia plena, negotiatoris multiplex theca. Fuit etiam efficacior in uirtute orandi. Eius.n.oratio aliqñ aperiebat cœlum, sicut patet. Vbi dr̃, ꝙ cecidit super eum mentis excessus, & uidit cęlum apertum. Aliqñ faciebat descendere spiritum sanctum sicut patet in Samaritanis. Aliquando spoliabat infernũ, sicut qñ suscitauit defunctũ. quem Simon magnus suscitare non potuit. Et aliqñ vincebat dęmonium sicut patet in dęmone qui Simonem magnum per aerem deferebat. Quarto Beatus Petrus fuit gloriosior in passione. Passus est.n.eandem pęnã cũ Christo prout Christus ei prædixit. Sequere me. Simili pęna seruus cum dño est afflictus. Noluit autem B. Petrus illam pęnam pati rectus, sed reuersus, hoc pp quatuor causas quas ipse ponit. Prima quia ꝓpter honorem dñi sui non reputabat se dignum eo mõ pęnam illam pati quomodo Christus eam pertulit. Secunda q̃a Christus passus est pp mũdũ redimẽdum, iõ debuit ad mundũ respicere. Ipse autem Petrus patiebat pp acquirendum cęlum, iõ debuit ad cœlum habere respectum. Tertia pp lapsum generis humani significandum. Christus.n.sp rectus stetit, & nunquã in peccatũ cecidit. Homo uero caput mẽtis in terrã

Act.9.
Ibid.5.
Ibid.2. & 3.
Ibid.9.
Ibid.8.
Ioã.vlt.
1.Ap.18
Notãdũ

defixit, & cōtra Deum recalcitrauit. Quarta ad innuēdum q homo mutauerat amorem spiritualem in amorem mundanum, homo enim rectus in cruce positus si reuoluitur, illud qđ erat dextrum efficitur sinistrū. Tunc igitur homo mutauit dextrum in sinistrum, qñ mutauit amorem cęlestium in amorem mundanum.

Sermo clxxxi. In commemoratione sancti Pauli Apostoli sermo j. De quinque diuinæ misericordiæ effectibus, quos in se humiliter recognouit.

Gal. 1. CVm autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meæ &c. Apostolus non ingratus fuit gratiæ Dei, sed quinque effectus diuinæ mīæ in se recognouit humiliter. Primus effectus est q ipsū de utero suæ matris eduxit. Notādū aūt q est quintuplex uterus matris. Primus uterus est vterus matris gñalis, s. terræ. Scđs est uterus matris carnalis, s. matris ppriç. Tertius est uterus matris figuralis, s. sinagogæ. Quartus est uterus matris spiritualis, s. militātis ecclesiæ. Quintus est uterus matris cœlestis, s. triumphātis ecclesiæ. Beatus igit Paulus primo fuit in utero matris carnalis, & exinde Deus eū segregauit, qñ ad lucē deduxit. De uētre matris meç Deus meus es tu &c.

Primus, Vterus matris quintuplex. & ex oīb. segregatus.

Psal. 21. Tu es q extraxisti &c. Deinde intrauit in uētrem ma-

Psal. 21. tris figuralis, s. sinagogæ, & ab isto utęro Deus eum segregauit qñ ipsum ad fidē cōuertit. Et ista segregatio facta est in ortu Beniamin, ubi Rachel mortua est, iō uocauit eū filiū doloris. Sed pater ualde est gauisus, iō uocauit eum filium dexterę. Ex sua enim cōuersione sinagoga mortem spiritualem incurrit, & multam tristitiam habuit, sed Deus pater ualde gauisus est cū eum filium dexteræ appellauit qñ dixit: Vade qa uas

Act. 9. electionis est mihi iste. Deinde de utero sinagogæ intrauit in uterum militantis ecclesiæ, in quo tam diu pmansit quandiu in hac uita uixit. Ab isto vtero Deus eum segregauit quando eius animam a corpore separauit,

parauit,& tunc intrauit corpus in uterum matris generalis.s. terræ, & aïa eius in uterũ matris cęlestis.s. Hierusalem supernæ. In ipsa autẽ separatione caput eius exiliẽs tres saltus dedit,& in quolibet saltu fontẽ aquæ aperuit, per q̃ significabat̃ q̃ in uita sua tres saltus fecerat,unum saltauit de signagoga ad ecclesiam. Et tunc aperuit & manifestauit fontem diuinæ mĩæ. Alium saltum fecit discurrendo p mundum. Et tunc aperuit fontem cęlestis doctrinæ. Tertium qñ saltauit usque ad tertium cęlum. Et tunc aperuit fontem diuinæ sapientiæ. Ipsum etiam caput B.Pauli benedictum nomẽ Iesus clara uoce insonuit. Ipsum.n. nomen Iesus fuit in corde eius iubilus, in ore mel,& in aure melos. Recte igit̃ post mortẽ nomẽ Iesu ꝓtulit nimia.s. cordis iucunditate repletus, nimia oris dulcedine allectus & nimia jubilatione aromatica ꝓuocatus. Tũc ẽt dé eius sctō corpore quatuor emanauerunt,s.unda lactis pp eius puritatẽ,unda sanguinis pp eius martyrij sanctitatem, splendor lucis pp ipsius sapientię claritatem,& fragrantia odoris pp ipsius famę celebritatem. Tãdẽ Deus ipsum corpus de utero matris terræ segregabit, s. qñ dicet in tpe extremi iudicij. Surgite mortui uenite ad iudicium. Et tunc in uterũ matris cœlestis intrabit. Et de illo utero nunquam exibit; iō obitus sanctorũ natale uocatur,quia tunc in cęlo nascuntur. Secundus effectus diuinæ mĩæ ipsum per gratiá suã uocauit, iō subditur, Et uocauit p gratiam suam. Hmõi autem uocatio cõmendabilis est ex parte uocantis. Cæteros quidem apostolos Christus uocauit existẽs in sinistra præsentis miseriæ, sed hunc uocauit existens in dextra paternæ gloriæ. Et propter istam causam in papali bulla ponitur B.Paulus a dextris, sed effigies B.Petri ponitur a sinistris. Est ẽt cõmendabilis ex parte uocati. Non.n.Christus uocauit eum piscantẽ ut Petrũ, nec lucris inhiantẽ ut Matthæũ, nec retia reficientẽ ut Ioãnẽ & Iacobũ, sed odiẽtẽ ardẽti aïo, vñ dr̃ spirans

Caput ei⁹ 3.sal t⁹ dedit

minarum, innitentē prauo studio, qui accessit ad principem sacerdotum, & persequentem sollicito ministerio, qa ibat in Damascum, ut si quos inueniret &c. Cōmendabilis est ēt ex parte modi uocandi. Cæteros .n. uocauit solo uerbo, hunc aūt uocauit per lucem excæcantem, per uirtutē prosternātē, p̄ uocē obiurgantem. Tertius mīæ effectus est, quia ipsum per diuinā sapientiam docuit, cum subditur, ut reuelaret filium

Sapīam aquinq; magi-- stris accepit. suum in me. Istam aūt sapientiam B. Paulus a quinq; magistris accepit. Primo a moyse. Proficiebam in Iudaismo super multos coętaneos meos &c. Et quantū ad hoc factus est phariseus. De hoc: Ego phariseus

Gal. 1. sum filius phariseorum. Secundo a filio, & quantum

Act. 23. ad hoc factus est apostolus. Paulus apostolus non ab

Gal. 1. hominibus neq; p̄ hominē, sed per Christum Iesum.

Act. 13. Tertio a spiritu sancto, & quantum ad hoc factus est Dei legatus. Dixit spūs sanctus segregate mihi Paulum & Barnabam. Quarto a patre, & quantū ad hoc factus est euangelista uerus, vñ dixit ut reuelaret in me filium suum ut euangelizarē eum in gentib. Quinto a tota trinitate qñ in tertium cœlum est raptus. Au-

2. Cor. 12. diuit arcana uerba q̄ nō licet homini loqui. Quartus effectus misericordiæ quem B Paulus in se recognouit, potest esse quia ipsum p̄dicatorē gentium fecit, unde subdit, ut euangelizarē illū in gentibus; nā in gentib. erat maior potentia, qa ibi erant reges & imperatores. Maior sapīa, qa ibi erāt philosophi & doctores; maior eloquētia qa ibi erāt rhetores, & oratores, maior uarietas errorū & maior diuersitas uitio-

Adiutoria qnque habuit. rū. Sed cōtra ista quinq; certamina accepit quinq; adiutoria. Nā cōtra tyrānorū potētiā accepit uirtutē & cōstātiā. Apparauit illi dñs dicēs: Cōstās esto, Paule,

Act. 23. oportet te nanq; Romę testificari. Cōtra sapīam mun

1. Cor. 2 danam accepit & simplicitatē euāgelicā. Non .n. iudicaui me aliqd scire inter uos nisi Christū Iesū, & hūc crucifixū. Cōtra rhetorum eloquentiam accepit facūdiā fructuosam. Ibidem. Sermo meus & p̄dicatio nō

in per-

in permansibilibus humanæ sapiæ verbis, sed in ostẽ sione spiritus & virtutis. Contra diuersitatẽ errrorum accepit fidei & sapiæ veritatem, sicut patet ubi dixit Atheniẽsibus, qđ ignorãtes colitis, hoc ego nũcio uobis &c. Cõtra multiplicitatẽ vitiorũ accepit oĩũ grãrũ plenitudinẽ. Nã cõtra luxuriã opponebat uirginitatẽ. Volo aũt oẽs hoĩes esse, sicut meipsum. Cõtra gulã parcitatẽ. Hñtes alimenta, & qbus tegamur his cõtenti sumus. Contra auaritiã habuit uoluntariã paupertatem. Oĩa arbitratus sum, ut stercora, ut Christum lucrifacerẽ. Contra tristitiam conscientiæ iucunditatẽ. Gloria nostra hæc est testimonium cõscientiæ nostræ. Contra irã benignitatem. Sine offensione estote Iudæis, & gẽtibus, &c. Contra inuidiã fraternam charitatẽ. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, &c. Contra uanam gloriã habuit humilitatem. Ego enim sum minimus Apostolorũ, &c. Quintus effectus ex diuina mĩa est qua Christus mox eum sibi obedientem fecit, quod notatur cum dicitur: Continuo non acquieui carni & sanguini, i. amori & dilectioni carnis, sed potius diuinæ inspirationi, cõtinuo, i. sine contradictione. Domine quid me uis facere, uel cõtinuo, i. sine deliberatione. Vnde B. Bernar. Amicos consulat, qui non nouit, ꝙ inimici hominis domestici eius. Vel continuo, i. sine dilatione, quia inducias non petijt, sed protinus obediuit. Nõ dicas amico tuo uade & reuertere, &c. Vel continuo, i. sine trepidatione, quia nihil timuit, sed de Dei bonitate confidit. Discite pusillanimes, confortamini & nolite timere.

Act. 17. 1. Cor. 7 1. Ti. 6. Phil. 3. 2. Cor. 1 Ibid. 10 Rom. 5. 1. Cori. 15. Act. 9. Prou. 3. Esa. 35.

Sermo clxxxij. Eodem die Sermo secundus A mundi abrenunciatione, a Christi imitatione, atque a fructuosa remuneratione commendatur.

ECce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te &c. In isto Euangelio qđ ad honorẽ B. Pauli legit̃ dñia tribus cõmendabilis inuenitur. Prima quidẽ a pfecta Mat. 19

mundi ab renunciatione. Et hoc tangitur cum dr: Ec-
ce nos reliquimus omnia. Reliquit enim omnia im-
pedientia, i. amorem diuitiarum, quæ hoĩem impe-
diunt a salute. Difficulter qui pecunias hñt regnum
Mat. 10 Dei introibunt. Istum amorem mundi, iste reliquit q
ait: Mihi mũdus crucifixus est, & ego mũdo. Scdo re-
Gal. 6. liquit oĩa retrahentia, sicut est amor parentum, qui p-
Mat. 10 cipue hoĩem retrahit a salute. Inimici hominis do-
Gal. 1. mestici eius. Istũ reliquit qui ait: Nõ acquieui carni,
& sanguini, &c. Tertio reliquit oĩa ponderantia, vt
Heb. 12 est sarcina peccatorum. Deponentes oẽ pondus & cir
cunstans nos peccatũ, &c. Quarto reliquit oĩa perni-
tiosa, ut est amor delitiarum, unde ait: Castigo corpus
1. Cor. 9 meũ, & in seruitutẽ redigo. Quinto reliqt oĩa pericu
losa, ut est amor sui ipsius. De quo piculoso amore ip
2. Thi. 3 se ait: In nouissimis diebus instabunt tpa periculosa
& erunt hoĩes seipsos amantes. Istum amorem sui ip-
sius B. Paulus non habuit, quia propter Christum se
in mortem tradere semper paratus fuit. Vnde ait; Ego
Act. 20. non solum alligari, sed & mori paratus sum pp nomẽ
domini nostri Iesu Christi. Sexto reliquit omnia in-
Psal. 4. fructuosa, ut est amor honorũ quidẽ infructuosus, &
Gal. 1, uanus. Vt quid diligitis uanitatem, & quæritis menda-
cium. An quæro hoĩbus placere. Si adhuc hoĩbus pla
cerẽ, seruus Christi non essem. Secundo cõmendatur
a salutifera Christi imitationẽ, ꝙ notatur cum dr: Et
secuti sumus te. Ad hoc autẽ ꝙ homo Christum imi-
AdChri tetur duo requiruntur. Vnum ex parte Dei, s. attractio
sti imi- suæ dignationis. Nemo uenit ad me, nisi pater qui mi
tationẽ sit me traxerit illum. Trahit autem quatuor funiculis
duo req .s. modo exteriori eruditione, modo interiori inspi-
runtur. ratione, mõ paterna flagellatione, modo beneficiorũ
Ioan. 6. exhibitione. Sed de quibusdã, q istis quatuor funicu-
Funicu- lis se trahi non permittunt, dñs conqueritur dicens:
lis 4. tra Vocaui & renuistis, quo ad exteriora documẽta. Extẽ-
hit De⁹. di manũ meã, & nõ fuit qui aspiceret, quo ad collata
Prou. 1. beneficia. Despexisti omne consilium meum, quo ad
inspi-

inſpirata conſilia. Et increpationes meas neglexiſti, quo ad irrogata flagella. Iſtis quatuor funiculis apoſtolus tract⁹ fuit.ſ. exteriori eruditione & rephenſione. Saule Saule quid me perſequeris &c. Interiori inſpiratione. Subito circũfulſit eũ lux de cęlo. Flagellatione, q̃a excęcatus & in terram proſtratus. Beneficiorũ exhibitione, qa poſtmodũ fuit illuminat⁹, a Chr̃o doctus, & in tertiũ cœlũ raptus. Scdo ex parte hominis requirit expeditio uolũtatis. ſ. ne a diabolo teneatur cathena ferra. i. ferrea uoluntate. Quæ quidem cathena octo hẽt anulos, ſcilicet malam ſuggeſtionem, cogitationẽ, delectationem, cõſenſum, opereratione͂, cõſuetudinẽ, neceſſitatem, & deſperationum. Iſtos nãque octo anulos apoſtol⁹ fregit. ſ. prauã ſuggeſtionẽ. Abdicamus occultã dedecoris. Carnalẽ cogitationẽ. Aut quę cogito ſecundum carnem cogito q. d. nõ prauam delectationem, quia tantũ circa ſpiritualia delectabat. Condelector enim legi Dei ſecũdum interiorem hominem. Prauum cõſenſum, quia bonis meditationibus ſemper cõſentiebat. Conſentio legi, quoniã bona eſt. Prauam operationem. Abijciamus ergo a nobis opera tenebrarum Prauam conſuetudinem, q̃a ad oẽ opus bonum ſe aſſuefecit. Vbiq; & in omnibus inſtitutus ſum &c. Prauam neceſſitatem, qa habuit ſpiritus libertatem. Vbi ſpiritus domini ibi libertas Omnem deſperationẽ, quia habuit omnimodã ſpei firmitatem. Cõfugimus ad tenendum propoſitã ſpem. Tertio cõmendatur a fructuoſa remuneratione, cũ ſubiungitur. Sedebitis ſuper ſedes duodecim. In qua remuneratione tria erunt. Primo regalis dignitas, cũ dicitur, ſedebitis. Habebunt enim regale dominiũ Accipiens regnũ decoris: Regale ſertũ. Et diadema regni de manu Dei ſui. Regale ſceptrum. Donec affert illi ſceptrum regni. Regalem habitum. Byſſus, & purpura indumentum eius. Regale ſolium. Lucæ 22. Sedebitis ſuper thronos duodecim &c. Secũdo in ipſa remuneratione erit magna Dei liberalitas etiam in pręſenti.

Act. 9.
Cathẽa diaboli 8. habet anulos.
2. Cor. 4
Ibid. 1.
Roma. 6
Ibid. 12
Phili. 4.
2. Cor. 3
Heb. 6.
In remuneratione 3. ſunt.
Sapiẽ. 5.
Ibid. 10.
Prou. ul.

Quod quidē quatuor modis pōt intelligi, s. aut quantū ad tēporaliū discretam possessionē, q a auari possidēt ea ut serui, Sācti uero uiri ut dñi, quę possessio est tēporalibus in centuplū melior. Aut quātū ad spūaliū acquisitionē. Ac si dicat dominus. Spūalia percipies quæ tēporalibus cōparata excedūt sicut maior numerus minorē numerū excedit. Aut q̄tū ad suffragiorū ecclesiæ participationem. Illi.n.q sūt de ecclesia tm̄ numero posśūt ad inuicē participare subam suā. Illi uero q sūt numero, & merito pn̄t adinuicē participare merita sua: q participatio in centuplum melior est quā prima. Aut quātū ad religiosorū inter se collationem, q sæpe ꝓ uno fratre carnali uel domo tpali centuplū accipiūt. Tertio in illa remuneratione erit æterna fęlicitas, cū dr̄; Et uitam æternā possidebitis. Hoc nāq; ꝙ dicit uitā, respicit illos q sūt in inferno, q nō habent uitā, sed mortem. Et hoc ꝙ dicit æternam respicit illos q sūt in mūdo, q & si habent uitā habēt eā trāsitoriā & caducā. Hoc aūt ꝙ dicit possidebitis, respicit illos q sūt in purgatorio, q & si habituri sūt uitam non tn̄ sunt in possessione. Illi nanq; qui sunt in cęlo habent & uitam sine morte, & æternitatem sine, fine atque possessionem sine expectatione.

Sermo clxxxiij. De Sancta Margarita Virgine Sermo j. Quomodo proprij patris, diaboli, & tyranni caput contriuit.

Gen. 3. IPsa conteret caput tuum. Quamuis beata Margarita fuerit puella, tamen cōtriuit caput patris ꝓprij, diaboli, & tyranni. Pater nanq; suus intendebat eā trahere ad cultum idolorum, sed istud caput suæ intentionis contriuit, quia eius societatē fugit, & oues suæ nutricis pascebat. Periculosum nanq; est bonis cū malis cohabitare, q a mali sunt igne cōcupiscentię inflāmati, & ideo boni sæpe inficiunt a malis: sunt luto auaritiæ inquinati, & ideo sæpe inficiunt. Sūt pice adhęrentis

Cū malis habitare periculorū.

hærentis superbiæ infecti, & ideo sæpius denigrant. Sunt tenebris ignorantiæ obscurati, & iõ sæpe a malis illis obfuscantur. Beata igit Margarita noluit habitare cum malis, ne aut inflammaret igne concupiscentiæ, aut inquinaret luto auaritiæ, aut inficeretur pice supbię, aut obscuraret tenebris ignorantiæ. Scdo contriuit caput tyranni, qui in supbiam elatus cultũ Xp̃i euacuare uolebat. Sed caput suæ elationis ipsa cõtriuit & cultũ Xp̃i defendit, & in nullo cõsentire uoluit. Et iõ quintuplex certamẽ passa fuit. Primo, qa in eculeo fuit suspensa, iõ.n. fuit in aere cruciata, ad ostẽdendum ꝙ adhuc non fuit in cœlo, qa ibi sunt beati. Nec erat in terra, qa ibi sunt auari, sed erat in medio, qa ibi sunt perfecti. Habebat.n. supra se cœlum ad desiderandum. Et infra se mundum ad despiciendũ. iuxta illud: Cœlum sursum & terra deorsum. Scdo fuit adusta, sed non cõbusta. Nec mirum, qa habebat interius gratiam afflantem. Fecit medium fornacis quasi uentum roris flantem. Conscientiam delectantem. Secura mens quasi iuge conuiuium. Spem lætificantem. Spe gaudentes: in tribulatione patientes. Carnem uirgineam refrigerantem. Vñ dictum fuit Mariæ, Virtus altissimi obumbrauit tibi. Ideo poterat dicere illud: In medio ignis non sum æstuata. Fuit.n. in medio ignis, qa habuit carnem ꝓpugnantẽ. Caro cõcupiscit aduersus spũm &c. Dæmonẽ inflãtẽ. Halitus eius prunas ardere facit. Hoĩem sollicitantem, quia p̃fectus eam in uxorem accipere cupiebat. Pulchritudinem allicientem, quia iã multas fœminas pulchritudo decepit; & adhuc quotidie decipit. Fallax gr̃a & uana est pulchritudo. Tertio fuit in aqs gelidis cruciata. Post quã.n. in igne fuit cruciata, fuit in aqua frigidissima posita. Et ista est tã sæuissima pœna, ut ẽt fiat in inferno. Ab aquis niuium transibunt ad calorem nimium. Vnde ẽt tunc factus est terręmotus: ac si terra nõ posset tm̃ facinus sustinere. Aliqñ fit terræmotus in signũ doloris. Aliqñ in incussionem timoris. Et sic mo-

[Margin: Prou.25 — Dan. 3. — Pro. 15. — Ro. 12. — Eccl. 51 — Gal. 5. — Iob. 41. — Pro. ult. — Iob. 14.]

ta fuit in passione & resurrectione Christi ut & ostē deret dolorē,& custodes deterreret. Terręmotus ergo factus est in passione sanctæ Margaritæ in tāti sceleris detestationē,ad doloris, & compassionis ostensionem,& in timoris incussionem, & in peccatorum magnam confusionē. Quarto fuit decollata. Et in sua decollatione tria maxima fuerunt. Primum est deuota oratio, quia ad exemplū Christi se Deo commendauit. Christus quidem in passione patri spiritum cō mendauit, & p suis crucifixoribus intercessit,& pro
Ioā. 17. omnibus fidelibus exorauit. Non pro eis autem rogo tm̄,sed etiam pro his q credituri sunt per uerbum eorum. Et sic beata Margarita orauit Deum pro se, & pro suis occisoribus,& pro ipsam inuocantib Fuit ēt in passione eius custodia angelica, quia ipsi angeli ipsam custodiuerunt ad martyrium properantē, in
Iudi. 13 tormentis existentem, & ad cœlū ascendentem. Custodiuit me angelus domini, & hinc euntem, & ibi commorantem,& inde huc reuertentem. Fuit etiam in passione eius cęlestis harmonia. Et merito, quia sponsæ solent deduci ad spōsum cū canticis & laudi
Apo. 19 bus. Gaudeamus & exultemus & demus gloriā Deo, qm̄ uenerunt nuptiæ agni &c. Quinto eius passio fuit passioni Christi multum conformis effecta. Christus enim fuit denudatus in patibulo. Margarita fuit expoliata in eculeo. Christus fuit flagellatus ad colūnam, ut disciplinam pro nobis portaret. Margarita aūt fuit tota uirgis lacerata, ut post hanc uitam aliā nō sentiret disciplinam. Christus fuit perforatus clauis, & B. Margarita fuit lacerata ungulis. Christus passus est in patibulo quod quidem erat supplicum latronum & malefactorum infamiū. Margarita uero passa est in eculeo, quod erat suppliciū peruersorū, & malorū. Christus totus fuit sanguine plenus. Margarita in eculeo fuit sanguine cruentata. Christus passus est in aere ad innuendum quòd ipse est mediator Dei & hominum. Sic B. Margarita passa est in aere ad

Eius passio Christi passioni cō formis.

re ad innuendum ꝙ ipsa est nostra mediatrix apud Deum. Tertio contriuit caput, s. suggestionem dæmonis. Ipse quidem dæmon habet magnam potentiam, superbiam, astutiam, & experientiam, & fraudulentiã. Ista quinq; notantur. Profectus est draco, ecce quantę potentiæ. Magnus, ecce quantæ superbiæ. Serpens, ecce quantæ astutiæ. Antiquus, ecce quantæ experiẽtiæ. Qui seducit uniuersum orbem, ecce quantę fraudulẽtiæ. His quinq; armis cum Beata Margarita pugnare uoluit. Sed ipsa omnia contriuit. Fregit eius potentiam, quando ipsum apparentem in specie draconis uirtute crucis euanescere fecit. Fregit eius superbiã, quando pedem supra collum eius posuit. Fregit eius astutiam, quia coactus est dicere, ꝙ ideo sibi apparuerit, vt sibi consuleret, ꝙ monitis pręsidis obediret. Fregit eius malitiam, quia ipse, Beatæ Margaritæ in nullo nocere potuit. Fregit eius experientiam, quia in nullo modo suis suggestionibus assentire uoluit.

Indęmone sunt quatuor.
Apo. 12

Sermo clxxxiiij. De eodem sermo ij Quid per thesaurum, quid iste ager sit, qualiter thesaurus emitur, & qualiter conseruatur, ad eius honorem exprimuntur.

Simile est regnum cœlorũ thesauro abscondito in agro. In illo Euangelio quod ad honorem B. Margaritæ legit, quatuor sunt uidenda. Primo quid significetur per thesaurum. Est autẽ thesaurus iste de quo loquitur. Si quis ædificauerit super fundamẽtum hoc aurum, argentum, & lapides preciosos. Est autem aurũ uirginitas, argẽtũ fides, lapides preciosi opera pietatis. Iste triplex thesaurus fuit in B. Vergine Margarita. Ipsa namque habuit uirginitatem integram, fidẽ sinceram, & operationem sollicitam. Significatur aũt uirginitas per aurũ, quia aurum non amittit fulgorẽ suum, nec ignis adustione, nec luti inuolutione, nec tpis antiq̃tate. Sic & fulgor virginitatis non minuit, nec igne cõcupiscẽtiæ, nec terreno corpore, nec lõgęua

Mat. 13.
1. Cor. 3
Virginitas quare p aurũ signatur.

ua ætatæ, iō assimilatur speculo, luci, & diuinæ imagi
Sap. 7. ni. Sicut.n. splendor lucet in speculo, sic & virginitas in corpore terreno. Et sicut ignis lucem suam non comburit, sic concupiscentia uirginitatē non adurit.
2. Cor. 4 Et sicut imago Dei in uiris sanctis vetustate nō infici tur, sic & ipsa ex diuturnitate tpis renouatur. Licet is qui foris est noster homo corrumpitur: tamen is qui intus est renouaṫ de die in diem. Sed fides significaṫ per argentum. Fides namq; causatur a uerbo Dei s̄m
Ro. 10. illud. Ergo fides ex auditu: auditus autem per uerbū
Psal. 11. Christi. De isto dicitur: Eloquia domini eloquia casta, &c Ex quibus uerbis habetur, q̄ fides catholica est casta per puritatem sinceram: quia ipsa nulla adulteri na falsitate polluitur, quod est contra fidem hæretico rum. Est examinata per tribulationē immissam: quia nulla aduersitate frangitur, quod est contra fidē insta bilium. Estq; probata per prosperitatem mundanam, quia nulla terrena prosperitate allicitur, qđ est cōtra fidē auarorum. Est purgata per Spiritus sancti gratiā, quia septiformi dono Spiritus sancti fulciṫ, quod est contra fidem malorū christianorū. Opera aūt bona si gn̄antur p lapides p̄ciosos. Lapis aūt p̄ciosus excellit aurū & argentum in splēdore, in ualore, & in uirtute. Et iō nec aurum uirginitatis, nec argentum fidei corā Deo lucēt, nec aliquid ualent, nec aliquid possunt proficere sine bonis operibus. Qn̄ autem bonis ador nantibus operibus fulciuntur & decorantur, tunc ma gnum habent splendorem, ualorem, & uirtutem. De
Heb. 11 uirtute fidei per bona opera dr̄: Sancti per fidem uicerunt regna &c. De uirtute & pulchritudine uirgi-
Sap. 4. nitatis per bona opera etiam dr̄: O quam pulchra &
Ager triplex. casta est generatio cum claritate &c Secundo uidendum est quid sit iste ager. Qui quidem est triplex, s. corporalis, spiritualis, & temporalis. Ager corporalis est ipsum corpus in quo inuenitur thesaurus uirgi
2. Cor. 4 nitatis & castitatis. Habemus thesaurū istum in uasis fictilibus. Quāuis autem istud uas sit terrenum, tamē debet

debet esse mūdū p puritatē, pictū p morū honestatē, & excoctū p charitatem. Sciat unusquisq; uestrū uas suū possidere in sctificatione, ecce qa dēt esse mūdū. Et honore, ecce qa dēt esse pictū. Nō in passione desiderij, ecce qa nō dēt igne cōcupiscētiæ, sed igne sancti spiritus inflāmari. Ager spiritualis est aīus in quo inuenitur thesaurus fidei. Corde creditur ad iustitiā &c. Virginitas nanq; est in corpore, bona autem opera sunt in exteriori exhibitione, sed ipsa fides radicat in corde. Et rō est. Nā si aliquis oppressor uirginitatem alicui abstulerit, pp hoc illa persona oppressa eam nō perdit. Vñ dixit sancta Lucia: Si me renitentem & inuitam uiolaueris, castitas mihi duplicabit ad coronā. Si autem aliquis raptor alicui tēporalem substantiam rapuerit, pp hoc Deum non pdit, quia per patientiam & alia bona opera potest mereri, quamuis sibi bona sua temporalia fuerint ablata & surrepta. Sed si fides surripit p certo tunc Deus pditur, & totum spirituale ædificium subruitur. Et iō necesse fuit ut in corde radicaret. Ager temporalis est ipsa terrena possessio, in qua debet esse thesaurus bonorum operū, idest eleemosynarum. Honora dñm de tua subā &c. Qui.n.mō honorat dñm de sua substantia, dñs ipsum honorabit in sua gloria. Et loco, quia statuet eum a dextris. Et uerbo, cum dicet: Esuriui & dedistis mihi manducare. Et facto cum dicet, Venite benedicti percipite regnum patris mei &c. Tertio uidendū est qualiter iste thesaurus absconditur. Thesaurus.n. castitatis abscōdit p carnis macerationem. Castigo corpus meum & in seruitutē redigo. Custoditur ēt & abscondit thesaurus castitatis p sensuum cohibitionem. Pepigi fœdus cum oculis meis &c. Per fugam & elōgationem. Fugite furnicationē &c. Thesaurus autem fidei cum sit radix oīum bonorum dēt abscondi, ab æstu male inflammante & frigore malè humiliante, & diabolica tentatione malè infestante. Vñ dī: Incensa igni, quo ad amorē malè inflammantem.

[Margin: 1. Thes. 4. — Ro. 10. — Prou. 3. — 1. Cor. 9 — Iob. 31. — 1. Cor. 6 — Psalm.]

tem. Et suffossa, quo ad timorem malè humiliantem. Fuit manus tua super uirum dexteræ tuæ, quæ. s. comprimat insultum diaboli malè infestantem. Thesau-
Matt. 6. rus autem bonorum operũ abscõdi debet ab humana
Osc. 7. laude. Cũ facis eleemosynam noli tuba canere ante
Esa. 18. te &c. A negligẽtia & torpore. Comederũt alieni robur eius & ipse nesciuit. Ab indiscreto feruore. Ante messem totus effloruit & immatura plantatio germinauit. Quarto est uidẽdũ qualiter iste thesaurus emitur. Siquidem emit dando Deo proprium affectum, propriũ sensum & propriũ tributũ siue censũ. Qui. n. uult emere thesaurũ castitatis, det Deo propriũ suũ affectum, ut nihil diligat nisi Deum seu sponsum cælestem. Est. n zelotypes & non uult cum adultero ada
Esa. 28. mari. Coangustũ est stratum, ita ut alter decidat &c. Qui uult emere thesaurum fidei debet Deo propriũ
2. Cor. sensum & totã suã intelligentiã applicare ẽm illud.
10. In captiuitatem redigentes oẽm intellectum in obsequium Christi. Qui autem uult emere thesaurum meritorũ, uendat Deo ꝓpriũ cẽsũ, bona sua pauperi-
Mat. 19 bus largiẽdo. Si uis perfectus esse uade & uende ea q̃ habes & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo.

Sermo. clxxxv. De eodem sermo iij. De negotiatore Christo eius studio & commercio.

Simile est regnum cœlorum hõi negociatori q̃renti bonas margaritas &c. Negociator iste est Christus, de quo tria ponuntur, s. eius officium cum dr̃, homini negociatori. Eius studium, tum dr̃: Quærenti bonas margaritas. Et eius commercium cum dr̃: In-
Heb. 2. uenta autem una preciosa margarita &c. Circa pri-
Xps 3. a mum notandum ꝙ sicut dicit Aug. super illud. Libe-
nobis rarent eos, qui timore mortis &c. Christus in hũc mũ
accepit dum tanquã negociator uenit, & tres merces a nobis
& 8. de- accepit, s. nasci, laborare & mori. Et tres suas merces
dit. nobis portauit. s. renasci, resurgere, & in æternum regnare.

gnare. Accepit.n.à nobis nasci. Paruulus natus est nobis. Dedit autem nobis renasci. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnum cœlorum. Secūdo accepit à nobis mori. Christus factus est pro nobis obediens, usque ad mortem, mortem aūt crucis. Nobis aūt dedit resurgere. Ego resuscitabo eum in nouissimo die. Tertio accepit à nobis laborare, nam ipse laborauit corde dolendo & compatiendo. Pro eo ꝙ laborauit anima eius &c. Laborauit etiam ore clamādo & prædicādo. Laboraui clamans raucæ factæ sunt fauces meæ. Laborauit oculis pluries flendo. Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectum meum &c. Laborauit toto corpore pœnas & dira supplicia sufferendo. Laboraui sustinens &cæt. Dedit autem nobis regnare. Nolite timere pusillus grex, qm̄ complacuit patri uestro dare uobis regnum. Secundo ponitur istius mercatoris studium cum dicitur: Quærenti bonas Margaritas. Dicuntur autem sancti & maximè ista sancta Margarita quinq; de causis Margaritæ. Primo ex eo quod fuit cęlesti rore generata. Ipsa nanque cor suum aperuit & rorē spiritus sancti accepit, ac suggestioni diabolicæ conclusit, & sic preciosa & nobilis Margarita generata fuit. Aperuit ad Deum suum memoriam, & ibi recepit Dei continuā recordationem. Suam intelligentiam, & ibi concepit Dei cognitionem. suam uoluntatem, & ibi concepit Dei amorē. Secundo dr̄ Margarita, quia fuit fulgida. Et hoc tam in carne per uirginalem pudicitiam quā in mente per intentionem sinceram, quàm in conuersatione per lucidam famam. O quam pulchra est casta generatio cum claritate. Ipsa namq; habuit pulchritudinem intentionis in mente. Castitatē in corpore. Claritatem in conuersatione. Tertio dr̄ Margarita, quia fuit parua per humilitatem. Quanto.n. fulgidior erat in conspectu Dei, tanto erat humilior in cōspectu sui ipsius. Sæpe.n. res lucidæ nigrum hn̄t effe-

ctum,

Esa.9. Ioan.1. 3.Phil.2 Ioan.6. Esa.53 Psal.68. Psalm.6 Esa.1. Luc.3. Quinq; de causis dicit Margarita. Sap.4. Nota.

ctum, sicut ostendit Augus. in lib. de ciui. Dei triplici exemplo. Nam oleum lucidum nigras maculas effundit. Argentum fulgidum nigras lineas tingit. Ignis splendidus facit cũcta nigra, quæ lambit. Sic & sancti viri quãtuncunq; luceãt instar olei per pietatem, instar ignis per charitatẽ, instar argenti per famæ sonoritatem, tñ dent in se nigrescere per humilitatẽ. Sancta aũt Margarita fuit parua coram se per humilitatem, sed magna corã tyranno per constantiam & magnanimitatem. Medioeris aũt coram fidelib. per socialem cohabitationem. Paruus & magnus ibi sunt, & seruus & liber a dño suo. In domo.n. Dei sancti viri sunt, & sunt parui seipsos humiliando, & sunt magni tyrannos contẽnendo. Et sunt liberi socialiter uiuendo. Quarto dr̃ Margarita, qa fuit solida. Nõ.n. potuit cõmoueri a p̃re per blanditiarum adulationem, nec frangi ab ipso tyranno per tormentorum illationem, nec perforari a diabolo per tẽtationum immissionẽ. Descendit pluuia, i. p̃ris adulatio quæ vr̃ hr̃e uim refrigerandi. Flauerunt venti. i. tentationes diaboli. Venerunt flumina i. tormenta tyranni, & ipsam obruere non potuerunt. Quinto dr̃ Margarita, qa fuit uirtuosa. Ipsa.n. magnam virtutem ostendit in aere, qa ibi fuit in eculeo suspensa, nec tñ in aĩo læsa. In igne, qa ibi fuit posita, sed non adusta. In aquis, qa in aq̃s fuit posita & permansit illęsa. In terra, quia ipsa terra fuit tremore concussa. Tertio ponitur istius mercatoris commertium cum dr̃: Abijt & vendidit vniuersa quę habuit & emit eam. Iste namq; mercator quatuor habuit quæ oĩa vendidit ut istam emeret Margaritam. s. deitatem, animam, carnem & sanguinem. Deitatem quidem dat nobis in præmium. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Animam uero dedit nobis in precium. De hoc. Venit filius hominis nõ ministrari, sed ministrare & dare animam suam in redemptionem pro multis. Carnem & sanguinem in remedium. Homo quidem erat famelicus, sitibundus & infirmus.

Iob. 4. Matt. 7. Quatuor p̃ anima dedit Christ⁹. Psal. 15. Mat. 20

Quia

Quia ergo erat fameliculus, dedit nobis carnē suam in cibum: quia sitibundus dimisit nobis sanguinem suū in potum, quia vero fuit infirmus dimisit nobis vtrunque in remedium. De quo remedio cantat eccle sia in oratione. Sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragiliū, sit contra oīa mūdi pericula firmamentū. Est. n. in remedium contra peccata præterita, iō dicit: Sit ablutio scelerum, cōtra peccata præsentia, ideo subdit; Sit fortitudo fragilium: contra peccata futura, ideo subdit: Sit contra mundi pericula firmamentum &c.

Sermo clxxxvi. De sancta Maria Magdalena Sermo j. Quomodo pluribus de causis sui cordis ostium Christo aperuit.

EGo sto ad ostiū & pulso. Dn̄s in præsenti uita noluit habere hospitium temporale. Vnde in aliena domo fuit natus, & in aliena domo cōuersatus & hospitatus. In alieno sepulchro sepultus. Voluit tn̄ habere domū spiritualē, q̄ est cor nostrum, quā tm̄ desiderat, ut ēt ostiatim eā q̄rat dicēs, Ego sto ad ostium & pulso &c. In hanc duplicem domum B. Maria Magdalena Christū recepit, in domū tēporalē ut ipsum corporaliter reficeret, Intrauit Iesus in quoddā &c. & in domum spūalē, ut eū pasceret spūaliter. Gre. Apud phariseū veritas pascebat̃ foris, apud mulierē peccatricē, sed penitētē, pascebat̃ ītus. In p̄missis verbis ponunt̃ plures causæ quare Christus ostiū cordis nostri sibi postulat aperiri. Prima nanque sumit̃ ex cōsideratione personæ stantis cū dr̄: Ego, quod quidem pronomen p̄ trib. nominib. supponit. Ego. s. Iesus Christus filius Dei. Hō igitur infirmus libenter aperit suo saluatori, mestus suo consolatori, ab hostib. obsessus suo liberatori. Ac si dicat Christus. Libenter debes mihi aperire q̄a tu es infirmus, & ego sum Iesus, idest saluator. Tu es mestus, & ego sum Xp̄s & cōsolator. Tu es ab hostibus obsessus, & ego sum filius Dei, tuus, s.

Apoc. 3.

Luc. 10.

Sapiētia sāguinis est affect⁹ ꝓpinquitatis. Et ista siłr nō est sequēda maxime in trib. s. in bonorū tpaliū distributione, vbi seruanda est regula q̄ hr̄ Lucæ 6. Qđ superest date eleemosynā. Nō ædificate ꝓximorū lata palatia. In beneficiorū ecclesiasticorū collatione vbi seruāda est regula q̄ hr̄: Benefac iusto, s. paupcri clerico & bono, & ne dederis impio, s. malo ꝓpinquo. Eccl. 12. In sacrorū dispēsatione vbi seruanda rła q̄ hr̄. Gratis accepistis, gratis date. Mat. 10. Tertia est sapiētia p̄ris cœlestis, quā habuit Petrus, & ista sapiētia beatificat, vñ p̄mittit, Beatus es Simō, &c. Vere .n. beatificat, q̄a ista fides trāscēdit oēm sensū. Fides est substātia sperandarū rerū, argm̄ nō apparētiū. Heb. 11. Transcēdit intellm̄ humanū. 2. Cor. 10. In captiuitate redigētes oēm intellm̄ in obsequū Xp̄i. Transcēdit intellm̄ angelicū, de hoc Diony. Iesus ſm nos diuina cōpositio, & ineffabilis est oī verbo, & incognita oī mēti, & ipsi primo dignissimorū āgelorū. Transcēdit naturę cursū, qa est opatrix miraculorū. Si potes credere oīa possibilia sūt credēti. Trāscēdit oēm mūdi principatū. Mar. 9. Sācti p fidē vicerūt regna &c. Heb. 11.
Tertio necessaria est p̄lato cōstātia, hęc aūt cōstantia maxime cōsistit in delinquētiū correctione & reprehēsione, & ista cōstātia ſm Greg. dēt hēre discretionē, maturitatē & fortitudinē. Vñ dicit sup illud: Plāta pedis vituli, s. mature incedēs, fortis & diuisa, qa vnusquisq; p̄latus & vnerationē hēt in maturitate, & fortitudinē in opere, & diuisionē vngulæ in discretione. Ezec. 1. Prælatus q̄dē dēt est discretus in discreta culparū examinatione, maturus in examinatorū matura ponderatione, & fortis in potenti punitione. Quarto necessaria est p̄lato auctoritas rite collata, qđ notat̃ cū dr̄: Tibi dabo claues regni cęlorū. Circa qđ tria sūt vidēda. Primo a quo sūt istę, s. claues, qa a Xp̄o. Xp̄s nāq; hēt tria gn̄a clauiū, s. claues infernalis iustitiæ, & istas claues nulli dedit, sed eas sibi retinuit. Hęc claues mor-

Clauiū genera 3. habet Christ⁹. Apoc. 1.

tis & inferni. Hēt claues cęlestis curiæ, & istas nō dedit oībus, sed solum sacerdotibus & prælatis, q̄a f̄m Hierony. sunt scientia & potentia discernendi, qua scientia seu potentia præcedēte sacerdos dēt dignos recipere, & indignos a regno excludere. Hēt claues fidei catholicæ. Et istas cōicat oībus. Amb. Clauē Petri dixerim fidem per quam cęlos aperuit, penetrauit inferna, maria calcauit. Arbitror illā clauem duodecim artificum operatione conflatam. Duodecim.n. apostolorum symbolo fides sancta concepta est. Secū do uidendum est cui dat, quia Petro. Soli.n. sacerdotes habent istas claues. Vere.n. boni sacerdotes iurisdictionem habēt uere & digne & complete. Tertio uidendum est ad quid dantur istę claues, s. ad ligandum & soluendum. Est autem uinculum culpæ, pęnæ ęternæ, & pœnitentię. Sacerdos igitur potest ligare & soluere uinculum pœnitentiæ: Soluit autem Deus, & ligat uincula pœnæ ęternæ & culpæ.

Sermo cxcvi. De inuentione S. Stephani sermo j. Quomodo commendabilis extitit quadrupliciter.

Baruc. 1 STatuisti uerba tua q̄ locutus es in manib. puerorū tuorū, & prophetarū, vt transferātur ossa regū nostrorū, & ossa patrū nr̄orum de loco suo, &c. Inuētio siue translatio corporis B. Stephani ꝓthomartyris cōmēdabilis est quadrupliciter. Primo ex parte illius à quo facta est, s. Christi cū dr̄: Statuisti uerba tua. Ipse .n. verba, quæ locutus est de translatione B. Stephani loquendo statuit, i. firma, & rata fecit. Quod patet, quia ipsa reuelatio non fuit uana, sed triplici apparitione firmata. Sicut.n. in ore duorum, uel trium testiū stat omne uerbum: Et sicut in tribus diebus experitur omne factum; sic & in tribus reuelationibus reuelatur omne uerbum. Nō.n. erat huiusmodi reuelatio, seu inuentio fantastica, sed congruis similitudinib. demonstrata. Ostendit.n. Gamaliel Luciano tres calatos aureos, unum plenum rosis rubentibus, qui significabat reliquias Beati Stephani, q̄ fuit aureus per charitatem

ritatem & incorruptionē carnis, & roſeus p ſanguinis effuſionē. Alij duo erāt pleni roſis albis & ſignificabāt reliquias Gamalielis & Nicodemi, qui fuerunt aurei per charitatem, & albi p intentionis puritatem. Aliū ēt oſtendit argenteū croco plenū, & ſignificabat reliquias filij Nichodemi, qui fuerat tanquā mūdum argentū p uirginitatem. Croceus aūt color dr̄ eſſe medius inter album & rubeū, q̄a ipſe cum candore virginitatis habuit albedinē puræ intentionis, & rubedinem charitatis. Scd̄o commēdabilis eſt ex parte illorum per quos facta eſt, cum dr̄: Quæ locutus es in manib. puerorū tuorū, & ꝓphetarū. i. Nichodemi, & Gamalielis, & Luciani, qui fuerunt pueri pp puritatem, ſimplicitatem, & humilitatem. Iſta. n. tria diſponunt hoīem ad ſuſcipiēdum diuinas reuelationes. ſ. puritas. Qui diligit cordis munditiā &c. Simplicitas. Pro. 22.
Cum ſimplicib. ſermocinatio eius: & humilitas. Intel Ibid. 3.
lectum dat paruulis. Fuerunt ēt ꝓphetæ, qd̄ patet in Pſa. 118
Gamaliele qui manifeſtauit multa p̄terita, ſicut ſuam confeſſionē, & Stephani paſſionē; p̄ſentia occulta ſicut oſſa in terræ uiſceribus occulta, & futura ſicut ubertatem uenturam. Tertio cōmendabilis eſt ex parte illorū q fuerunt & reges & patres, ſic. n. uocant in auctoritate p̄miſſa. Fuerunt. n. reges nō tyranni. Tyrānum. n. tria faciunt. ſ. ambitio dominandi, cupiditas lucrandi, & crudelitas ſęuiendi. Ipſi aūt non fuerunt tyranni, ſed reges, quia non fuerunt ambitioſi nec cupidi nec crudeles, ſed miſericordes & pij, fuerunt ēt patres, q̄a nos genuerunt p euāgelicā eruditionē. Nā in Chr̄o Ieſu per euāgelium ego uos genui. Per exēpli exhibitionē. Imitatores Dei eſtote ſicut filij chariſſimi, p deuotam orationē ſicut Stephanus B. Paulū genuit, quia ipſum ſua oratione cōuertit. Quarto eſt commendabilis propter cām ex qua fiebat, quia, ſ. in loco humili iacebant, & ideo ad locum digniorem transferendi erant, quod notatur cum dicitur: Tranſ- 1. Cor. 4
ferentur de loco ſuo. Notandum autem quòd triplex Epheſ. 5
tranſ-

Ei⁹ corporis triplex translatio.

translatio facta est de corpore B. Stephani. Prima fuit de loco despecto ad montem Syon, sicut hodie ubi ostendit quanti sit meriti apud Deum. Quia suis meritis impetrauit bona tēporalia, q̄a cū prius magna sterilitas esset, ipsa die pluuia magna descēdit, & terrā fęcundauit, & abundantiā magnā fecit. Impetrauit ēt bona corporalia, quia suis meritis p̄cedētib. septuagintatres hoīes a diuersis languoribus fuerunt liberati. Impetrauit bona spiritualia. s. Dei indulgētiam & gratiā: Vn̄ dicit Gamaliel Luciano. Aperi nobis ut p̄ nos aperiat Deus ostiū clementiæ suæ in hoc mūdo: Secunda translatio fuit de monte Syon in Constantinopolim, ubi illi q̄ transferebant obuios habuerunt dęmones, angelos, & Stephanū. Dęmones q̄dē deflebant sua incendia dicentes: Vę nobis, quia protomartyr Stephanus trāsit dirō nos uerberans igne. Angeli affuerūt cū cęlesti melodia. Angeli. n. super eius corpus cęlestes decantare laudes auditi sunt. Stephanus pulsans pericula, s. maris tempestatem. Apparuit. n. eis dicens: Ego sum nolite timere. Et sic tranquillitatem magnam fecit.

Tertia translatio ex quatuor cōmendatur.

Tertia translatio fuit de Cōstātinopoli Romā. Quā quidē quatuor cōmēdabilē fecerunt. Primū est beneficiū collatū, q̄a filia Theodosij fuit a dęmone liberata. Poterat naq; dicere Theodosius Stephano Filia mea male a dæmonio uexatur. Et poterat Stephanus r̄ndere: Ego ueniam, s. Romam, & curabo eā. Secundum est stupendum prodigium. Nā cum ad quandam ecclesiam portaretur, uectores subsistunt, nec ultra progredi possunt. Aliud aūt prodigium fuit, quia cum corpus Laurentij loco Stephani gręci accipere uellent, amētes sunt effecti, & postea mortui sunt. Tertium gratiæ cōsortiū, q̄a corpus Laurentij in latus se cōuertit & medium sepulchrum uacuum Stephano dereliquit. Melius est duos simul esse q̄ unum. Quartum est cęleste oraculum. Clauso. n.

Eccle. 4

sepulchro auditæ sunt uoces angelorum dicentū: O fęlix Roma q̄ corpus Laurentij Hispani, & Stephani hiero-

hierosolimitani gloriosa & ueneranda pignora uno claudis mausoleo.

Sermo cxcvij. De eadem sermo ij. A gratiæ plenitudine, a cælesti conuersatione: & a diuina reuelatione commendatur.

CVm esset Stephanus plenus spirituſancto intendens in cœlum &c. Olim in terra fuit uanitas, vacuitas, & tenebrositas. Terra aũt erat inanis: ecce quãta uanitas: & uacua, ecce q̃ta vacuitas; & tenebræ erãt sup faciem abyssi, ecce quanta tenebrositas, sed sicut dr̃: Post hæc Deus aspexit in terrã, & impleuit eã bonis suis. Et iste respectus maxime apparuit in B. Stephano qui nõ habuit vacuitatem, sed spiritus ſctĩ plenitudinem. Nec ẽt dilexit terrenas vanitates, sed cęlestes amænitates adamauit, nec habuit aliquã tenebrositatem, sed diuinã claritatem. Ab his ergo p̃missis uerbis cõmendat. Et primo a grã plenitudine, cũ dr̃: Cum esset Stephanus plenus spiritu ſctõ &c. Fuit aũt maximè plenus grã & fortitudine vñ p̃mittitur Stephanus plenus gratia &c. Ista aũt gratia fuit charitas, quæ est caput oĩum gratiarum quæ in eo tãta fuit, ꝙ pro illis qui ipsum lapidabant Deum exorabat. Fulgentius: commendabat Deo inimicos, qñ aliàs obliuisci poterat etiam suos charissimos. Bernar. Vicit in eo sensum corporeæ passionis, affectus internæ compassionis, vt illorum scelera magis plangeret quàm propria vulnera. Fuit etiam plenus fortitudine, quia fortiter pugnauit & vicit, & hoc fecit auxilio Christi qui cum ipso semper erat. Cum ipso sum in tribulatione, eripiã eum & glorificabo &c. Quod patet ex multis. Primo ex imperterrito sermone, cum dr̃: Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus. Non.n. vos estis loquentes, sed spiritus sanctus. Secundo ex importabili passione. Quæ nanq; est fortitudo mea vt sustineam, nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est. Virtute autem Dei Stephanus fuit fortior

Act. 7.

Gen. 1.

Eccl. 16

Psal. 90

Qũo fortis extitit.

Iob. 6.

fortior lapide, quia percussus fractus non fuit: fortior ære, quia percussus non murmurauit. Tertio ex miraculosa operatione. Tanta.n.prodigia & signa facere nõ potuisset, nisi Deus cũ ipso fuisset. Ioã.3. Nemo.n. põt hęc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo. Quarto ex tam difficili inimicorum suorum dilectione, in hoc ꝙ ꝓ persecutoribus suis, & ipsum affligentib. Deum exorauit. Est nanq; manifestũ, ꝙ Deus cum eo fuit qui sibi tantam patientiã dedit, ꝙ ẽt seipsum superauit. Melior est patiẽs uiro forti &c. Quinto ex tanta diuinæ sapientiæ illustratione, quia non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebat̃.

Pro.16.

Secundo commendatur à cœlesti conuersatione, qđ tangitur ibi cum dr̃: Intendens in cœlum. Stephanus .n. libenter corde conuersabatur in cœlo non in mũdo, sciens ꝙ mundus transit, & quantum ad diuitias, delitias, & honores. Oẽ quod est in mundo, aut est cõcupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum & superbia uitæ. Mundus trãsit & concupiscentia eius. Qui igitur adhæret istis transitorijs ipse postmodum triplicem transitum faciet. Primo nanq; trãsit de culpa in culpam: Vino precioso & unguẽto nos impleamus, nullum pctm̃ sit quod non pertranseat luxuria nostra. Greg. Peccatum quod per pnĩam nõ diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Secũdo de culpa in pęnam, & hoc dupliciter. Vel in pœnam præsentem, de qua dr̃: Tradidit illos Deus in passiones ignominiæ, ecce culpa; & mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipentes, ecce pœna. Et sicut non probauerunt Deum hr̃e in notitia, ecce culpa. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, ecce pœna. Vel q̃tum ad pœnã futurã. Tenent tympanum & cytharã, ecce culpa, & in puncto ad infernum descendunt, ecce pœna æterna. Tertio de pęna in pęnã trãseãt ab aquis niuium in calorem nimium. Tertio cõmendat̃ a diuina reuelatione, quod notatur cum dr̃: Ecce uideo cęlos apertos &c. Videndo autem cęlos apertos uidit

1.Ioã.2. Notandum. Sap. 2. Rom.1. Iob.21. Ibid.24

locum

locum facilem ad ingrediendum, securum & amœnũ ad inhabitandum. Olim erat cęlum clausum, & ideo tunc impossibilis erat introitus. Sed modo cœlũ est apertum, & ideo oẽs intrare pñt, vnde: Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor dño &c. Est locus securus. Mundus aũt non est securus pp peruersitate hominum, & aer pp inhabitationem dæmonum, nec paradisus terrestris pp ignem & gladium. Sed ibi, s. in cœlo, nec peruersitas hominum põt attingere, nec malitia dæmonum ibi potest peruenire, nec ignis seu gladius ibi desæuire. Inter nos & uos chaos magnum firmatum est, vt hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, neq; indè huc transmeare: Est ẽt locus amœnus. Tria aũt sunt ẽm Augu. quæ domum faciunt amœnã. s. qñ domus paribus est disposita mẽbris ampla & lucida. Sic in cœlo sunt multa loca. i. diuersa merita, quæ tñ sunt paria, quia ẽm Aug. in dispari claritate erit par gaudium. Est etiam ualde amplũ. O Israel quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Est etiam lucidum. Claritas Dei illuminabit illam, & lucerna eius est agnus.

Luc. 18.

Domũ amœnã tria taciunt.

Bar. 3.

Apo. 21

Sermo cxcviij. De S. Dominico Sermo primus. Quomodo stella matutinæ radianti, lunæ plenæ lucenti, soliq; refulgenti assimiletur.

QVasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in dieb. suis lucet, & quasi sol refulgens, sic ille refulsit in tẽplo Dei. Cœlum spũale sunt uiri sctĩ, in qbus Deus per grãm requiescit. Peccatores aũt sunt terra quos Deus pedib. suis cõculcat, dũ eos inflexibili iustitia cõprimit. Cœlũ mihi sedes est, terra aũt scabellũ pedum meorũ. Beatus Dominicus fuit cęlũ Deo, & iõ in ipso fuerũt plãtæ Dei, s. stella matutina, sol & luna. In uerbis ergo pmissis assimilat stellæ matutinæ radianti, lunæ plenæ lucenti, & soli refulgẽti. stella matutina est lucifer qui quidem est calidus, humidus, iucundus, & solis nuncius.

Eccl. 50

Esa. 66.

Eccl.48 Sic B.Dominicus fuit calidus p feruentem zelum, vñ
dr̃ de eo. Verba eius ardebant ut faculæ, quia in spiri-
tũ uenerat, & uirtute Heliæ. Verba eius quasi faculæ
ardebant. Dñr aũt uerba sanctorum ignita triplici de
causa ẽm Ambr. super ps. Beati immaculati. Tũ quia
mundant. Tum quia inflãmant. Tum quia illuminãt.
Sic uerba B.Dominici habuerunt uirtutẽ mundandi,
inflãmãdi & illuminãdi, iõ uisio de ipso appatuit in
specie catuli, faculæ, & stellæ. Nã instar catuli habuit
linguã medicinalẽ per quã mundabat saniẽ culpæ &
peccatorũ. Instar faculæ inflãmabat torporẽ negligẽ-
tiæ. Instar stellæ illuminabat tenebras ignorantiæ. Se
cũdo fuit humidus p lachrymarum effusionẽ. Vñ de
eo dr̃ ꝙ de suis oculis quasi quendam fontem effece-
rat lachrymarum De isto fonte procedebant aq̃ ama-
ræ, dulces, calidæ & frigidæ. Aq̃ amaræ sicut lachry-
mę cõpunctionis, q̃ funduntur ꝓ peccatis proprijs.
Iudi. 8. Indulgentiam eius fusis lachrimis postulemus. Et q̃-
uis B. Dominicus peccata talia non haberet, adeo tñ
per lamenta pnĩæ se macerabat, ac si peccata talia ha
beret. Aquæ uero dulces sunt lachrymæ deuotionis,
quæ funduntur pro cœlestibus desiderijs. Ista habuit
B. Dominicus qui in oratione sæpe flere consueuit,
vñ de eo dicitur: Crebros adiungẽs sedulis fletus ora
tionibus. Aquæ calidę sunt lachrymæ cõpassionis q̃
fundũtur pro miserijs alienis. Et dicunt̃ calidę, quia
nõ funduntur nisi a corde fraterna charitate inflãma
2. Cori. to. Iuxta illud: Quis scandalizatur, & ego non uror?
11. Istas lachrymas habuit B. Dominicus, de quo dicitur
ꝙ Deus sibi spãlem gratiam contulerat flere pro pec
catorib. miseris & afflictis: Aq̃ frigidæ sunt lachrymę
lamẽtationis quæ funduntur pro incolatu præsentis
Ps. 119. miseriæ. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus
est &c. Sancti. n. uiri multas patiunt̃ tribulationes, sed
refrigeriũ magnum hñt per lachrymarum effusiones.
Psal. 65 Trãsiuim9 p ignẽ, & aquã, & deduxistis nos ĩ refrige
Hier. 6 rium. Inuenietis refrigerium aĩabus uestris. Tertio
fuit

fuit iucundus, & hoc in mente per conſcientiæ ſerenitatem. Secura mens quaſi iuge conuiuium. In facie Pro. 15.
per vultus alacritatem. Cor gaudens exhilarat faciē. Ibidem
In ſermone, per exhortationis alacritatem, & ſinceritatem. In conuerſatione per amicabilitatem. Vir amicabilis ad ſocietatē magis amicus erit quā frater. Et Ibid. 18
pp iſtam quadruplicem iucunditatem pōt dici de eo qđ dr̄ de dño. Non clamabit. ſ. p impatientiā, qa habuit exhortationis alacritatem. Calamum conquaſſatum nō conteret, qa habuit conuerſationis cōmunitatem, nō erit triſtis, qa habuit conſcientiæ ſerenitatem, neq; turbulentus, quia habuit vultus alacritatē. Eſa. 52.
Quarto ſolius iuſtitiæ qui Chriſtus eſt, p̄co ſiue nuncius. Sicut. n. B. Ioannes baptiſta prænunciauit aduentum Chriſti, ſic & iſte vicinū credit̄ p̄ueniſſe iudiciū. Luc. 14.
Miſit ſeruū ſuū. i. ordinē p̄dicatorū, ut exponit Gre. Hora cœnæ. i. in fine ſeculi. Miſſus eſt ergo in extremo tpe, qa ſicut dr̄: Nos ſumus ī quos fines ſæculorū 1. Cor.
deuenerūt. Miſſus eſt ab extremis terræ. i. de finib. Hi 10.
ſpaniæ. Ab extremis terræ, i. a longinquis ego uocaui te &c. Miſſus eſt uſque ad extremum terræ. In omnē Eſa. 49.
terrā exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Pſal. 18.
Dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ. Miſſus eſt pro extremo fine, ideſt pro ſequendo ipſum Deum, qui ſicut dicit B. Auguſtinus, eſt finis deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine uidebitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Eſa. 49.

Secundo aſſimilatur lunæ plenæ. Qñ autem luna eſt plena, tunc habet quadruplicem plenitudinem, .ſ. plenitudinē lucis in corpore, uirtutis in operatione, formæ ſphericæ & imaginis impreſſæ. Sic B. Dominicus habuit plenitudinem lucis in corpore. i. diuinę ſapiētiæ in mente. Eſt aūt triplex ſapīa ſicut dicit Aug. in lib de q̄titate aīæ. ſ. nociua, q̄ eſt ſapīa mundana, ſupflua q̄ eſt philoſophica, & neceſſaria, q̄ eſt diuina. Hēre igit̄ ſapīam nociuā eſt eē lunā vacuā. Hr̄e Sapientia triplex.

ſapientiam philoſophicam, eſt eſſe lunā ſemiplenā. Habere vero ſapīam diuinam, eſt eſſe lunam plenā. B. Dñicus non fuit luna vacua, quia ſapientiam mundanam abhorruit, nec fuit luna ſemiplena, quia ſapientiam philoſophicam cōtempſit, ſed fuit luna plena, quia ſapīam diuinam dilexit. Secūdo dr̄ luna plena, qa habuit plenitudinē uirtutis in operatione. In hoīe sūt intellectus, affectus, & effectus. Illi ergo sūt luna uacua qui habēnt intellectū uacuū Dei cognitione, affectū Dei amore & effectū bona operati one. Illi vero ſunt luna ſemiplena qui habēt fidē, ſed non habēt amorē nec operationem. Beatus uero Dñicus fuit luna plena, qa habuit intellectū illuminatū p fidē, affectū inflāmatum p amorem, & effectū informatum p bonam operationem. Tertio dr̄ luna plena, quia habuit plenitudinem formæ ſphæricæ. i. perſeuerantiæ. Sunt. n. qui nec bene incipiunt, nec bn̄ proficiunt, nec bene finiunt. Et iſti ſunt luna vacua. Sūt q bn̄ incipiunt, ſed male ꝓficiunt, iſti ſunt luna ſemiplena. Sunt & qui bn̄ incipiunt, proficiunt & finiunt, iſti ſunt luna plena. Sed B. Dñicus bene incępit: quia adhuc ſub nutricis cura cōſtitutus in terra iacebat, bn̄ ꝓfecit, qa in ſua iuuenture uendidit libros & p̄cium pauperib. erogauit, & bn̄ cōtinuauit & finiuit, qa totā uitā ſuam in ſeruitio Dei expendit. Quarto B. Dñicus dr̄ luna plena, qa habuit imaginis plenitudinem. Aīa nāq; facta eſt ad imaginem Dei, quātum ad memoriam, intelligentiā & uoluntatem. Qn̄ igit̄ Deus non eſt in memoria per retentionem, nec in intelligentia p fidem, nec in uoluntate p amorē, tunc luna eſt vacua. Qn̄ vero quis hēt Deū in intellectu per fidem, ſed habet eum in amore per voluntatem, tunc imago lunæ eſt ſemiplena. Beatus aūt Dñicus habuit eam plenam, qa Deū recte cognouit, uere dilexit, & in memoria ſp retinuit. Tertio B. Dñicus aſſimilatur ſoli. Nā dicit Aug. ꝙ in ſole tria cōſiderant̄. ſ. qđ eſt, qđ lucet & qđ calet. In beato autem Dñico inſtar ſolis

lis fuit essentia pura.i. uita sancta, doctrina lucida, & charitas inflãmata. Amittit aũt sol.i.p̄lati q̄ dērent esse sol, lucem suā q̃tum ad nos quadruplici de cā. Primo pp nubis tectionē.i superbię obumbrationem. Solē nube tegā.i.tegi pmittā. Sed B. Dñicus isto mō nō amisit lucem, q̄a sine nube superbię fuit. Vñ libentius morabatur carcassone ubi despiciebaẽ, q̃ tholosæ ubi ab oĩbus honorabatur. Secundo pp obiectionem lunæ.i.leuitatis & inconstantiæ. Vnde de hoc. Stultus sicut luna mutatur. Beatus aũt Dñicus habuit magnam mentis firmitatem: Vñ dr̄ in eius legēda, tãtam seruabat mentis cōstantiam, ut uix aut nunq̃ semel enũciatũ sermonē cum deliberatione acquiesceret immutare. Tertio pp fumi uel uaporis obumbrationē.i.carnalis cōcupiscētię exhalationē Ascendit fumus putei sicut fornacis magnæ, & obscuratus est sol & aer de fumo putei. Istā aũt exhalatationē B. Dñicus nō habuit, quia uirginitatem integram custodiuit. Quarto propter terræ interpositionē.i.terrenorũ cupiditatem. A minori usque ad maiorem oẽs auaritiæ studēt. Sed B. Dñicus isto mō obscurari non potuit, q̄a uoluntariā paupertatem elegit. Mihi mundus crucifixus & ego mundo. Mundus quippe sibi crucifixus est, quia ipsũ mundũ & oĩa mundana, & terrenas cupiditates uilipendit & despexit Et ipse mũdo crucifixus est, q̄a de mũdo nō fuit reputatus, nec mũdus de ipso curabat.

Eccl. 27

Apoc. 9.

Hier. 6.

Gal. 6.

Sermo cxcix. De eodem Sermo ij Quæ commendant uerum prædicatorem, in ipso reperta esse insinuatur.

SPiritus meus qui est in te, & uerba mea q̃ posui in ore tuo non deficient de ore tuo & de ore seminis tui dicit dñs, amodo & usq; in sempiternum. Verũ prædicatorē tria cōmendant s.uita sancta, doctrina assidua, & sapiēs proles & fœcunda. Ista tria B. Dominicum cōmendabilem reddunt. s.uita sctā cum dr̄: Spiritus meus qui est in te, ipse n. spiritũ sanctum habuit, & ideo non tantum uerbo, sed etiam exemplo &

Esa. 59.

virtutibus prædicauit. Vtebať.n.doctrinis, exemplis & etiā miraculis. Quidam.n.erant inscij & ignari, & quantum ad istos vtebať bonis, & vtilibus doctrinis, vt eos instrueret. Quidā erāt insipidi & deuoti, & q̄-
Mar.ul. tum ad istos utebatur gratijs & exēplis, ut in deuotos attraheret. Quidā uero erant duri & obstinati, & quā tū ad istos utebatur miraculis, ut eos conuerteret. De his tribus dr̄: Illi autem profecti prædicauerunt ubique, ecce doctrina fructuosa, dn̄o cooperāte & sermonē confirmante, ecce uita gratiosa, sequentib. signis, ecce miracula uirtuosa. De his tribus etiam dicitur:
Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, idest in B. Dominico spirituali & cęlesti: s. pater q̄ sibi dedit miraculorum potentiam: filius qui sibi dedit prædicādi sapientiam, & spiritus sanctus qui sibi dedit uirtutē & gratiam. Secundum est doctrina assidua cum dicitur: Et uerba mea quæ posui in ore tuo, qđ est contra prædicatores desidiosos, qui uerba Dei non hn̄t in ore p doctrinam, sed abscōdunt in corde per desidiā & per
Quatuor ab scondi nōdēnt inertiam. Et tn̄ sunt quatuor quæ abscondi non debent. s. sapīa & thesaurus. Sapientia abscondita & thesaurus inuisus quæ utilitas in utrisque. Talentum, & frumentum. Qui abscondit frumentum malediceť in
Eccl. 41 populis. Non dēnt uerba Dei abscōdi, quia sunt sapiē
Mat. 25 tia Dei qua mediante indocti instruunť. Testimoniū
Pro. 11. dn̄i fidele sapīam præstans paruulis. Sunt thesaurus
Psal. 18 Dei quo egeni ditanť. Bonum mihi lex oris tui super
Ps. 118. milia auri & argēti. Sunt talenta quibus serui' peccati redimuntur, & ad ista talenta aurea Christus nos ad-
Apo. 3. monet comparanda, ut habetur. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum &c. Sunt frumētū Dei
Matt. 4 quo fideles reficiunť. Non in solo pane uiuit hō &c.
Prædicatorū ordinis institutio. Tertium est proles sapiēs & fęcunda, cum dicitur: Et de ore seminis tui &c. Semen enim B. Dominici fuit ordo prædicatorum quem in Christo per euāgelium gn̄auit. Non enim ipse ordo fuit a casu inuentus, uel ex humana prudētia institutus, sed fuit potius a Deo desti-

destinatus. Misit seruum suum dicere inuitatis, ut uenirent, Gregor. Hora cœnæ finis est sęculi. In hoc fine mittitur seruus, idest ordo prædicatorũ ad inuitatos per legẽ & prophetas ut repulso fastidio ad gustandũ cœnam se præpararent. Secundo fuit a prophetis p̃figuratus & maximè vbi dicitur, quòd in quarta quadriga erant equi uarij & fortes. Isti equi sunt p̃dicatores Christum per uniuersum mundũ portantes. Et dicuntur uarij non tantum propter habitũ, sed etiã propter uarietatem uirtutum. Et dicuntur fortes, quia fortiter sciunt pugnare & se defendere, & sunt in quadriga, i. quarta. In prima enim quadriga sũt equi rufi, idest ordo martyrum. In secunda sunt equi nigri, idest ordo confessorum, qui se p macerationem denigrauerũt. In tertia sunt equi albi, idest ordo uirginũ. In quarta sunt equi uarij, idest ordo doctorum & prędicatorũ. Tertio iste ordo fuit a matre Dei impetratus & habitu insignitus. Nam cum quidã sanctus uir ante istius ordinis institutionem instaret orationi, uidit beatam uirginem Mariam pro humano genere exorantẽ, cui ait Christus: Quid possũ amplius facere? Misi patriarchas, & prophetas, & parum se emendauerunt, ueni & ego ad eos. Deinde misi ap̃los, & me & eos occiderũt Misi etiam martyres & cõfessores ac doctores, & nec illis acquieuerũt. Sed, quia non est fas, ut aliquid tibi denegem dabo eis prædicatores meos. Fuit etiã ipse ordo p̃dicatorũ a uirgine gloriosa ĩ habitu insignit[9]. Nã cũ prius fratres habitũ aliũ deferrẽt B. uirgo habitũ quẽ nũc hñt eis ostendit. Quarto fuit ab apostolis Dei scĩa & constantia decoratus. Nã Petrus & Paul[9] sibi apparuerũt, cui Petrus baculũ, Paulus uero librũ tradidit dicentes: Vade prędica, qm̃ ad hoc ministeriũ a Deo es electus. Per librũ aũt significat donũ sciẽtiæ. Et p baculũ intelligit fortitudo cõstantię, q̃ duo in p̃dicatorib[9] maximè reqrũt. Quinto a Vicario Dei fuit cõfirmatus. Cũ. n. summus Põtifex btõ Dñico ordinis p̃dicatorũ cõfirmationẽ petẽti se difficilẽ exhiberet,

Luc. 14.

Zach. 6.

sequēti nocte uidit in visione φ ecclesiā Lateranēsis ruinam minaret, & ecce beatus Dominicus occurrit & humeris suppositis ipsam ecclesiā sustentauit &c.

Eccl.10 Sexto fuit a beato Dominico institutus, unde super illud: Vtilem rectorem in tempore suscitauit. Dicit glosa interlinearis.i.ordinem prædicatorum &c.

Sermo cc. De eodem Sermo 3. De triplici eius perfectione.

Mal. 2. LEx ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas nō est inuenta in labijs eius, in pace & ęqtate ambulauit me cū, & multos cōuertit ab iniquitate. Ex his uerbis ostēdit φ B. Dñicus habuit triplicē perfectionē. Primo nāq; fuit pfect⁹ quātū ad se cum dr̄: Lex ueritatis fuit in ore eius, & iniquitas nō est inuenta ē labijs ei⁹. Quæ pfectio fuit ĩ ueritatis sciētia cū dr̄: Lex ueritatis fuit in ore eius. Et sanctitate uitę cū dr̄: Et iniqtas

Lex quadruplex nō est inuenta in labijs eius. Circa primū notandū, φ quadruplex est lex. Prima est lex cupiditatis q̄ est ad

Esa. 5. uocatorū. Vę q iustificatis impium pro muneribus &

Sap. 13. iustitiā iusti aufertis ab eo. Scd̃a est lex uanitatis quę est philosophorū. Vani sunt oēs homines in qbus nō

Sap. 2. est sciētia Dei. Tertia est lex iniquitatis quæ est malorum. Sit aūt fortitudo nostra lex iniustitię &c. Quarta

Sap. 10. nanq, lex est ueritatis quæ lex est sanctorū. Dedit.n. illi scientiā sanctorum. B. aūt Dominicus nō habuit legē cupiditatis, quia oĩa terrena cōtempsit, nec legē uanitatis, qa philosophica dogmata uilipēdit, neq; legē iniqtatis, qa innocētiā custodiuit, sed ipse habuit legē ueritatis, qa in illa studuit & eā amplexatus fuit.

Prou. 4. Arripe illam & exaltabit te, glorificaberis ab ea, cū eā fueris amplexatus. Secundo pfectio beati Dominici

Sanctitatis pfectæ sex signa. fuit in sanctitate uitæ cum dicitur: Et iniquitas nō est inuēta in labijs eius. Min⁹ dicit & plus significat. Nō solū nō fuit in ipso iniquitas, sed poti⁹ fuit ĩ ipso magna sanctitas. Perfectæ aūt sanctitatis sex sunt signa, primū uberior fletus. Aug. Tanto qsq; est sanctior, &

 sancti

sancti desiderij plenior, q̃to fit in eius oratione fletus uberior. Istud signũ habuit B. Dñicus de quo dr̃: Specialẽ sibi grãm dñs cõtulerat, flere pro peccatorib. miseris & afflictis. Scd̃m est mũdi despectus. Vñ sanctus in Græco dr̃ agyos .i. sine terra, qa ille uere est sanctus qui est sine terra auaritiæ. Et B Dñicus mundũ despexit, & q̃tum ad diuitias, qa oĩa terrena cõtẽpsit, & q̃tũ ad delitias, quia uirginitatẽ seruauit, & q̃tum ad honores, quia epatum fugit. Tertiũ est mentis excessus. Siue mente excedimus &c. Ego dixi in excessu meo 2.Cor.5
oĩs homo mendax Et de B.Dominico dr̃, ꝙ in tm̃ ra- Ps. 115.
piebat̃ mentis excessu, & maximè, qñ missa dicebat̃, ac si Christum ibi visibiliter videret. Quartum ad moriendi desiderium. Desiderium hñs dissolui, & esse Phil. 1.
cum Christo. Et de B. Dñico dr̃: Sitiebat seruus Dei martyrium, sicut sitit ceruus ad aquæ fluuium. Quintum est appetitus cęlestium. Nostra cõuersatio in cœ Ibid. 4.
lis est. Chrys. Nihil dẽt hr̃e terrenum qui vult esse cęlestis. Et de B. Dominico dr̃: Nocte cęli perlustrãs lumina &c. Sextum est facilis impetratio grãtum. Inuo Psal 90.
cabit me & ego exaudiã eum. Adhuc illis loquẽtibus Esa. 65.
ego audiam. Istud signum habuit B. Dñicus qui legit̃ dixisse: Nunquã a Deo aliquid petij, qđ nõ assequerer iuxta uotum. Secundo fuit perfectus quantum ad Deum, quod notatur cum dr̃: In pace & æquitate ambulauit mecum. Ipse.n. cum Deo in æquitate ambulauit, quia se totaliter Deo mancipauit. Multi aũt sunt qui cum Deo inæqualiter ambulabant, quia peiorem partem dant Deo & meliorem mundo & diabolo .s. de corpore suo diabolo iuuentutem, & Deo senectutem. Comederunt alieni .i. dęmones robur eius .i. iuuẽ Ose. 7.
tutem &c. De suo corde, quia dant Deo intellectum Tit. 1.
per fidem, & mundo dant affectum per amorem, Confitentur se nosse Deum, factis aũt negant. De tpe suo, quia diabolo dederunt tp̃s p̃teritum & præsens. Sed Deo dare uolunt futurum, & dicunt: Ego agam pœni Eccl. 9.
tentiam cum tñ dicatur: Omnia in futurum seruantur

Ambulãtium cũ Deo uarietas

incer-

incerta. De opere suo dant corticē exteriorē p apparentiā, sibi aūt retinent medulla interiorē per uanā gl̃iam,& intentionē obliquā. Oīa opa sua faciūt,ut vi
Mat. 13 deant ab hoībus. Et de sub̃a sua, qa Deo dāt uilia,& sibi retinent p̃ciosa, sicut fecit ea in eo qđ spicas cor rosas Deo obtulit,& plenas sibi retinuit. Sed B. Domi nicus cū Deo in æquitate ambulauit, qa totū suū cor pus,& totū cor suum,& opus suū,& totam sub̃am suā Deo obtulit. Tertio fuit pfectus q̃tum ad ꝓximū, cū dr̃: Et multos auertit ab iniqtate. Auertit qđ ē eos du-
2. Thi. 4 pliciter. s. verbo doctrinæ,& exēplo uitæ. Nā assidue prędicabat & multos cōuertebat. Prædica uerbū Dei, insta opportune importune:& ideo monstratus est in spē catuli accensam faculā baiulantis. Ipse.n. obiurgabat,incendebat,& demulcebat. Obiurgabat malos. s. latratu increpationis. Demulcebat bonos lingua leniētis exhortationis, & inflāmabat oēs ad r̃lam amoris. Argue. s. bonos exhortādo, obsecra, oēs. s. ad uitam bonā deducendo. increpa, malos. s. obiurgando. Ideo in arca Moysi erant Manna, uirga,& tabulæ, qa in B. Dominico qui fuit arca Dei, fuit māna dulcis exhortationis, quoad bonos, uirga correctionis, quo ad malos,& lex amoris, quo ad oēs, quia illa exhortatio & correctio ꝓcedebant de fonte amoris. Scđo malos auertit exēplo suæ uitæ. Distinguit aūt Augu. in libro de ciuitate Dei triplex genus uitæ. s. ociosum, actuosum,& ex utroq; cōpositū. Primū genus vitæ in ocio cōtēplationis, s̃m in labore actionis, tertiū in excellētia pfectionis. Istud triplex genꝰ uitæ habuit B. Dominicus. De duob. primis dr̃: Nocte cęli pluſtrans lumina terris dat uerbi semina. Habuit ēt tertiū qͽ cōsistit in excellētia pfectionis. Est aūt perfectio triplex, una est excellens q̃ cōsistit in p̃ceptorū obseruatione. Et istā pfectionem habuit cū adhuc esset laicus. Scđa est excellentior quæ cōsistit in consiliorum additione,& istam habuit dum factus esset regularis canonicus. Tertia est excellentissima, & ista consistit in supererо-

Vitæ genus triplex.

Perfectio triplex.

pererogatione, & istam habuit qñ factus est uir apostolicus. Tunc enim multa consilijs supererogauit, ut pote consilio paupertatis nihil hr̃e proprium, nõ tm̃ in speciali, sed etiam in communi. Et cõsilio obedientię seruare obedientiam, non solum usque ad cõtumelias uerborum, uel ablationẽ rerum, uel iniurias verberum, ẽt usq; ad mortem. Consilio castitatis addidit, quia non fuit cõtentus seruare castitatem continentiæ, sed etiam seruauit castitatem virginalis müditię.

Sermo cci. De eodem sermo iiij. quando quæ ad bonum seruum requiruntur fuerunt in ipso reperta.

MIsit seruum suũ hora cęnę &c. Per cęnã finis sęculi, per seruũ ordo prædicatorum significať, huius ordinis B. Dominicus fuit institutor. Ad bonitatem autem serui tria requiruntur. Primum est fidelitas. Quis putas est fidelis seruus & prudens. Istã fidelitatẽ B. Dominicus Deo seruauit. Tria .n. ab ipso accepit. s. corpus, aĩam, & res tpales quæ Deo fideliter reddidit. Nã de carne reddidit Deo puritatẽ, de mẽte deuotã orõnẽ, de rebus liberalẽ ad pauperes distributionẽ. Fuit ẽt fidelis seruus, qa in his q̃ faciebat non suũ, sed dñi sui honorẽ intẽdebat, qđ est cõtra illos q in his q̃ faciunt gloriã mundi q̃runt. Ipsa aũt humana gloria aliqñ opus bonum p̃cedit, & tũc illud opus est penitus intermittẽdum, qa ex corrupta radice nõ põt bonus fructus prodire. Aliqñ cõcomitatur, & tunc opus est cõtinuãdum & pficiendũ. Aliqñ uero subseq̃tur, qñ qs de aliquo bono qđ fecit intra se uane gloriať, & tũc ad cõfessionẽ est recurrẽdũ. Istud ãt uitiũ vanę glorię, s̃m eũdẽ Chry. difficulter uincitur tripli ci de cã. Primo q̃a de bono nasciť, sicut .n. ex uestimẽto tinea nasciť, q̃ vestimentũ corrodit, & ex oleribus nascitur uermis q olera corrũpit, sic ex bonis operib. interdũ uana gl̃ia nasciť, q̃ ipsa bona opa lædit. Scđo qa nõ hẽt cõtrarium p qđ vincať, sicut fornicatio hẽt pro cõtrario castitatẽ, supbia p cõtrario hẽt humilitatẽ. Tertio qa quanto plus cõpesciť, tanto plus augeť.

Luc. 14

Vanæ gloriæ, vitia difficulter vincũť.

Et

Ps. 100. Et rõ ꝓm eundẽ Chry. Quia oẽ malũ ex malo nascit. Sola aũt uana gloria de bono ꝓcedit, iõ nõ extinguit tũr ꝑ bonum, sed magis auget. Scđo ad bonitatẽ serui spectat mũditia. Ambulãs in uia immaculata, hic mi-
Eius uirginitas similis Virgi Mariæ. hi ministrabat. Istã munditiã B. Dominicus habuit, quia uirginitatem integrã custodiuit. Quæ quidẽ uirginitas B. Dominici uirginitate B. Mariæ inquãtum fuit possibile similis multum fuit. Ipsa enim habuit uirginitatẽ integrã, qa fuit uirgo & mẽte & carne, sic
Apoc. 1 & B. Dñicus integritatem carnis habuit & ẽt mentis puritatem seruauit. Vna enim sine alia nõ sufficit. Vñ angel⁹ q Ioãni apparuit zona aurea cinctus in pectore aduenit, qa talis dẽt eẽ angelicus ꝑ integritatẽ carnis, & dẽt esse cinctus ꝑ mũditiã cogitationis, & dẽt esse cinctus in pectore zona aurea, qa hoc debet facere ex charitate cordis. Secundo B. Virgo habuit uirginitatẽ dedicatã Christo, quia ipsam primo Deo vouit
Pro. vlt. & dedicauit Sic B. Dominicus uirginitatem suã Deo uouit & uendidit. Syndonem fecit & uendidit & cingulum tradidit chananeo. Per syndonem quæ multis tũsionibus ad cãdorem deducit signatur uirginitas quæ multis macerationibus hr. Ista uirginitas debet Deo uendi .i. deuoueri. In qua uenditione homo cũ Deo multũ lucratur, quia dat Deo corporis & aĩæ puritatem, recipit ab eo eiusdem corporis & aĩæ fælicitatem. Illi aũt qui mundo eã uendunt multũ ꝑdunt, qa dant aurum uirginitatis, & recipiunt plumbum. s. corruptionis: & castitatis cingulum, quo sinus fluxibilium cogitationum restringit chananeo traditur, qñ Christo q est zelator spõsæ suæ ipsa virginitas deuouetur. Tertio virgo beata habuit virginitatem trãsfusiuam, quia licet pulcherrima fuerit, a nullo tñ potuit concupisci, quia puritas sua in alios trãsfundebatur, & oẽs motus illicitos extinguebat. Istud etiam fuit in B. Dominico, quia cum quidam scholaris carnis lubricum pateretur, & manũ eius oscularetur, ipse scholaris tãtum ex illa manu uirginea prodire sensit odo-
rem,

rem, ꝙ eius cor penetrauit, & omnem concupiſcẽtiæ æſtum extinxit, ideo eius odor aſſimilari poteſt odori cedri & myrrhæ. Sicut.n. odor cedri fugat ſerpẽtes, & odor myrrhæ fugat uermes, ſic odor ſuæ puritatis immundas expellebat cogitationes. Tertio ad bonitatem ſerui requiritur uigilantia. Btī ſerui illi quos cũ uenerit dñs inuenerit uigilantes. Sed B. Dominicus ualde in orationibus uigilauit. Cuius orationes ſex circunſtantias habuerunt. Primo nanq; fuerunt feruẽtes. Vnde legitur, ꝙ frequenter cum ueſtibus balneatis in eccleſia pernoctabat. Mane autem facto hmõi ſuæ ueſtes magis ſiccæ reperiebantur quam ueſtes ſociorum ſuorum, quanuis ueſtes ſociorum ſuorum iuxta ignem tota nocte dimittebantur. Tantus.n. ardor amoris eius pectus inflammauerat, ꝙ eius corpus feruere faciebat, & ſic corpus ſuccenſum ueſtimenta madida exiccabat. Secundo fuerunt efficaces. Vnde dixit cuidam ſuo familiari. Nunquam à Deo quicquã petij: quin illud conſequerer iuxta uotum. Ipſe.n. à Deo exaudiri meruit, & pp intenſum clamorem cordis. Clamauit ad me & ego exaudiam eum: & pp impletionem diuinæ uoluntatis. Voluntatem timentium ſe faciet, & proper magnitudinem credulitatis. Quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis. Tertio fuerunt leues, & ideo in cœlum aſcendebant. Illa .n. oratio eſt grauis quæ uel habet pondus peccati. Cũ multiplicaueritis orationem nõ exaudiã &c. Vel pondus terrenitatis. Deponentes omne põdus &c. Vel põdus carnalitatis. In ueteri autem lege de altari holocauſtorum erat uia ad altare incẽſi, qa de mortificatione carnis trãſitur ad ſuauitatẽ orationis. Iſtud autem pondus orationes B. Dominici non habuerunt, quia & ſine peccato extitit, & terrena cõtẽpſit & carnẽ ſuã macerauit. Quarto fuerũt continue, quia in oratione continue pernoctabat. Oportet ſp orare & nunquam deficere. Vere ipſe non deficiebat qñ orare incępit in ſua pueritia, quando ſuper nudam terram accumbebat,

Luc. 12.
Orõnũ eius circũſtãtię ſex.
Pſ. 90.
Pſ. 144.
Mat. 21
Eſa. 1.
Heb. 12
Luc. 18.

bat,& profecutus eſt in ætate reliqua,& cõſummauit in morte ſua, quia tunc Chriſto filios ſuos recõmendauit, & pollicitus eſt ſeruaturum poſt mortem ſuã. Quinto fuerunt deuotæ, quia tãta dulcedine plenus

Pſal. 76 erat,ꝙ ſępe à ſeipſo deficiebat. Memor fui Dei & delectatus ſum &c. Sextò fuerunt ſinceræ, quia nõ petebat aliquod terrenum commodum, ſed ſalutem animarum. Vñ de eo dr̄,quia ſæpe Deum rogauit,ꝙ talem gratiam ſibi infundere dignaretur, qua ſe totum poſſet impendere utilitatibus proximorum &c.

Sermo ccij. De eodem Sermo quintus. Quomodo quo ad proximum, quo ad Deum, & quoad ipſum laudabiliter ſe geſſit.

2.Thi.4 OPus fac euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſobrius eſto. Ex his uerbis oſtenditur ꝙ laudabiliter B.Dominicus ſe habuit, quoad proximũ, quoad Deum, & quo ad ipſum. Quo ad proximum quidẽ

Aduerũ Euãgeliſtã 4.requirunť laudabiliter ſe habuit, q̃a uerbo & exemplo ꝓdicauit, quod notatur cum dr̄: Opus fac euangeliſtę. Ad uerum autem euangeliſtam quatuor requirunť, ſ. doctrina, ſcientia, uita, & conſcientia. Et iſta quatuor tã

Luc.21. git dominus. Ego.n.dabo uobis, ſ.apoſtolis qui fuerunt magnæ perfectionis, ecçe uita, os, ecce doctrina, & ſapientiã, ecce ſcientia, cui non poterunt reſiſtere, & contra dicere oẽs aduerſarij ueſtri, ecce conſtantia. Scientia.n. ſine doctrina nullius eſt utilitatis. Doctrina uero ſine ſcientia eſt magnæ fatuitatis. Scientia, & doctrina ſine uita eſt magnæ uanitatis. Et habere iſta tria ſine conſtantia eſt magnæ deſpicabilitatis, q̃a timidi, & puſillanimes ab omnibus contẽ-

Eccl.20 nuntur. Beatus igiť Dñicus habuit ſcientiam cum do

Abſcondi 3. nõ debent. ctrina, aliàs ſua ſcientia nullius fuiſſet utilitatis. Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſus, q̃ utilitas in utriſque. Tria namque ſunt q̃ non debent abſcondi, ſcilicet iuſtitia Dei, ueritas Dei, & miſericordia Dei,

Pſal.

Psal. Iustitiam tuam nō abscondi in corde meo, ueritatem tuā, & salutare tuum dixi: Non abscondi misericordiā tuam &c. Prælatus igitur debet manifestare iustitiā Dei &c. per quam subditi sollicitentur in operandis. Veritatem Dei per quā instruantur in credendis. Et misericordiam Dei per quā animentur in diligendis. Secundo Beatus Dominicus habuit doctrinam cum scientia, aliàs doctrina fuisset magnæ fatuitatis. Vnde Grego. Necesse est quod stulte sapitur stulte prædicetur. Non intelligentes neque quæ loquuntur neque quæ affirmant. Tales sunt sicut filij uiperarum, qui ante tempus rumpunt maternum uterum ut exire possint ad ortùm. Sic & multi ante tēpus interrumpunt studium, ut exire possint ad prædicandum. Tertio habuit scientiam, & doctrinam cum uita, aliàs earum fuisset uanitas. Magna enim uanitas est instar candelæ, alios illuminare & seipsum consumere. Tales habent uocem Iacob, idest doctrinam, sed manus Esau, idest operationem malam. Tales sunt similes illi Aegyptio, de quo legitur. Qui natus erat ex patre Aegyptio, & matre iudæa, qui Deum Israel blasphemauit. Tales enim nascuntur ex patre Aegyptio, idest diabolo propter malam uitam, sed uidentur esse filij iudeæ, idest ecclesiæ propter doctrinam. Quarto habuit constantiam contra hæreticos, & infideles, aliàs cætera præcedentia fuissent magnę despicabilitatis. Secundum autem Chrysostomū tria sunt genera hominum q in suis operationibus timere non debent. Vnde ait: Miles si bellum timeret nunquam uictoria frueretur. Agricola uero si labores fugeret, nunquam fructus terræ colligeret. Negociator si terræ, & maris pericula formidaret, lucri commertia non congregaret. Sic serui domini si pericula tentationis abhorrerent, & ociosi residéant, nunquam probationis coronam inuenient. Beatus ergo Dominicus non timuit, sed ualde constans fuit. Ex eo quòd fuit miles Christi. 2. Thimot. 2.

1. Thi. 1

Nu. 24.

Notandum.

Labora

2.Thi.2 Labora ſicut bonus miles Ieſu Chriſti. Et ſicut agrico la Dei. Laborantem agricolã, oportet primo de fructibus pcipere. Et negociator regni. Negociamini dum
Luc.19. uenio. Scđo B. Dominicus laudabiliter ſe habuit quo ad Deum, cuius miniſterium adimpleuit, qđ notatur cum dr̃: Miniſterium tuum imple. Miniſtrauit quidẽ Deo ſuam intelligentiam per fidem, non quancunq;
2.Thi.4 fidem, ſed firmã & certã & dilectioni coniunctã. Bonum certñ certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, ecce quã firma. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, ecce quã certa, nõ ſolum mihi, ſed & his qui diligunt aduentum eius, ecce quã coniuncta dilectioni. Scđo B. Dñicus miniſtrauit Deo ſuã affectiuã
Eccl. 8 per amorem: Noluit.n. terrena q̃rere, ſed ſpiritualia
Ibid. 5 & cœleſtia deſiderare, quia terrena in uita hñt laborem. Eſt homo qui dieb. ac noctibus ſomnum non capit oculis &c. In morte hñt dolorem. Diuitiæ congregatæ in malum dñi ſui pereũt in afflictione peſſima.
Iob. 27 Poſt mortem pariunt uacuitatem & famem. Diues.n.
Pſ. 118 cum dormierit, nihil ſecum auferet &c. Bona aũt ſpiritualia in uita hñt delectabilitatem. Cantabiles mi-
Prou.3. hi erant iuſtificationes tuæ. In morte ſecuritatem. Si
Pſal.16. dormieris non timebis &c. Poſt mortem ſatietatem: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Tertio miniſtrauit Deo ſuã operatiuam per ſollicitam operationem. Ipſe.n. bonis operib. uacauit. Et in pueritia ſua, q͞a ſub nutrice ſua cõſtitutus lectum dimittebat, & ſup nudã terrã accumbebat. In iuuentute, quia libros uendidit & pauperibus erogauit. Et in tota reliqua ſua ætate, quia totã uitam ſuã expendit in Dei ſeruitium & conuerſionem aĩarum. Quarto miniſtrauit ſe totũ Deo. Nam cum a Deo acceperit corpus & animam & res, Ipſe corpus dedit proximo ad uendendum, ſicut patet in legenda. Animam ad compatiendum, unde dr̃ de eo. Specialem ſibi gratiam dominus dederat flerẽ pro peccatoribus miſeris & afflictis. Et res ad ſubueniendum, quia oĩa ſua pauperibus erogauit. Tertio lau-

laudabiliter se habuit quo ad seipsum cũ dicitur: Sobrius esto. Circa quod est notãdum ꝙ est quadruplex homo. s. homo brutalis, qui. s. sequitur appetitum sensualitatis. Cõparatus est homo iumentis insipiẽtibus & silis factus est illis. Et iste nõ est sobrius, sed ebrius ebrietate carnalis lasciuiæ. Veni & inebriemur uberib. Secundus homo est ipse homo rõnalis, qui. s. uiuit ſm rationis imperium. Qui autem habent uxores tãquam non hñtes sint &c. Iste est sobrius sobrietate tẽperantiæ. Vñ dr̃ de uino iucunditatis mundanæ. Si bibas illud temperate, eris sobrius. Tertius est homo angelicus, qui. s. mundum & omnem actum carnalem penitus deserit, & angelico more uiuit. De talibus dr̃: Aequales enim sunt angelis. Iste est sobrius sobrietate abstinentię. Quia abstinet a mundo & a delectationibus mundi. Nos autem qui Dei sumus, sobrij simus. Quartus est homo diuinus. s. qui totus ꝑ amorẽ trãsit in Deũ. Talis erat apostolus qui dicebat: Viuo ego iã nõ ego &c. Et iste est sobrius sobrietate vię inde vẽturus ad satietatem patriæ. Bibite amici, ecce sobrietas uiæ. Et inebriamini charissimi, ecce satietas patriæ. Beatus igit̃ Dñicus nõ fuit hõ brutalis, quia sẽsualitatẽ suã rõni subigebat. Nec fuit contentus esse solummõ homo rõnalis, q̃a omnibus mundanis & terrenis abrenuntiabat, sed fuit homo angelicus, q̃a ab oĩ carnali delectatione abstinuit. Et fuit hõ diuinus quia totus ꝑ amorẽ in Deũ trãsiuit de sobrietate viæ ꝑueniẽs ad satietatem patriæ, vñ de eo dr̃: Liber carnis vinculo cęlos ĩtroiuit, ubi pleno poculo gustauit, & sitiuit.

[Margin: Hõ quadruplex; Psal. 48; Prou. 7.; 1. Cor. 7; Eccl. 31; Luc. 20.; 1. The. 5; Gal. 2.; Can. 5.]

Sermo cciij. De eodem Sermo ij. Quomodo sali, luci, Ciuitati super montem positæ, & lucernæ, assimilatur.

Vos estis sal terrę. Inq̃tum præsens euangeliũ ad honorẽ B. Dominici decantatur. Ipse ibidem assimilatur sali condienti, Luci refulgẽti, Ciuitati eminenti, & lucernæ in candelabro radiãti. Ipse nãq; habuit

[Margin: Matt. 5.]

buit diuinā sapientiā, & ideo assimilatᵣ sali condienti cum dr̄: Vos estis sal terræ. Dr̄ autem sal terræ rōne originis, ratione nominis, & rōne virtutis. Ratione originis, quia sicut dicit Chryso. super Mat. Natura- salis generatᵣ p aquā, p calorē solis, ac per flatum venti, & ex eo ꝙ fuit, in aliā speciē cōmutatᵣ. Sic & B. Dominicus in uirū spiritualē est generatus p aquā i. la-
Psal. 50. chrimarū effusionē. Vn̄ dr̄ de eo. Crebros adiungens sedulis fletus orationib. Lauabis me. s. p lachrimarum effusionē, & super niuem dealbabor, quia inde acqram mentis innouationē. Per calorē solis. i. per feruē-
Psal. 72. tem amorem. Vn̄ interrogatus in quo libro magis studuerat, rn̄dit, in libro charitatis. Inflāmatum est cor meum. s. per feruentem charitatem, & renes mei cōmutati sunt. s. p mētis puritatem. Per ventū. s. spiritus sc̄tī afflationē, q cor eius sic afflabat, ꝙ mentis excessum aliqn̄ in eo faciebat, ita ꝙ loquēs cū Deo in orationibus patiebatᵣ amoris ebrietatē, loquens cum proximo in exhorationibus cōtemperabat se per sobrie-
2. Cor. 5 tatem. Siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus vobis. Secundo dr̄ sal rōne nominis. Sal. n. secundum Isidorum dr̄ a sale. i. a mari salso, vel a sole, quia sicut sol omnibus est cōmunis & necessarius, ita & sal. Vel dr̄ a saliendo. quia salit ab igne. Beatus autem Dn̄icus per suam sapientiā & doctrinam mō inducebat homines ad peccati amaram contritionem, & tunc poterat dici sal a salso, modo ad lucidā Dei cognitionē, & tūc poterat dici sal a sole, & mō ad mundi cōtēptū & despectionem, & tunc poterat dici sal a saliendo, quia hoīes ab appetitu mūdi resilire faciebat. Iuxta il-
Nau. 3. lud: Omnis qui viderit te resiliet a te. Tertio dr̄ sal rōne virtutis. Nam ſm Chrys. sal in carne fętorē aufert, sordes expurgat, & vermes non sinit generari. Sic B. Dominicus per suam sapientiam & doctrinam auferebat fætorem malæ famæ, expurgabat sordes concupiscentię, & non sinebat in conscientia generari vermē remordentis culpæ. Quando autem sal istam uirtutem

tutem

tutẽ non hẽt ad nihilũ ualet ultra, nisi ut mittatur foras,& conculcetur ab hoĩb. Tales.n.conculcabunt a sãctis ĩ iudicio p cõdẽnationẽ.Calcabitis impios &c. Mal. vl.
A Deo p sui furoris effusionẽ. Calcaui eos in furore Esa. 63.
meo &c.Ab angelis per separationem.Calcatus est la Apo.14.
cus extra ciuitatẽ. A dæmonib.calcant per æternam cruciationem. Calcet super eum quasi rex interitus.
Secundo habuit lucidam doctrinam,& iõ assimilatur Iob. 18.
luci refulgenti cum dr̃: Vos estis lux mundi. Dr̃ aũt lux mundi triplici de cã. Primo propter lucis puritatem.Cum.n.triplex sit species ignis.s.carbo, flamma, & lux,nõ dixit Christus: Vos estis carbo mundi uel flamma mundi,sed lux mundi.Carbo.n.est lux in materia terrestri. Tales sunt quorum.s.doctrina ad mixta est terrenæ cupiditati.Flamma est ignis in materia aeris. Tales sunt quorũ doctrina admixta est humanę ambitioni. Lux uero ignis est in sua essentia purissima.Tales sunt quorũ doctrina est pura pp Deum & commodum animarum.Talis fuit doctrina B.Dñici, & talem uoluit esset doctrinã sequẽtiũ filiorũ.Vñ in testamento ꝙ B.Dominicus in morte fecit,tria eis legauit,s.paupertatẽ,humilitatẽ & charitatẽ.In hoc.n. ꝙ paupertatem legauit,noluit ꝙ pp cupiditatẽ terrenã p̃dicarẽt. In hoc ꝙ humilitatẽ eis legauit, noluit ꝙ pp laudẽ humanã p̃dicarẽt. Et in hoc ꝙ eis charitatẽ legauit,uoluit ꝙ p̃dicarẽt solũ pp salutẽ aĩarum.
Neq;.n. aliqñ fuimus in occasione auaritiæ.Deus te- 1.The.2
stis est,ecce, qa nõ fuit carbo mundi,neq; q̃rentes ab hoĩb.glãm,ecce,qa nõ fuit flãma mũdi,sed facti sum⁹ paruuli in medio uñi &c.Ecce qa fuit lux mũdi.Secũdo dr̃ lux pp lucis effectũ siue operationẽ,lux.n.excitat dormiẽtes,delectat aspiciẽtes,& dirigit operãtes. Sic B.Dñicus tria in hoĩb.faciebat, pp q̃ monstratus est ĩ specie catuli latrãtis, faculæ ardẽtis,& stellæ micãtis.Fuit.n.Dei catulus ĩ q̃tũ peccatores latratu suæ p̃dicationis a somno peccati excitabat. Et fuit facula Dei inquantum bonos ad cęlestia inflammabat. Fuit

Eccl. 22 choros castrorum, i. ordines angelorum? Vulnerati a tam ineffabili iocunditate, quia sicut dr̄: Musica in luctu importuna narratio est. Excęcati a tam mirabili claritate instar noctuæ quæ ad lucem solis excæcatur. Tremefacti a tam terribili potestate, instar. n. canum virgam iessæ fugiunt, a qua plagā acceperunt. Secundo videndum est secundum quid sit assumpta, quia nō solum quantum ad animam, sed etiam quantum ad corpus est glorificata. Et secundum hoc assignat Augustin. quatuor rationes. Prima est, quia fuit ma-

ter

ter Christi deifica,& ideo debuit a filio sublimari. Voluit enim Christus totus esse matris ƒm carnem ut.s. patrem carnalem non haberet. Voluit & matrē totam esse suam, ut alios filios non generaret, qui ergo matrem noluit cōicari homini, nunquid eam communicabit vermi? Qui ex ea noluit generari filios carnales, nunquid ex ea uoluit gñari uermes? Ipse enim p̄cepit cuilibet suū patrem & matrē honorare. Qui ergo tm̄ honorat sanctos suos alios in terris, qūo matris contemnit honorem? Qūo ergo filium a uitio irreuerētiæ erga matrem, & ingratitudinis erga hospitā, & fallaciæ erga amicā ostendemus immunem, si eā quam in uita præ alijs dilexerat, præ alijs dereliquit in fine? Secūda ratio est, quia fuit Christi fidelis ministra. Vñ Augu. de suis ministris ueritas dicit: Vbi ego sum, illic sit & minister meus. Si Maria ibi erat, nūq̄d æquali gratia? Et si æquali gratia, ubi æqua Dei censura, qua reddit vnicuique ƒm merita? Si præ oībus uiuentibus Mariæ uiuēti donata est gratia, mortuæ erit minuēda? Absit. Ministrauit aūt Christo in utero materiā corporis præparando, extra uterum in sua infantia eum alēdo, & in Aegyptum fugiendo, in sua pueritia ad festiuitates eū ducendo, in sua iuuentute ad nuptias associando, in morte cruci assistēdo, post mortē oīa loca eius deuotissime frequentando, post ascēsionem ei sedulas preces offerēdo. Tertia ratio est, quia fuit uestis Christi deaurata. Nullus enim rex patereť vestimētum suum a uermibus corrodi. Aug. Si elegit diuina uoluntas inter ignium flāmas puerorum uestimēta seruare illæsa, cur abnuat in matre propria quod elegit in veste aliena? Cōueniēs aūt fuit ut in coronatione reginæ cæli sit ēt ornatus corporis sui. Cui rex in eodē ornatu appareat, ut sicut in corpore regis scriptum est. Rex regū & dominus dominantium. Sic in corpore reginæ scribať: Regina reginarum, & dña dominarum. Quarta ratio est, quia fuit thesaurus Christi & gemma preciosa, ideo debuit in cælesti thesauro recondi

Maria quo ad corp⁹ & quo ad aīam assumpta est.

Act. 1.

condi. Vnde Aug. Thronum Dei, thalamum dñi cęli tabernaculum Christi dignum est ibi esse ubi ipse est. Tam preciosum thesaurũ dignius est cœlum seruare quã terra. Istud sacratissimũ corpus in escã vermibus traditum, quia sentire non ualeo, dicere pertimesco.

Sermo ccxij. Eodem die Sermo ij. Vbique luminosa Maria præmonstratur.

MVlier amicta sole & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarũ duodecim, & in vte
Apo. 12 ro habens &c. Gloriam dñæ describens Ioannes euã gelista ostendit eam ex oĩ parte luminosam & gloriosam. Primo est luminosa a parte superiori, qa in capite hẽt coronã duodecim stellarum. Stellæ duodecim sunt nouem ordines angelorũ, & tres ordines beatorũ. s. martyres, confessores, & virgines, qui oẽs ipsam coronãt, q̃a eã uenerantur & laudant. Seraphin. n. mirantur & laudãt in ipsa charitatẽ tam succensam. Cherubin sapĩam tam profundam. Throni pacem & quietem in Deo tam tranquillã. Dominationes tã magnã & tantam super angelos pręeminentiã. Virtutes tantam miraculorũ efficaciã. Potestates tantã sup dæmones potentiã. Principatus tantam de oĩbus regnis prouidentiam. Archangeli tantam de oĩbus locis diligẽtiã. Angeli tantã de singulis psonis custodiã. Martyres tantã in tribulationibus cõstantiã. Cõfessores tantã sobrietatem & tempetantiam. Virgines tantã puritatem & munditiã. Secundo est luminosa a parte inferiori, cum dr̃: Et luna sub pedibus eius. Per lunam mutabilitas designatur. Est aũt quadruplex mutabilitas. Vna est naturę quæ ẽt est in angelicis spiritibus qui sunt mutabiles per naturã, sed sunt immutabiles facti per gratiã. Ista talem lunam habet sub pedibus, quia omnes angeli eius imperio fauent: De hoc dr̃: Vidi quasi solem & lunam, & stellas undecim adorare me. Per solem intelligitur suprema hierarchia, per lunam media, per stellas vero ultima. Secunda est mutabilitas

Mutabilitas quadruplex.

Gen. 37

tas fortunæ. Stultus ut luna mutat. Ista etiam lunã sub pedibus habuit, quia oĩa terrena calcauit ꝑ paupertatem uoluntariam quam elegit. Dr̃ autem. Omnis locus quem calcauerit pes uester, uester erit. Si.n. temporalia calcaremus sub pedibus, & ea non tangeremus affectibus, ueraciter nostra essent. Tertia est mutabilitas culpæ. Per diẽ sol nõ uret te, neq; luna per noctẽ. Anima.n. sancta nec in die prosperitatis cadit in peccatum per intemperantiã, neq; in nocte aduersitatis ꝑ impatientiã. Istã lunam sub pedibus habuit, qa nulla culpa unquam in ea præualere potuit. Vñ Augu. in lib. de natura & gratia. Excepta sancta uirgine Maria, si oẽs sancti & sanctæ interrogati fuissent, utrum sine peccato essent, rñdissent. Si dixerimus, qm̃ peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Excepta hac sancta uirgine de qua propter honorem dñi cum de peccatis agit, nullam prorsus uolo mentionẽ habere. Quarta est mutabilitas miseriæ. Oriet in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferat luna. Glo. i. mutabilitas, q̃ quidẽ in resurrectione auferetur. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis &c. Et ista lunam sub pedib. eius habet, quia perfectam corporis immortalitatem possidet, & super angelos glorificata manet. Caligo, id est humana mortalitas sub pedibus eius, & ascendit super Cherubin & uolauit &c.

Eccl. 27 Deu. 11 Ps. 120. Psal. 71. Rom. 8. Psal. 17.

Tertio fuit luminosa a parte interiori, quod notat cum dicitur: In utero habens. Habebat enim in utero paternam splendorem. Qui cum sit splendor gloriæ &c. Niueum candorem. Candorem.n. lucis æternæ &c. Diuinum odorem. Ego quasi uitis fructificaui suauitatem odoris. Suauem dulcorem, illum, scilicet qui dicit ibidem: Spiritus meus super mel dulcis &c. Ignem cœlestem. Deus noster ignis consumens est, quia igitur in suo utero habuit paternum splendorẽ, ibi remãsit mirabilis claritas. unde Ambrosi. Quid nobilius matre Dei? quid ea splendidius quam splen

Heb. 1. Sap. 7. Eccl. 24 Heb. 12

dor elegit: quia habuit niueum candorem, ibi remāsit mirabilis puritas. Vñ Anselmus. Decebat ut uirgo beata ea puritate niteret, qua maior sub Deo neq̃ intelligi, q̃a habuit diuinū odorē, ibi remāsit mirabilis

Ecc. 24. suauitas Sicut cinamomū & balsamū aromatizās odorē dedit, q̃a habuit suauē dulcorē, ibi remansit mirabilis pietas. Vñ dr̄: Mr̄ gr̄æ & mīę, q̃a habuit ignem cęlestem, ibi remansit mirabilis charitas, ꝑ quam diabo

Iudit. 9 lū succendebat. Percutiens eū labijs charitatis meę,

Hier. 2. ꝑ quā oīa terrena cōtēnebat. Recordatus sū tui miserās adolescētiā tuā, & charitatē despōsationis tuę, q̄n secuta es me in deserto &c. ꝑ quā oīa aduersa patien-

Can. 8. ter sustinebat. Aquę multę nō poterāt extinguere charitatem. Quarto fuit luminosa a parte exteriori, cum

Psal. 44. dr̄: Amicta sole, idest immortali corpore. Omnis gloria eius filię regis ab intus quātū ad gloriam animę, circundata uarietate, q̃tum ad dotes corporis, q̃ redūdāt ab intus ab anima in corpus. Si quidem ex redundantia prudentię resultat in eius corpore claritas, & ex redundantia fortitudinis impassibilitas, ex redundantia temperantię subtilitas, ex redundantia iustitię quę omnes uires circuit, resultat agilitas.

Sermo ccxiij. Eodem die Sermo iij. Sine macula, Dei amicam, pulchram, & modo totam pulchram Beatam Virginem fuisse, præposita verba demonstrant.

Can. 4. TOta pulchra es amica mea, & macula non est in te &c. Spōsus cęlestis uolēs spōsæ suę pulchritudinē & dignitatē ostēdere, quatuor implicat in uerbis ꝑmissis. s. ꝙ fuit sine macula, ꝙ fuit Dei amica, ꝙ fuit pulchra, & ꝙ mō est tota pulchra. Primo. n. fuit sine macula ꝑ oīs peccati immunitatē. Ipsa quidē liberū arbitriū ī bono cōfirmatū habuit, & iō nulli peccato consentire potuit. Potentia. n. liberi arbitrij vno mō consideratur prout se habet indifferenter ad pec-

Liberi arbitrij potētia quadrupliciter conside ratur.

can-

candum & non peccandum, & hoc mõ consideratur quasi indispositio ad hoc vel ad illud, & hoc mõ fuit in Adã in statu innocentię. Deus ab initio creauit hominem, & reliquit eum in manu concilij sui. Scdo cũ dispositione ad peccandũ. Et hoc modo est in regeneratis per baptismũ, qa fomes ab eis nõ aufertur. Tertio cum necessitate ad peccãdum. Et hoc modo est in non regeneratis per baptismum in quibus fomes nõ tm̃ est dispositio ad peccandum, sed q̃dam necessitas. Quarta cum dispõne ad non peccandum. Et hoc modo est in angelis & bęatis, & fuit in beata uirgine post grãm suæ sanctificationis ultimæ, & q̃tum ad hoc, licet existens in uia fuit in statu angelorũ & beatorũ. Scdo fuit Dei amica per feruentem charitatẽ. Distinguit aũt Diony in descriptione Seraphin quatuor gradus charitatis. Dicit.n. eorũ dilectionẽ esse mobilem, calidã, acutam, & superferuidam. Isti quatuor gradus in beata uirgine reperiunt. Amor.n. Dei fecit eã mobilem.i. Dei p̃ceptis ualde obedientem, qñ.s ipsa dixit: Ecce ancilla &c. Fecit eam calidam i. alta uirtutũ feruenter conscendentem, qd̃ sigñatur per hoc, ꝙ cõcepto dño mox cum festinatione abijt in montana. Fecit eam acutã.i alta cœlorum secreta penetrantem. Girum cœli circuiui sola &c. Fecit ẽt eam superferuidam in solo Dei amore quiescentem. Annunciate dilecto, qa amore langueo. Tertio fuit pulchra per omnimodam mentis & corporis puritatem. Eius.n. puritas fuit perfecta impermixta, & continua. Fuit pfecta, qa cum triplex sit puritas.s humana, angelica, & diuina. Ipsam diuinã puritatem in utero nouem mẽsibus portauit, ipsam puritatem angelicã transcendit, oẽm puritatem humanam vltiter superauit. Scdo eius puritas fuit inpermixta. Non.n habuit admixtionem originalis, qa fuit in utero a spiritu sancto sanctificata. Nec admixtionem mortalis: quia fuit a p̃ris potentia confirmata. Nec admixtionem uenialis, quia fuit a puritate filij impregnata. Viuit dominus, quia custodiuit

Eccl 15 · Eccl. 24 · Can. 5. · Puritas triplex. · Iudi. 13

diuit me angelus eius & hinc euntem,& ibi cōmorā-
tem,& huc reuertentem . Custodiuit.n.eam dn̄s,& in
mundum euntem,q̄a ipsam ab originali peccato pur
gauit,& in mundo commorantem,q̄a ipsam a morta-
li conseruauit,& ad patriam reuertentem,q̄a sine ma-
cula uenialis peccati de mūdo exiuit.Tertio eius pu
Eccl. 24 ritas fuit continua nunquam.n.fuit interrupta.Vsque
ad futurum seculum non desinam &c. Nunquam in-
terpolata,quia fuit a Deo confirmata. Ibidē: Et sic in
Psal. 76 Syon firmata sum &c.Nunquā diminuta. Seruabat.n.
illud dictum ꝓphetæ.Exercitabar & scopebam spiri-
tum meū, sed semper fuit augmētata,immo totaliter,
ultimata , & deiformis effecta.Vnde Hiero. Iure sole
perhibetur amicta quæ luce immarcessibili vr̄ immē
sa,neq; summatim tangi, sed operiri magis circūfun
di & tanquā illo igne concludi. Quarto fuit tota pul
Maria chra . Ex hoc aūt hr̄ ꝙ in corpore, & in anima sit as-
s.corpo sumpta. Si.n.anima glorificata esset, & caro putrefa-
re atque cta in terra iaceret,tota pulchra nō esset.Hoc aūt cō-
aīa as- petit diuinæ potentiæ,sapīæ,iustitiæ,& bonitati. Po-
sumpta. tentiæ quidem,vn̄ dicit August.Si Iesus quem scimus
oīa posse uoluit in matre integrum seruare pudorem,
cur non uelit eam a putredinis seruare fętore ? Quis
nisi peruersi sensus audeat dicere , ꝙ matrem quam a
putrefactione faciliter seruare potuit,seruare nolue-
rit?Hoc ēt cōpetit diuinæ sapientiæ.Sicut dr̄ Prou.9.
Sapientia ædificauit domum suam &c. Sapiens archi
tectus domum pulchram facit intus & extra . Talem
Christus in præsenti uita matrem suam sibi ædifica-
bit.s.pulchram intus in mente per puritatem, & exte
rius in corpore per virginitatem.Si igit̄ diuina sapīa
tam pulchram eam in corpore & in aīa ędificauit,nō
debuit in morte istam pulchritudinem sibi diminue
re,sed magis augere. Competit etiam hoc diuinæ iu-
stitiæ.Honorat quidem multorum sanctorum corpo-
ra,honorat etiam & sua tormenta, sicut crucem, cla-
uos, spineam coronam, & lāceam . Si in tanto hono-
re

re hr crux sancta, in qua corpus Christi ad horam requieuit, in quanto honore debet habere matrem suā gloriosam, in cuius utero nouem mensibus requieuit & habitauit? Et si in tanto honore habentur corpora sanctorū, ex eo. s. ꝙ fuerūt organa spiritus sctī, in quāto honore tunc haberi dēt corpus illud qđ fuit spiritus sancti organum & Christi speciale domiciliū, immo totius Trinitatis nobile tricliniū? Si in tanto honore habent imagines pictę, in quanto honore debet haberi illud corpus, in quo filius qui est imago patris habitauit? In quo quidē imago Dei sibi impressa illibata ꝑmansit: In quo & ꝑ qđ imago nostra q̄ erat corrupta reparata fuit. Competit etiā hoc suæ bonitati. Boniq; filij sp̄ interest magis parcere matri quam sibi ipsi. Constat aūt qđ filius sibi ipsi parcere voluit ab illa generali snīa qua dr̄, Puluis es & in puluerem reuerteris, & matrē suā excepit ab illa alia snīa qua dr̄, In dolore paries. Quare ergo non excepit a prima, s. ne in puluerem reuertat̄, q̄a tā bonus filius extitit, ꝙ ēt inter passionis vulnera curā habuit de matre dilecta. Tā bonus filius fuit ꝙ in ortu voluit flere, & matrē gaudere voluit. Qui igit̄ mortalis tantā curā de ea habuit, nunquid factus gloriosus de ea amplius non curabit? Absit. Requirit ergo potētia Dei, sapīa, iustitia, & bonitas, ꝙ virgo mater non tm̄ in aīa sit glorificata, sed ēt in corpore sit stola immortalitatis induta.

Sermo ccxiiij. Eodem die Sermo iiij. Virginem admirantur Angeli, quo ad ortum, progressum, Dei filii conceptum, eiusq; gloriosum ascensum.

QVę est ista quę progreditur, quasi aurora consurgēs, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorū acies ordinata? Cęlestes spiritus claritatē virginis, eiusq; gloriā & laudem admirantes inter se quærunt & dicūt: Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens &c. Admirantur aūt eam quantū Can. 6.

ad quadruplicē eius statum. Primo quantū ad suum ortum,cum.s.dicunt, quasi aurora,quia ab omni peccati tenebra est expurgata,& luce gratiæ diuinæ perfusa.Cæteri sancti cum peccato originali concipiunt & nascuntur. Christus autem fuit sine peccato originali cōceptus,& sine originali natus. Virgo āt Maria medium locum tenet, quia fuit cum peccato originali cōcepta,& sine originali nata. Ista triplex dria tangitur: Vbi dr̄ de die culpę originalis quæ incępit qñ
Iob.3. aperti sunt oculi Adæ Obtenebrentur stellæ caligine eius. Stellæ .n.id est cæteri sancti illo die culpæ originalis sunt obtenebrati, quia fuerunt cum peccato originali concepti & nati.Expectet lucem,i.Christum & non videat.Iste.n.dies culpæ non vidit Christum nec in suo conceptu,nec in suo ortu. Nec ortū surgentis auroræ. Auroram siquidem,id est virginem beatam vidit quantum ad conceptum, sed non vidit q̄tum ad ortum.Necesse autem fuit vt ista aurora nobis oriret᷑.Ante.n.eius ortum homo infestabat᷑ in tentationib.dæmonum,& infirmus erat ad incipiendum bonum, & debilis ad perseuerandum, sed adueniente ista aurora dęmones in infernum fugiunt, hoīes meritoriè operari possunt,& vsque ad finē opus pducunt.Ista tria tāgunt᷑ in Ps. Ortus est sol, & cōgregati
Ps. 103. sunt,& in cubilibus suis collocabunt᷑. quo ad primū, exhibit hō ad opus suum,quo ad ₰m,ad operationem vsque ad vesperam,quo ad tertium. Necesse etiā fuit vt ista aurora oriretur, quia ante angeli officium suū circa homines non exercebant,quod est illuminare, & purgare,& perficere, sed adueniente ista aurora cępерunt nos disponere ad illuminationem gratiæ,purgationem culpæ,& perfectionem gloriæ.Istud nota-
Gen.32 tur. Vbi dixit angelus Iacob: Dimitte me aurora est, qui mittere noluit angelum, donec triplicē gratiam impetrauit,scilicet illuminationem intellectiuę,per hoc ꝙ Israel sibi nomen imposuit, purgationem affectiuę pro eo ꝙ neruus fęmoris eius emarcuit,& pfectio-

ctionem gloriæ, per hoc ꝙ eum benedixit. Secundo mirant spiritus cœlestes virginem quãtum ad ipsius progressum. Cum addunt pulchra ut luna. Ipsa autem nunquam aliquam maculam habuit in cogitationib. quia sp fuerunt sanctæ, nec in affectionibus, quia sp fuerunt mundæ, nec in intentionibus: quia sp fuerũt rectæ. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te &c. Cant. 4. Fuit nanque in cogitationibus tota, pulchra in affectionibus, sine macula in intentionib. Secundo luna habet lucem uariatam, & sæpe obscuratam. Est autem luna festiuitatem distinctiua. A luna signum diei festi. Eccl. 44 In uisione nanque istius lunæ semper magnum festum facit Deus, angelus, & homo beatus. Nam Deus de hoc habet magnam gloriam, angelus magnam lætitiam, homo beatus magnam honoris excellentiã. Tu gloria Hierusalem. i. ipsius Dei qui est Iudi. 15. uisio pacis, tu lætitia Israel. i. angelorum qui Deũ facie ad faciem sp uident, tu honorificiẽtia populi nostri, id est omnium sanctorum & beatorum, de quorũ progenie ipsa descendit. Fuit autem pulchra ut luna in sua cõuersatione, & in sua uita, immo pulchrior quã luna, quia luna habet lucẽ multis maculis respersã. Maria lunę cõparatur. Aliqñ lucet in principio noctis, & significat bene incipientes. Aliqñ in fine noctis, & significat perseuerantes, quãdoque per totam noctem, & significat uitam bonam continuantes. Virgo autem Maria fulsit & in suo principio, quia fuit in utero sanctificata. In medio, quia fuit filio Dei illustrata & sancta conuersata, & in suo ultimo: quia in anima, & corpore fuit glorificata. Per noctem etiam significari potest tentatio & tribulatio. Quidam. n. sancti adiuuãt in principio tentationis, quidam in medio, quidam in fine, sed beata Maria semper adiuuat, & in principio dando constantiam, & in medio dando perseuerantiam, & in fine dando gloriosam coronam.

Tertio habet lucem eclypsatam & obscuratam. Secundum autem beatum Aug. luna tripliciter obscuratur.

ratur. Aut qñ nubibus tegit, aut qñ eclypsatur, aut qñ renouatur. Sic etiam uirgo benedicta fuit obscurata per sui humilitatem, per quam se obumbrabat. De hoc hr: Nolite me considerare ꝙ fusca sim, quia decolorauit me sol. Ac si dicat: Quanto magis sol me illuminauit per suam maiestatem, tanto magis exterius me decolorauit ꝑ humilitatem. Secundo fuit decolorata propter nimij doloris acerbitatem, & hoc in filij passione, ubi cum sole .i. cum filio suo Christo Iesu, passa est eclypsim. Sol.i. Christus conuertetur in tenebras per mortẽ, & luna.i. uirgo B. Maria conuertetur in sanguinem ꝑ dolorẽ. Non n. tunc tñ unam mortẽ, sed tres quodammodo passa est. Duplicetur gladius ac triplicetur. Vna enim mors seu tristitia, quam ipsa uirgo Maria passa fuit, & patiebatur, fuit separatio matris a filio, & ista fuit mors amara. Alia fuit separatio animæ Christi a suo corpore, & ista mors seu tristitia fuit uirgini bñdictæ multũ amarior. Tertia mors fuit in matre, s. separatio animæ Christi a spiritu suo. Anima nanque Christi, Marię corpus, & suum uiuificabat. Spiritus uero suus cum spiritu Christi unitus fuit. Magis. n. erat spiritus B. Mariæ cum suo filio benedicto, quam in suo corpore proprio. Quando ergo Christus emisit spiritum suum, ipsa dolorẽ intensissimũ patiebatᷣ, & ista tristitia in uirgine gloriosa fuit mors amarissima: quia tũc doloris gladius ipsius animam pertransiuit. Tertio uirgo benedicta fuit obscurata per mortem suam corporalem. Tunc. n. facta est obscura, qñ ab ipsius corpore anima recessit, ut sicut obscuraretur in morte, & fieret nouilunium in resurrectione. Dam. Sicut sol iste splendidus ac lucifluus sub lunari corpore latens ad breue vr deficere, cũ suo non priuetᷣ lumine hñs in se perennem luminis fontem, sic & tu fons ueri luminis, incõsumptus uitę thesaurus, licet breui interuallo tẽporis corporalr morti ꝟis addicta, tñ copiose nobis infundis indeficientis luminis claritatem. Tertio angeli admirantur eã quo

Margin notes: Can. 1. — Iocl. 2. — Eze. 31 — Mariæ triplex mors.

ad Dei filij conceptũ, cũ subiungunt: Electa ut sol Secundum aũt August. in sole tria uidemus. s. q̄ est quod lucet, & qđ calet. Ipsa fuit electa sicut sol, qa habuit electum esse. Nã pater elegit corpus ipsum sanctificãdo, prçelegit aĩam ipsam uirtutibus adimplẽdo, & utrunque elegit, & præelegit habitare in tabernaculo suo faciẽdo. Ps. Elegit eã Deus & p̄elegit eam. Filius dedit sibi electã lucem. i. diuinorum cognitionem. Ciuitas non eget sole aut luna &c. Ista nanq; est ciuitas de qua dr̃: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Ista ciuitas non indiget illuminatione angelica, ideo dr̃, q̄ nõ indiget sole, nec illuminatione humana, ideo dr̃, q̄ non indiget luna sed illuminatur luce diuinitatis, ideo dr̃: Et claritas Dei illuminabit illam, & luce humanitatis, ideo subditur: Et lucerna eius est agnus. Spiritus sanctus dedit sibi calorem, id est ordinatũ amorem, ſm autem Augu. quadruplex est gradus amoris. Primo nãq; debemus diligere quod supra nos est, scilicet Deum. Deinde quod sumus i. nos ipsos. Deinde Quod iuxta nos est. s. proximũ. Deinde qđ infra nos est. s. mundũ & totum genus humanũ. Virgo ergo beata ordinatam habuit charitatem. Nam quod supra se erat. s. Deum, amauit reuerenter, q̄ iuxta se erat, s. filiũ dilexit dulciter, q̄ ipsa erat, scilicet se dilexit sapienter, quod infra se erat, scilicet genus humanum, dilexit misericorditer. Quarto admirantur eam, quantum ad eius ascensum gloriosum, cum subdunt, terribilis ut castrorũ acies ordinata. Sciebant enim angeli spiritum humanum corpori terreno inclusum ab ipsis minoratum. Minuisti eũ paulominus ab angelis &c. Et de hoc non mirabant̃, quia corpus quod corrumpitur animam aggrauat, sed tñ adæquationem tempore gratiæ sunt experti, quia homines per uirginalem mũditiam adæquantur angelis, de hoc ẽt non mirabantur, eo q̄ homo factus est ad Dei imaginẽ, & Dei faciẽ cõtẽplãdam. Minorationem igitur nouerat, nec de hoc admirationem cõceperant, sublimationem autem cre-

Apo. 21. Psal. 86. Amoris gradus quatuor Psal. 8.

dere non uolebant. Et ideo uidentes humanam natu-
Esa. 60. ram in duabus personis, scilicet Christi & matris su-
per angelos sublimari, in admirationem sunt commo
ti dicentes de Christo illud: Quis est iste qui uenit de
edom &c. Et de uirgine. Quæ est ista quæ progredi-
tur quasi aurora consurgens. &c.

Sermo ccxv. De eodem Sermo v. Admirantur Angeli de assumptione eius, & quare.

Can. vi. QVæ est ista quæ ascēdit de deserto delitijs affluēs innixa super dilectum suum? Si aliquis rusticus uel inexpertus lapidem preciosum laudaret, modica laus esset, sed si gēmarius doctissimus aliquē lapidem preciosum miraret, & laudaret, ingēs laus esset. Si igit nos grossi & inexperti uirginē laudamus, parua laus uidetur. Maxima aūt laus est quando spiritus cęlestes laudant tantam uirginis maiestatem. Ponūt ergo angeli in pręmissis uerbis duo. Primo suam admirationem cum dicitur: Quę est ista &c. Ad istam

Mariæ progatiua quatuor. autem admirationem respondet Augu. Ista est mater Dei, regina cœli, dña mundi, porta paradisi. In hoc autem quod dr: Mater Dei tria notantur. Vnum est ꝙ ipsa super Christum habuit maternę auctoritatis imperium. Erat subditus illis. Secūdum quia debuit sublimari ad filiū. Dam. Decuit matrem ad filium sublimari, ut ad ipsum ascendat sicut ad ipsam descēderat. Tertium quia hēt ad nos maternæ compassionis affectum. Vñ frequenter ei dicere debemus. Monstra te esse matrem &c. Secundo est regina cœli. Sacrificemus reginę cęli & libemus ei libamina, & faciamus placētas sicut fecimus nos & patres nostri, & saturati sumus panibus, & bñ nobis erat malumq; non uidimus. Ex eo autē quo cessauimus sacrificare ei, indigemus omnibus & fame & gladio consumpti sumus. sicut autem dicitur in scholasticis historijs, triplex erat distinctio

(Luc. 2. — beside "perium. Erat subditus illis"; Hie. 44 — beside "ctum. Vñ frequenter")

Notandum. eorum quæ Deo offerebantur. Aut enim erat oblatio de animalibus & dicebatur sacrificium. Aut erat

de

de ſicca materia, ut de ſimulę pane uel ſimilibus, & tunc dicebatur oblatio. Aut erat de liquidis, ſcilicet uino uel oleo, & dicebatur libatio. Iſta autem triplex diſtinctio, tangitur hic, primo ſacrificium, cũ dicitur: Sacrificemus. Libatio cum ſubditur: Et libemus ei libamina. Oblatio cum ſubditur: Et faciamus ei placentas. Nos autem debemus reginæ cęli ſacrificare corpora noſtra per mortificationem uitiorum, libare corda liquida ꝑ compaſſionem lachrymarum, & exhibere placentas, ideſt conſcientias placidas per interiorem noſtram purificationem.

Tertio eſt domina mundi, ideo ad ipſam tanquam ad dominam & auguſtã omiſſis alijs intermedijs appellare licebit: ſiue quis grauetur a diabolo, ſiue a tyranno, ſiue a carne, ſiue a Dei iuſtitia. Licet enim ad ipſam appellare ſiquis grauatur a diabolo, ſicut patet in Teophilo qui cum ſeruũ ſe diaboli feciſſet, tandem appellauit ad Auguſtam, & ipſa totum irritum fecit, & ad priſtinum ſtatum gratiæ reſtituit eum. Licet etiam ad ipſam appellare: ſiquis grauetur a tyranno, hoc ſignificatur in Heſter. ubi tyrannus Aman populum Dei uoluit occidere, ſed regina Heſter, id eſt uirgo benedicta, ipſius tyranni malitiæ obuiauit, Dei ſententiam reuocauit, & populum ad priſtinum ſtatum reſtituit. Licet etiam appellare ad ipſam ſiquis grauetur a carne, ſicut patuit in Maria Aegyptiaca, quæ multo tempore libidini deſeruiuit, ſed ad ipſam uirginem confugit, & appellauit, & ſic carnis libidinem & concupiſcentiam ſuperauit. Licet etiam ad ipſam appellare, ſiquis ſe a Dei iuſtitia ſentiat aggrauari. Vnde legitur in uita Beati Dominici, quòd cum Chriſtus contra mundum duram ſententiam ꝓferre uellet, occurrit mater Chriſti glorioſa, & dixit: Bone fili, non ſecundum eorum malitiam, ſed ſecundum tuam miſericordiam agere debes.

Mariæ ſemper inuocãda.

Quarto eſt porta paradiſi, quia per ipſam tanquam per portam ad nos Deus uenit. Porta hic clauſa Ez c. 44.

erit &c. Et per ipsam uirginē benedictam Mariā, quilibet tanquam per portam in cœlū ascendit. Vnde de
Can. 2. ipsa cantat ecclesia. Tu regis alti ianua & porta lucis fulgida &c. Et per ipsam tanquā per fenestrā Deus ad nos oculo misericordiæ suæ respicit. Et ipse stat post parietē &c. Stat. n. post parietem nostrū, idest post humanam naturam nostram, respicit nos per fenestrā, id est per matrem suam, & p cancellos, idest p uulnera sua. Secūdo angeli ponunt suæ admirationis rationē, cum dicunt: Quæ ascendit de deserto, ubi ponitur rō admirationis, &, quia de deserto ascendit, &, q̃a delitijs affluens ascendit, &, q̃a innixa super dilectū ascēdat. Admirantur nanque ipsi angeli siue cęlestes spiritus Angelici, q̃d ascendit de deserto idest de mundo, tantis uitijs pleno, de quo quidē mundo Deus ipsam uirginem benedictam innocenter deduxit & eduxit.
Deut. 8. Ductor fuit dn̄s Deus tuus in solitudine in quā erat serpens flatu adurens, & scorpio atque dipsas. Est aūt dipsas secundum Isido. quoddā genus serpentis q̃ latine dicitur situla per contrariū, q̃a cum talis serpens momorderit siti perire facit. In hoc ergo deserto mūdi est serpens adurens. idest diabolus mētes hominū ad appetitum ambitionū incēdens, & scorpio. i. carnalis delectatio, quæ prius blandit̄, sed postea pūgit. Et
Delitiæ triplices. est ibi dipsas. i. auaritia quæ semper sitim facit. Scđo mirantur ꝙ ascendebat cū affluentia delitiarū de deserto ubi est penuria consolationum. Sūt autem delitiæ generales, spirituales, & singulares. Generales delitię beatorum sunt, de quibus dicit Augu. de ciuitate Dei. Ciuitas superna uidet & amat, & ī æternitate Dei uiget, in ueritate Dei lucet, in bonitate Dei gaudet.
Sap. 4. Et istę diuitiæ gn̄ales nobilius sūt in uirgine. O quā pulchra est casta generatio cum claritate, immortalis enim est memoria illius, In hoc ꝙ dicitur casta generatio, notatur quòd iucūdius gaudet de eo quòd. s. casta permansit, & tamen genuit. In hoc ꝙ dicitur cum claritate, notatur quòd clarius lucet. In hoc quòd dicitur

tur immortalis est.n. memoria illius, notatur, ꝙ nobilius uiget. Sunt aũt delitiæ spũales quæ specialiter uirginibus debentur .s. aureola in capite, alba uestis in corpore, canticum ineffabile in ore, & familiaritas in associatione. Hi sequuntur agnum quocunque ierit. Apo.14
Hæ aũt delitiæ spãles abundantius sunt in uirgine. Mulier amicta sole & luna sub pedibus eius, & in capite eius coronã 12. stellarum in utero hñs &c. Aliæ aũt uirgines hñt coronam aureolam, hæc aũt coronã 12. stellarum ornatam. Aliæ decorant̃ ueste alba. Hæc uero est sole amicta. Illæ sequunt̃ agnum pedib suis. hæc aũt hẽt lunã i. ecclesiam militantẽ ac triumphãtem sub pedibus suis. Aliæ cantant pro cõseruata uirginitate, hæc pro uirginitate & fęcunditate, ideo dr̃ in utero hñs. Tertio sunt delitiæ singulares de quib. dicit Bern. Quid inquã delitias dixerim? virginitatis decus est cũ munere fœcunditatis. Humilitatis insigne distillans charitatis, fauum mĩæ uiscera, plenitudinem gratiæ prærogatiuam gloriæ singularis. Propter tres primas uirtutes dr̃: Cum esset rex in accubitu suo Nardus mea dedit odorem suum. Iste rex habet triplicem accubitum, s. sinum patris, uterum matris, & patibulum crucis. Nardus est herba parua & odorifera & calida. Per hoc, ꝙ est parua notatur humilitas. Per hoc, ꝙ est odorifera notatur uirginitas. Per hoc, ꝙ est calida notatur charitas. Cum igitur iste rex esset in sinu patris dedit odorem Mariæ humilitas, & ipsum mox descendere fecit. Cum esset in utero matris odorem dedit sua virginitas, quæ ipsum utero pauit. Dum autem esset in patibulo crucis, odorem dedit sua charitas, per quam Christus materni amoris, immemor esse non potuit, sed ipsam Ioanni commendauit, & propter alias tres sequentes, dicitur: Quæ est ista quæ ascendit de deserto sicut uirgula fumi &c. Fuit. n. uirgula. i. flexibilis ad pietatem, & ex aromatibus, qa fuit plena odoribus omnium gratiarũ, & uniuersi pulueris pigmentarij, quia omnes glorias quas

Can. 1. Notandum.

Can 3.

alij

alij sancti hñt particulariter, ipsa hẽt vl̃r. Tertio mirabantur ꝙ ipsa innixa erat sup dilectum suũ. In hoc aũt ꝙ innixa dr̃, quatuor ꝓgatiue notant. s. eius magna securitas. Secura nanq; erat ꝙ cadere non poterat quæ sup Deũ innixa fuerat. Scd̃a magna dignitas. Innixa n. erat ei cuius aspectu tremunt angelicæ ptãtes. Tertia magna familiaritas. Signum. n. magnæ familiaritatis fuit in Ioanne, q̃a in sinu Christi recubuit, tanto dulcius quanto familiarius, tanto secretius, quãto sublimius. Quarta magna potestas. Nam qui alicui rei innititur uirtutem eius sibi quodãmodo assumit, & ea sicut uult utitur. Sic mater Dei omnipotentiam filij quando vult assumit. Bernar. Quomodo misereri non poterit mater omnipotentis?

Ei⁹ aliæ quatuor prærogatiuæ.

Sermo ccxvi De eodem Sermo vi Quomodo omnes beatorum ordines uisitauit uisitando percurrit, & percurrendo in sua assumptione transcendit.

QVasi cedrus exaltata sum in libano, & quasi cypressus in monte Syon, & quasi palma exaltata sum in cades, & quasi plantatio rosæ in hierico, quasi oliua speciosa in campis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquã in plateis. Ecce sex posuit differẽtias arborũ, q̃a in cœlesti patria sex sunt ordines beatorum, s. Virgines, Confessores, Martyres, & Ap̃li. Prophetæ, & Patriarchæ. Quos siquidem oẽs & singulos uirgo Maria in sua assumptione uisitauit, & uisitando ꝑcurrit, & ꝑcurrendo transcendit. Liber tñ dialogum facere inter uirginem ascendentem, & ipsos sanctorum ordines eam totis affectibus retinere cupientes. Occurrit quidem ab inferiori ordo uirginũ dicens ei: Mane nobiscum dñ a in æternum. Tu es. n. dñ a nostra, abbatissa nostra, ordinem nostrum instituisti, ordinasti, & tenuisti. Te decet stare uelut magistram cum discipulis, dñam cum ancillis, abbatissam cum famulis. Ipsa autem beata uirgo tria priuilegia habuit. Vnum in carne. s. uirginitatem. Aliud in men-

Eccl. 24

te.ſ puritatem. Tertium in conuerſatione.ſ.fame cele Sap. 4.
britatē. O quā pulchra, Ecce puritas mentis. Caſta generatio, ecce caſtitas uirginalis. Cū claritate, ecce celebritas cōuerſationis. Sacræ aūt uirgines in his trib. Eccl. 13
q̄tū poſſibile fuit ſe ſibi aſſimilauerunt. Similitudo inducit dilectionē, cōiūctionē, & aſſociationē. Aſſociatio aūt eſt amicorum, cōiunctio propinquorum, dilectio filiorum. Dicūt ergo uirgines B. Virgini Mariæ. Nos inq̄tum nobis poſſibile fuit nos ſimiles tibi fecimus in carne in mēte & in cōuerſatione. Et, quia ſimilitudo inducit dilectionē, cōiunctionē, & aſſociationem, factæ ſumus amicæ tuę, ꝓximę tuę & filiæ tuę, & iō dēs te aſſociare nobis ut amicis tuis coniungere te nobis ut proximis tuis, & ſpecialē dilectionem exhibere ut filiab. tuis Rn̄dit uirgo Maria. Nō uos filiæ deſero, ſed quaſi cedrus exaltata sū in libano. Sūt aūt multa gn̄a cedrorū.ſ.cedri q̄ naſcuntur in libano, quarū odor fugat ſerpentes, & interficit uermes. Libanus aūt cādidatio intelligitur. Aliæ ſunt cedri maritimæ, quæ habent poma habentia triplicē ſubſtantiā. Prima eſt calida, media temperata, & ultima eſt frigida. Et ſignat Chriſtum in quo fuit diuinitas quę eſt multum calida.ſ.oīum cordium inflammatiua, in quo fuit aīa temperata, quia oēs uirtutes in ipſo mediū tenuerunt, & in nullo unq̄ ad aliquod declinauit extremum, in quo erat caro frigida.i.ab oī cōcupiſcentia aliena. Dicit ergo B Maria uirginib. ſacris. Nō uos deſero filię, ſed tāq̄ odor cedri uobiſcū maneo, p quē odorē & dęmones a uobis fugaui, & ſępe malas cogitationes in uobis extinxi, & vr̄as aīas dealbaui. Vobiſcū ēt remanet odor filij mei, q̄ p odorē charitatis uos īflāmauit. Et p tēperamētū ſuę uirtutis uos caſtificauit, & ꝑ mūditiā ſuæ carnis uos regn̄auit, & in mūditia conſeruauit. Sequit̃ ordo cōfeſſorū qui confeſſi ſunt Deū corde ore & opere, & uirgo bn̄dicta ipſum cōfeſſa eſt corde credēdo. Beata q̄ credidiſti &c. Ore, gl̃iā Dei p̄dicādo. Quia fecit mihi magna. Opere, Dei mādata adimplendo. Luc. 1.

plendo. Est ẽt uirgo benedicta corã Deo confessa suã humilitatem, qñ dixit: Ecce ancilla domini &c. Corã angelo suam castitatem, quando dixit: Quoniam uirum non cognosco, coram toto mundo suam maiestatem, qñ dixit: Ecce enim ex hoc beatam &c. Dicunt igitur sancti cõfessores: Vtinam placeret dominę cum tuis seruis habitare, quæ Deum ore corde & opere cõfessa fuisti, quæ coram Deo angelo & mundo Christi gloriam prædicasti Respõdet illa & dicit: Non uos filij charissimi desero, sed uobiscum quasi cipressus in monte syon remaneo. Cipressus tota est medicinalis, s. cortice, folijs & fructibus. Et quicquid erat in uirgine totum medicinale fuit, s. cortex, idest exterior conuersatio sua, folia sua, i. uerba sua suauia, & fructus, id est opera sua fructuosa. Fuitque plãtata in mõte syon. i. in sanctis cõfessoribus, qui Deum per ueram fidem speculati sunt. Dicat ergo uirgo beata: A uobis filij non recedo, sed tanquam odor cipressi uobiscum maneo, qa ex odore meę conuersationis sępe recepistis consolationẽ, & ex odore uerborum meorum instructionẽ, & ex odore fructus, idest filij mei saluationẽ. Sequitur ordo martyrum In quibus tria miranda fuerunt, s. dolor intolerabilis, constantia laudabilis, & charitas inextinguibilis. Ista tria laudabilius fuerunt

Luc. 2. in uirgine Maria. Nã in filij passione in ea fuit dolor intolerabilis. Tuam ipsius aĩam pertransibit gladius. Qñ enim corpus Christi lancea pertransiuit anima Christi in Christo nõ erat, anima uero matris in ipso erat, & ideo illa lancea eius animam pertransiuit. Fuit etiam in ipsa constantia laudabilis, quia cęteris fugiẽtibus ipsa nõ fugit, cęteris pauentibus ipsa non pauit, cęteris fidem perdentibus ipsa fidem seruauit. Fuit ẽt in ea inextinguibilis charitas, tum, quia hẽbat ignem perpetuum, id est Dei filium qui corpus eius impleuerat, & mentem eius inflammauerat, & ex ea corpus humanum sumpserat, tum, quia habebat pabulum continuum, id est bona opera quæ faciebat: tum, qa habebat

suffla-

sufflatorium assiduum, id est spiritum sanctum, q sp amorem accendebat. Dicant ergo sancti martyres: Nobiscum domina stare debes, qui martyr & plusquã martyr fuisti, quam lancea tanti doloris pforauit, tanta constantia armauit, tanta charitas inflammauit: Rñ det illa: Non uos filij desero, sed quasi palma exaltata in cades, uobiscum maneo. Per palmam nanque victoria intelligit. Per cades uero q̃ interpretat sancta, martyres significantur, qui fuerunt sancti, id est sanguine tincti. In virgine autẽ erat & uictoria amoris ad amorem, & doloris ad dolorem. erat liquidẽ in ipsa amor filij immẽsus. In Christo aũt erat caro & anima ac deitas. Erat igitur inter matrem & filiũ triplex coniunctio. s. carnis ad carnem ꝭm naturam, aĩę ad aĩam ꝭm amicitiam, spiritus ad Deitatem ꝭm gratiã. Amabat quidem Christum amore naturæ, ut mater filium. Amore amicitię, ut amica dilectum. Amore gratiæ, ut creatura suum creatorem. Ecce quantus amor in ea fuit. Sed videamus nunc quantum dolorem habebat. Dissecabatur nanque caro virginis dum sic uidebat carnem Christi laniari. Et dissecabatur eius anima uidens Christi animam tam grauiter contristari. Dissecabatur & spiritus eius, dum uidebat Christi deitatem, tam ignominiose tractari, ac enormiter vilipẽdi. Nihilominus erat in ea magnus amor filiorum, id est iudæorum, & magnus immo excessiuus dolor de perditione ipsorum. Dicat ergo uirgo B. Non vos desero, sed in cades, id est inter uos qui estis Christi sanguine tincti quasi palma maneo, q̃a inter uos manet odor victoriæ meæ, ex eo ꝙ amor quo uos diligebam vicit amorem filij, quo ipsius uitam corporalem amabam. Dolor nanque quem habebam de uestra pditione, uicit dolorẽ quem habui de filij passione. Seqtur consequenter ordo apostolorum, qui licet tunc nõ essent in gloria, tñ si fuissent dicere potuissent. De ipsis etiam quatuor magnalia prædicantur, scilicet, quòd sunt sal terrę, lux mũdi, lucerna accensa, ciuitas supra mon-

Notandum.

montem posita. Ista autem de uirgine excellentius p̄dicantur, Ipsa.n.tanquam lucerna ardēs ad Dei amorem multos inflammauit, tanquam sal terræ a peccati putredine p̄seruauit,& tanqͣ lux mundi, ad Dei cognitionem illuminauit. tanquā ciuitas supra mōtem posita omnibus suā misericordiā exhibuit. Dicāt ergo apostoli. Tu q̄ es apostolorū apostola, in apostolorum collegio morari debes, q̄ tanquam lucerna ardens mundum frigidum inflammasti, tanquam sal terræ mundum insipidum cōdiuisti, tanquam lux mūdi tenebrosum mundum illuminasti, tanquā ciuitas supra montē posita, uiscera tuę mīæ oībus aperuisti. Respondet illa & dicit. Nō vos desero, sed tanquam plātatio rosæ, in hierico uobiscum p̄maneo. Hierico interpretatur luna, & significat ecclesiam idest apostolorum congregationem, q ecclesiam plantauerūt. Quilibet apostolus fuit vna rosa p aliquā specialem gratiā qua redoluit. Ip̄a aūt fuit plantatio rosæ in Hierico, qa in ipsa fuerunt oēs gr̄æ singulares. Dicat ergo. Quasi plātatio rosæ uobiscum maneo. Vos.n.estis rosæ corā Deo redolētes, ego vero sum plātatio rosæ q̄ inter vos p gr̄as quas habetis familiariter maneo. Nā maneo cū Petro p deitatis & humanitatis cognitionē, cū Paulo p altā cōtemplationē, cū Andrea p p̄cordialē, ad crucem deuotionē, cū Iacobo p uitiorū sup plantationē, cū Ioanne p uirginitatis cōseruationem. cum Thoma p fortium operum aggressionem, qn̄, s. dixit. Eamus & nos moriamur cū eo cum Iacobo Alphei p meā in vtero sanctificationē, cū Philippo per sp̄alē cū filio meo familiaritatē, cū Bartholomęo per feruētē orationē. Vn̄ dixerunt dæmones ei. Incendūt nos orationes tuæ, cū Matthęo p terrenorum despectionē, cū Simone p mandatorum Dei p̄mptam executionē, & cū Thadeo per mentis munditiam & purificationē. Nā in historia ecclesiastica vocat̄ corculus, id est cordis cultor. Sequitur ordo p̄phetarū q q̄dem mō p̄phetabant de p̄teritis, modo de futuris, & mo-

Ioan.11

do

do de pñtib. occultis. Virgo ât gł'iosa Maria ꝓphetabat de p̄terito qñ dixit:Suscepit Israel puerũ suũ &c. Et de futuro cũ dixit:Ecce.n.ex hoc beatã. Et de pñti occulto,qñ Ioãnẽ ĩ utero suæ mr̄is esse cognouit. Dicãt ergo ꝓphetæ. Recte dẽs dñ a in ꝓphetarũ numero copulari, q̄ prophetiæ spĩn ad p̄terita, & futura,& occulta pñtia suscepisti. Rñdet illa & dicit:Non uos desero,sed quasi platanus vobiscũ maneo. Est aũt platanus arbor hñs folia lata plantata in plateis ut ibi umbrã faciat.Et significat eius uerba q̄ fuerũt refrigeratiua & p totũ mundũ lata & diffusa. Quatuor.n uicibus uirgo gł'iosa locuta fuisse legit̃ s.cũ Angelo,cũ Helisabeth,cũ filio in tẽplo,& cũ filio in nuptijs. Ipsa.n loquẽte cũ angelo Deus factus est hõ uerus. Ipsa loquẽte cũ Helisabeth, repletus est spũsctõ in utero Ioannes. Ipsa loquente cũ filio in tẽplo, Deus factus est hoĩbus subditus. Ipsa loquente cum eo in nuptijs, manifestauit suã gloriã Christus Iesus. Dicat ergo virgo gł'iosa. Nõ recedo a uobis,sed odor uerborũ meorũ manet in uobis, quorum virtute & Deus suscepit humanã naturã,& puer in utero suscepit gratiam, & Deus hoĩbus exhibuit obediẽtiã, & suã manifestauit gloriã. Sequitur ordo Patriarcharum qui allegant decẽter. Tu es filia nr̄a,tu es caro & os nr̄m,tu fuisti baculus senectutis & debilitatis nr̄æ, ergo tanquã filia dẽs pr̄es tuos tua pñtia honorare, tãquã caro nr̄a dẽs tua pñtia confouere, tãquã uirga nr̄a debes tua pñtia nobis consolationem impendere, attestante ꝓpheta qui sic inquit:Virga tua & baculus tuus &c. Rñdet illa & dicit: Nõ uos desero,sed quasi oliua speciosa in cãpis uobiscum maneo. Sctĩ namq; pr̄es operib. mĩæ intẽti fuerunt, uirgo ãt Maria habuit mĩam quasi naturalẽ,iõ dr̄,quasi oliua. Solus.n Deus est ipsa oliua, & ipsa mĩa. Cęteri sctĩ hñt oleũ,i.cõpassionis affectũ. Virgo ãt gł'iosa est quasi oliua,q̄a misereri est sibi quasi uersum in naturam. Hẽt ẽt quasi totalem mĩam. iõ dr̄,quasi oliua speciosa. Illa.n.oliua est speciosa quæ est

4 uicib. locuta fuit.

Psal.22.

est pulchra in ramis, in folijs, & in fructu, sic & ipsa habet miam, & in corde exhibendo compassionis affectum, & in ore pro nobis aduocando apud Deum, & in opere conferendo miserationis auxilium. Habet et miam vniuersalem. Sunt quidam sancti qui habent misericordiam specialem, quia subueniunt quibusdā, & quibusdam non. Sunt quidam sancti qui habent misericordiam particularem, quia in quibusdam infirmitatibus habent uirtutem curandi. Sunt qui habent miam localem, quia maiora beneficia præstant in locis sepulturæ. Sunt qui habent misericordiam temporalē, quia in aliquibus temporibus magis subueniunt. Misericordia aūt uirginis est sicut oliua in campis, quia eius misericordia est omnibus personis, infirmitatibus, & omnibus locis, & omnibus tēporibus. Dicat ergo: Non vos desero, sed uobiscum maneo per miam quā habeo sic naturalē, sic totalem, & sic uniuersalem.

Sermo ccxvij. De eodem Sermo septimus. Quomodo omnes ordines Angelicos uisitauit, uisitando percurrit, atque transcendit.

SIcut cinnamomum & balsamū aromatizans odorē dedi: Quasi myrrha electa dedi suauitatē odoris.
Eccl. 24 Et quasi storax, & galbanus, & uirgula, & gutta, & quasi libanus non incisus vaporaui habitationē meam, & quasi balsamum non mixtum odor meus. Ecce nouem posuit species aromatum, quia uidelicet nouē sunt ordines angelorum, quos Virgo Maria in sua assumptione uisitauit, uisitando pcurrit, pcurrendo transcendit. Libet autem aliū dialogum facere inter ipsam virginē ascendentem, & ipsos ordines angelorum eā retinere totis affectibus cupientes. Primo igitur uisitat ordines inferioris hierarchiæ, s. angelos, archāgelos, & virtutes. Angelorū. n. officiū est nūciare & ministrare ac custodire. Sic ipsa gratiam humano generi deperditam nunciauit, & inuenit, sicut dictū est. Inuenisti gratiam

Angelorum offitium.

tiā apud Deū. In ecclesia ministra Dei ordinata fuit. Ecc. 24.
In habitatione sancta corā ipso mininistraui. Aīas no Mat. 23
stras sp custodit. Hæc.n est illa gallina de qua dr̄. Quę pullos suos custodit sub alis suę pietatis ab īsidijs dęmonum. Dicant igitur angeli uirgini beatę. Intra nostrum numerum o domina, debes habere consortiū, quę simile nobis sortita es officium, dum & mundo lętitiam annuncias, dum diuinas gratias administras, dum animas omnium custodire nō cessas. Rn̄det illa & dicit: Non uos desero, sed sicut cinamomum inter uos maneo. Ipsa species est sicca calida & aromatica. Sic & ipsa fuit sicca in carne per tēperantiā, & parcitatem, calida in anima p feruorē & charitatem, aromatizans in utroque per munditiam & puritatem. Dicat ergo non uos desero, sed uobiscum manet odor temperātiæ meę. Et uobiscū manet odor charitatis meę, & aroma pietatis meę. Sequitur ordo archāgelorum, quorū officium est secreta Dei cōsilia scire, & maxime mysteriū de incarnatione uerbi cognoscere. Istud nāq; mysteriū superiores angeli cognouerunt a Deo immediate p infusam inspirationē. Medij ab ipsis superioribus per traditam illuminationem. Inferiores angeli a medijs cognouerunt p p̄dicationē. Sicut dicit Hiero. Virgo autem cognouit p experientiam & inuiscerationē. Dicant ergo archāgeli: In nostro debes agmine numerari ut te habeamus sociam quam scimus Dei secretū fuisse expertā. Nostri.n. superiores a Deo cognouerūt p inspirationē. Nostri medij a superiorib. p illuminationē. Nostri inferiores ab ipsis medijs p p̄dicationē. Reuera tu uirgo beata cognouisti p beata experiētiā & inuiscerationē. Rn̄det illa & dicit: Nō uos desero, sed sicut balsamū aromatizās īter uos maneo. Sicut.n. d̄t gl. ibi. Oīa q̄ ī balsamo sūt uirtuosa sūt. s. lignū, cortex, semē & liquor. Silr̄ oīa q̄ ī uirgine fuerūt. Per lignū nāq; intelligit̄ ipsius B. Marię corpus uirgineū. Per corticē eius exterior cōuersatio. Per semē eius aīa q̄ fuerat in tam puro corporo

ſeminata. Per liquorē ſiue balſamū, eius filius benedi
ctus ītelligiť. Dicat ergo a uobis nō recedo, ſed ſicut
odor balſami uobiſcū maneo, qui qdē odor cātur ex
carne mea uirginea, ex conuerſatione clara, & ex aīa
ſancta, & ex p role beata. Sequitur ordo uirtutum, quo
rum eſt miracula operari. Secundum aūt Aug boni an
geli miracula faciunt, non aliquid de nouo creando,
ſed Deo miniſteriū exhibēdo. Boni aūt Chriſtiani mi
racula faciunt per publicā iuſtitiā. Mali aūt per ſigna
Mat. 17 publicæ iuſtitiæ. Et pōt uocari publica iuſtitia aut fi-
Iac. 5. des uera. Si habueritis fidē ſicut granū ſinapis &c. Aut
Pſa 144 oratio deuota. Helyas hō erat &c. Aut uita pfecta. Vo-
luntatem timentium ſe faciet. Iſtā autem publicam iu
ſtitiā mali nō habent, ſed qn̄q; habere uidentur. Pro-
prie aūt ſolus Deus miracula facere pōt, qa ipſe ſolus
omnipotentiā habet, Præcipue tū in uirginis utero
operatus eſt miraculū miraculorū. Primo nāque fuit
ſubitū. Grego Angelo nūciāte, & ſancto ſpū aduenie-
te, mox uerbū in utero, mox intrauit uterū uerbū caro.
Hie. 31. Fuit inſolitū, iō dr̄ nouū. Nouum faciet dn̄s ſup ter-
rā &c. Fuit ſupra ſpē expectantiū. Fuit ſupra facultatē
naturæ, & uſus rōnis & mētis. Hiero. Quod natura nō
habuit, uſus neſciuit, ignorauit rō, mēs nō capit huma
na, hoc totū p Gabrielē Mariæ diuinitus nunciať, Ip
ſa ēt Beata uirgo multa miracula eſt operata, qa habe
bat fidē uerā. Beata q̄ credidiſti. Orationē deuotā. Hi
Luc. 1. oēs erāt pſeuerātes in oratione cum Maria matre Ie
Actu. 1. ſu. Vitā pfectā, qa habuit uitā actiuā & cōtemplati-
uam. Dicant igiť uirtutes. Noſtrā tua debes præſentia
illuſtrare ſocietatem, q̄ tantā accepiſti in faciēdis mi
raculis ptātē, mō p fidē uerā, mō p orōnem deuotam,
mō p uitā ſanctā. Sed in tuo utero Deus operatus eſt
miraculū miraculorū, ad cuius cōparationē noſtra mi
racula uidenť fore nulla. Rn̄dit illa & dicit: Non uos
deſero, ſed ſicut mirrha electa inter uos maneo. Eſt
autem mirrha prima, electa, atque pbatiſſima. Mirrha
Can. 5. prima pœnitentia eſt innocentiū. Manus meæ diſtil-
lauc-

lauerũt mirrham primã. Mirrha electa est pęnitentia claustralium, qui dicunt illud: Elegi abiectus esse in domo Dei mei. Mirrha aũt probatissima est pęnitentia pfectorum quę pro solo desiderio p̃riæ se affligũt. Beata autẽ uirgo fuit innocentissima, fuit de mundo in matrem Dei electa, & fuit cęlestium desideriorũ anxia. Dicat ergo. Non uos desero, sed uobiscum maneo, & odore mirrhæ primæ, q consurgit ex uirtute meæ innocẽtię, & ex odore mirrhæ electę q cõsurgit ex m̃rna electione, & ex odore mirrhę pbatissimę q consurgit ex desiderio cęlestis patriæ. Transactis ordinibus inferioris Hierarchię peruenit ad ordines medię qui sunt, Ptãtes, principatus, & dñationes. Officium aũt ptãtum est arcere dæmones ne tm̃ noceãt q̃tum uelit. Istud officiũ B uirgo hũit. De qua dr̃: Ipsa cõteret caput tuũ. Per caput põt intelligi suggestio dæmonis uel ptãs uel astutia. Ipsa autem oẽs suggestiones expulit, & ptãtẽ abstulit, & astutiã ppulsauit. Dicãt ergo ptãtes. Nobiscũ o domina esse debes, nobis.n. cõmissum est ut dęmones refrenemus. Tu autẽ nõ tm̃ refrenasti, sed suggestionẽ contriuisti, ptãtem abstulisti, astutiã propulsasti. Rñdet illa & dicit, Non uos desero, sed tanquã storax uobiscũ maneo. Est aũt storax ſm glosam arbor arabica, cuius uirgulæ lachrimas fluunt ex quibus pigmẽtum conficit̃ p̃ciosum. Et q̃ est ista storax lachrimas fluens, nisi uirgo Maria, sæpe lachrimas & suspiria emittens? Hęc.n. est illa axa de qua legit̃. Quæ sedẽs asino i. p̃sidẽs corpori suo, suspirauit, & ab ipso patre quatuor impetrauit. s. terram arentẽ, australẽ, irriguũ superius & inferius. Virgo.n. beata p sua suspiria & desideria impetrauit terrã arentẽ, i. ipsã carnẽ ab oĩ humore cõcupiscẽtiæ exiccatã. Et australẽ. i. aĩam flatu sancti spiritus inflammatã. Et irriguũ superius i. Iesu Christi diuinitatẽ. Et inferius .i. eius humanitatẽ. Dicat ergo, nõ uos desero, sed tanquã storax uobiscũ maneo, qa uobiscũ manet odor lachrimarũ, per quas impetrare merui carnem mortifi-

Psal. 83
Gen. 3.
Iosu. 15.

catam, animam inflãmatã; & diuinitatẽ supremam, & humanitatem ueram. Sequit ordo principatuum quorum officium est regnis & prouincijs p̃sidere, hostes cõprimere, bonos custodire, dęmones arcere, & in tri-
Eccl. 44. bulationibus protegere. Istud quintuplex officium habuit uirgo Maria. In oĩ gente & in oĩ populo principatum habui, ecce quia super oẽs principatum gerit; omnium excellentium, & sublimium colla calcaui, ecce quia hostes cõprimit; gyrum cœli circuiui sola, ecce quia bonos custodit; & profundum abyssi penetraui, ecce quia dæmones ipsa expellit: & in fluctib. maris ambulaui, ecce quia in tribulationibus ꝓtegit. Dicant ergo principatus: In nostro stare debes ordine, q̃ sic in oĩ gente principatũ geris, sic hostes comprimis, sic & bonos custodis, sic dęmones cõteris, sic in tribulatione ꝓtegis. Rñdit illa & dicit: Non uos desero, sed sicut galbanus in uobis maneo. Scdm aũt Isido. Galbanus est succus herbæ, quæ ferula dr̃, quæ quidem uulnera sanat, serpentes fugat, frigidas passiones curat. Dicat iccirco uirgo Maria. Nõ uos dęsero, sed uobiscum remanet odor pietatis meæ; qua peccatorum uulnera sępe sanauit; uirtus potestatais meæ, qua dęmonum tentationes sępius refrenauit; & ardor charitatis meæ uobiscum manet, qua charitate mediã te tepidos ad amorem cœlestium inflammauit. Sequitur ordo dominationum, quorum est officiũ subditos sibi angelos purgare, illuminare, & p̃ficere. Istud triplex officiũ Maria habet, q̃ a culpa purgat affectiuã, ab ignorantia illuminat intellectiuam, & ab infirmitate perficit operatiuã. Dicant igitur dominationes: Præsentiam tuam domina nobis nõ subtrahas, q̃ plenius quã nos purgationes, illuminationes & p̃fectiones oib⁹ administras. Rñdet illa & dicit: Nõ uos dese-
Vngula quid sit. ro, sed quasi ungula ĩter uos maneo. est ãt ungula ẽm gl. ostrea p̃ua suaue redolẽs hñs formã unguis humanę. Vngula aũt est lucida adeo ut tãquã ĩ speculo pleriq; imagines in ea cõtẽplent; & signãt uirginẽ, q̃ Dei

ſpeculũ facta fuit. Speculũ nãq; ex uitro & ex plumbo
eſt. Per uitrũ eius lucida uirginitas. Per plũbũ eius
ductrix humilitas deſignat᷑. Nec ſola uirginitas, nec
ſola humilitas eã feciſſet ſpeculũ Dei, cõiũcta ẽ igit᷑
uirginitas ipſi humilitati; & ſic facta ẽ ſpeculũ Dei, ĩ
quo refulſit Chriſtus ꝗ eſt imago Dei pr̃is. Vngula ẽt
carni inſeparabiliter eſt cõiũcta, ſic & virgo Maria ꝑ
amorẽ Chriſto inſepabil̃r eſt cõiũcta & unita. Vngu-
la ẽt licet ſit inſẽſibilis, tñ in ſepatione a carne dolor
intolerabilis fit. Sic & Maria licet inſenſibilis mũdo
fuerit, intolerabilẽ tñ dolorẽ habuit, qñ ſeparabat᷑ a fi
lio. Dicat ergo Maria, nõ uos deſero, ſed uobiſcũ ſicut
ungula maneo, & ſicut ſpeculũ Dei, ſicut amica Dei, ſi
cut mr̃ Dei. Trãſactis ordinibus inferioris & mediæ
hierarchiæ ꝑuenit ad ordines ſupremæ hierarchię, q̈
ſunt throni Cherubin, & ſeraphin. Thronorũ ãt offm̃
eſt ꝙ ſup eos Deus qeſcit & ſedet, & iudicia exercet.
Virgo aũt Maria eſt thronus mĩæ, gratiæ, & gloriæ.
Eſt. n. thronus mĩæ peccatoribus, gratiæ iuſtis, & glo Pſal. 88
riæ beatis. Thronus eius ſicut ſol ĩ cõſpectu meo &c.
Ipſa. n. eſt ſicut ſol beatis, quibus eſt in magnã gloriã
ſicut luna iuſtis, inq̃tum eſt mediatrix impetrãdo eis
cęleſtem gratiã, & teſtis in cœlo fidelis peccatoribus
aduocando ꝓ eis & impetrando mĩam. Dicãt igitur
throni ad eã. Nobiſcũ eſſe debes, in cuius utero Deus
nouẽ menſibus reqeuit, in qua tanq̃ in throno Deus
non exercet iudicia punientis, ſed potius mĩæ iuſtifi
cantis, gratiæ cõſeruantis & gloriæ coronãtis. Rñdet
illa & dicit. Non uos deſero, ſed tanq̃ gutta inter uos
maneo. Gutta ſm̃ glo. lachrymas ſtillat, q̃ oẽs duritias
ſanat. Olim nanq; erãt tria dura. ſ. Deus qui nullũ ad
mĩam ſuſcipiebat. Mors, q̃ oẽs ad inferos rapiebat. Et
diabolus, ꝗ hoſtil̃r ſæuiebat. Sed uirgo ſic Deũ emol-
liuit, ut oẽs ad mĩam ſuſcipet, ſic mortẽ cõtriuit, ut iã
ſctõs nõ rapiat, ſic diabolũ ſupauit, ut iã nullũ niſi uo
lẽtẽ decipiat. Dicat ergo uirgo beata. Nõ uos deſero,
ſed ſicut gutta uobiſcũ maneo, quia uobiſcũ remanet

odor meus cũ quo Deũ emolliui, mortẽ contriui, & diabolũ superaui. Sequit̃ ordo Cherubin, q̃ interp̃tat̃ plenitudo scientiæ. Scĩa autem uirginis excellit oẽm scĩam angelicã & humanam. Dicant igitur Cherubin. Nobiscum esse debes, quæ ẽt in uia tantam cognitionem habuisti, & scĩam, mõ audiẽdo per inspirationẽ, mõ uidendo per contemplationem, modo tangendo per operationem, modo gustãdo per affectionem, mõ orando per deuotionem. Nunc aũt præ cęteris cognitionem habes uidendo per apertam uisionem. Rñdet illa & dicit: Non uos desero, sed sicut libanus non incisus uobiscum maneo: libanus candidatio interpretatur. In uirgine aũt tria fuerunt candida, & nunq̃ incisa. Integer spiritus uester, & aĩa, & corpus sine querela seruetur. Ipsius aũt spiritus indiuisus fuit, quia nunquã a Deo separari potuit. Eius anima indiuisa, quia nunq̃ a dominio rõnis recessit. Eius nãq; corpus fuit indiuisum, quia sp̃ integrum permansit. Dicat igitur: Nõ uos desero, sed sicut libanus nõ incisus uobiscum permaneo, quia multum uos delectari dẽt odor spũs mei, q̃a à Deo nunquam separatus fuit odor aĩę meę, qui nunquam a dñio rationis recessit, & odor corporis mei qui semper illibatus permansit. Sequitur ordo Seraphin, qui interpretantur ardentes. Sicut nãque dicit Bern. Voluntas qñ ueritati per gratiam associatur, & sursum tendit, amor est. Cum promouetur ab ipsa, gratia, & lactatur, dilectio est. Cũ uero apprehendit, tenet, & fruitur, charitas est. Qñ igitur gratia Dei cor uirginis sursum eleuabat, gñabat in ipsa amorem, qñ promouebat, dilectionem, qñ cum dilecto eam totaliter uniebat, faciebat in eius aĩo charitatem. Dicant ergo illi de ordine Seraphin. Nobiscum domina remanere dẽs quæ plena fuisti tanto amore, tanta dilectione, & tãta charitate. Respondet illa & dicit: Non uos desero, sed tanq̃ balsamũ nõ mixtũ uobiscum maneo. Sicut nanq; dicit Isid & habetur in glo. Balsamũ non mixtum per tria cognoscitur. s. qñ lac coagulat, qñ

1.Thes.5

in

in aqua non superenatat, & quādo laneā vestē nō maculat. Tūc igiť verus amor Dei esse cognoscitur, qñ cor cū Deo totaliter vnitur, p superbiam, nō eleuať, & nulla macula peccati polluitur. Isto mō fuit in virgine, q oēs suas volūtates in Deo vniebat, sup alios se nō eleuabat, & nullā pcti maculam habebat. Dicat ergo: A vobis nō recedo, sed quasi balsamū nō mixtū. i. per amorē purū vobiscū maneo, quē qdē purū sępe in me probastis, & p cordis cū Deo vnitatē, & p profundā humilitatem, & p peccati omnimodā immunitatē.

Sermo ccxviij. De eodem sermo 8. Habitatio, habitatricisq; officij executio commendatur.

IN habitatione sācta corā ipso ministraui. In verbis pręmissis primo cōmendať habitatio cū diciť: In habitatione sancta. Scdo ipsius habitatricis officij executio cum dicitur: Corā ipso ministraui Sancta nāq; habitatio dicitur cęlestis patria, iuxta quadruplicē acceptionem huius noīs quod est sanctū. Est. n. sancta. i. munda, & quātū ad ipsam habitationē. Ipsa ciuitas aurum mūdū; & quātū ad ipsū habitatorē. Nō intrabit in illā aliqd coinquinatū. Hæc aūt habitatio terrena est immunda. Et quātū ad habitationem. Polluisti terram in fornicationibus tuis. Et quantū ad habitatorē. Qūo dicis: Nō sum polluta &c. Secūdo sancta est idē quod firma. Et quantum ad habitationē. Fundamenta eius in montibus sanctis. Et quantum ad habitatorē. Qui vicerit faciā illum colūnam in templo Dei mei. Hęc autem habitatio terrena non est firma quantū ad se. Mundus transit & concupiscentia eius, nec quantū ad habitatorē: Homo natus de muliere &c. Tertio dicitur sancta, id est sacro vsui deputata. Et quantum ad se: quia deputata est ad producendū rosas martyrū, libanum i. thus odoriferum cōfessorum, & lilium virginum. Quasi rosæ plantatæ super riuos aquarum fructificantes, & quasi libanus odorē suauitatis habētes &c.

Eccl. 24. Cælestis patria sctā quare dicitur. Apo. 21. Hier. 4. Ibidē. 2. Psal. 86. Apo. 3. 2. Ioā 2. Ibid. 13. Eccl. 39

Et quantum ad habitatorē qui deputatus est ibi ad lau
Psal. 83. dandum Deum. Beati qui habitant in domo tua domi
ne, in sęcula sęculorū laudabunt te. Hæc autē habitatio terrena, est malo usui deputata, s. ad producēdum spinas, tribulos, & vrticas. i. hoīes superbos, auaros & luxuriosos: Et quātum ad habitatorem q deputauit se ad mentiendum, & ad furandum & hmōi. Maledictū,
Oseæ. 4. & mēdaciū, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt. Quarto est sācta i. sanguine tincta. Et quantum ad se, quia eius ianua fuit sanguine Chri reserata.
Exo. 12. Hoc significatum est. Vbi præcepit dominus q̃ de sanguine agni linirent postes. Et quātū ad habitatores qui Christi sanguine sunt redempti.
Apo. 1. Lauit nos a peccatis nr̃is in sanguine suo. Hęc aūt habitatio terrena tincta est sanguine malo. Et quātū ad se. s. sāguine
Ps. 105. homicidij. Infecta est terra in sanguinibus. Et quātū
Esa. 59. ad habitatorē. s. sanguine peccati. Manus vestræ pollutæ sunt sanguine. Scđo cōmendatur in habitatrice sui officij executio cū dr̃: Coram ipso ministraui. Deus enim suā ministram & officialē eā fecit, & multiplex ministerium & officium sibi cōmisit. Primū est, qa est eleemosynaria cęli, & ista eleemosynaria nō ē tenax

Ei9 multiplex ministerium.

Pro. vlt. nec auara. Manū suam aperuit inopi, & palmas suas extēdit ad pauperes, cuius liberalitas in tribus determinatur. Et qa brachiū versus pctōres extēsum tenet, & quia manus apertas hēt. Et quia manus plenas eleemosynis possidet. Per brachium extensum potentia, p manū apertam scīa, p manū plenā liberalitas designatur. Tenet igit̃ brachiū extēsum, qa pōt oībus misereri. Tenet manum apertā, qa scit optimo tpe misereri. Tenet etiam manū plenam, qa uult omnibus omni tēpore misereri. Sed de liberalitate isti9 eleemosynariæ
Ibid. dicitur: De nocte surrexit, dedit prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Et infra: Oēs domestici vestiti sūt duplicibus. Habet virgo ancillas, idest animas Dei p̄cepta seruantes. Istis cibaria impendit, qa cibo diuinæ gr̄æ eas pascit. Habet etiā domesticos. i.

uiros

viros pfectos. Et istos vestit duplicibus, quia & aīam vestit virtute, & corpus vestit cādore innocentiæ. Habet filios & secretarios, qui. s. virginitate sunt pditi, & sibi intima deuotione cōiuncti. Et istis dat prædam, i. gratiarum & Virtutum abundātiam copiosam. Scdm ministerium est, qa facta est cellaria spiritus sctī. Vñ Can. 2.
ipsa dicit: Introduxit me rex in cellam vinariam. De ista cella ppinat vinum sanctis, qui sunt in via ad aliqualem satietatem, & illis qui sunt in patria ad plenā ebrietatē. Bibite amici, & inebriamini charissimi. Iō Ibid. 5.
assimilat crateri nunquam deficienti. Vmbilicus tuus Ibid. 6.
sicut crater tornatilis nūquā indigens poculis. Ipsa .n. est crater inquantum semper infundit. Et est tornatilis inquantum circumcirca semper vadit Et est nunquam indigens poculis, inquātum nunquā euacuat, sed semp plena existit Illo aūt cibo nos pascit, & potu reficit quo seipsam fouet & sustentat. Comedi fauū cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Ipsa fauum cum melle comedit, s. qñ Christum in quo est cera humanitatis, & mel diuinitatis in suo vtero portauit. Ipsa vinum cum lacte bibit, qñ spiritus sanctus eius aīam impleuit uino cęlestis grǣ, & carnem perfudit lacte virginalis munditiæ. Eodem mō pascit nos fauo, qñ & nos facit delectari circa Christi humanitatem, & pascit melle, qñ nos facit dilectari circa Christi diuinitatem. Et similiter nos potat uino & lacte, qñ dat nobis spūalem lætitiam in mente, & munditiam in carne. Tertium ministerium est, quia facta est thesauraria Dei. Habet quidem Deus thesaurum potentiæ, sapientiæ, & misericordiæ. Ipsa nanq; hēt thesaurū potentiæ, per quē thesaurum ipsa Deum potenter ad se traxit. Cum esset rex in accubitu suo &c. Can. 1.
quo potenter diabolum contriuit. Ipsa cōteret caput Gen. 3.
tuum, quo nos potenter in cœlestem gloriam introduxit. In Hierusalem potestas mea. Habet thesau- Eccl. 24
rum sapientiæ per quem nobis diuinam cognitionē infundit, Eccle. 24. Ego mater pulchræ dilectionis

&

& agnitionis. Et in mari pñtis sęculi nos sapienter di
Pro. 14. rigit. Ideo uocatur stella maris, & actus nr̃os sapien-
Eccl. 25 ter disponit Sapiens mulier domum suã ædificat. &c.
Habet thesaurum mĩæ quem largiter dispẽsat. In ple
nitudine sanctorum detentio mea. Dispensat cõiter
vt ibidem dr̃: Transite ad me oẽs qui concupiscitis
me &c. Dispensat faciliter, quia non permittit se diu
Eccl. 4. tius rogari. Cor inopis ne afflixeris, & ne ꝓtrahas da-
tum angustianti. Dispensat sapienter, quia qñ est ma-
ior necessitas: ideo vocatur luna, quia lucet in nocte
aduersitatis, qñ sol abscondit se, lucet uicina terræ. i.
peccatoribus & humiliatis. Quartum misterium est,
quia est ostiaria paradisi. Ipsa nanq; est ostium per qđ
ad paradisum intramus, quod per Euam clausum est,
Ioan. 18 sed per eam apertum. Ipsa. n. est quæ nos suis meritis
in atrium principis introducit. Vnde dr̃: Ancilla ho-
stiaria: virgo Maria, quæ se ancillam nominauit, Pe-
trum in atrium principis introduxit. Ipsa nanq; vir-
go Maria est fenestra per quam Deus oculo mĩæ nos
respicit. Vnde de ea cantat ecclesia. Intrent vt astra fle
biles, cœli fenestra facta es. Ipsa. n. est fenestraria quæ
nobis viscera suæ misericordiæ aperit, vnde sæpe est
roganda. Aperi mihi soror mea, amica mea &c. Quin
tum misterium est: quia est aduocata generis huma-
ni. Bonus aduocatus debet hr̃e diligentiam, & coram
rege aliquam potentiam, & coram familia regis ma-
gnam gratiam, & in proponendis allegationibus ma
gnam sapientiam. Ista quatuor sunt in Maria, quæ ẽt
de ea tangit propheta dicens: Astitit a dextris tuis, ec
ce quantæ diligentiæ. Regina, ecce, quantæ potentię.
In vestitu deaurato, ecce ergo quantæ sapĩæ, per aurũ
. n. sapĩa designatur, circundata uarietate, i. sanctorũ
multiplicitate, ecce quantæ in conspectu familiæ re-
gis beneuolentiæ & reuerentiæ, ibi enim est color au
reus apostolorum; Rubeus martyrum; cœlestis con-
fessorum; albus virginum. Omnes enim isti virginem
circundant, & eam tanquam reginam suam associant.

Sermo ccxix. De eodem Sermo ix Quomodo optimam partem, & in præsenti uita, & in gloria cælesti habuit.

MAria optimā partem elegit quæ nō auferet &c. Iſtud uerbū ꝓpriè nulli cōpetit niſi virgini Mariæ, nec Deo, nec Angelo, nec hoī. Homo enim uel angelus qui optimā partem habet, nullus eſt. Deus autem non tenet partē, ſed totum. Sola nanque ipſa optimā partem habet, quia eſt media inter creatorem qui totum tenet, & oēm aliā creaturam quæ bonā uel meliorē partem poſſidet. Iſta aūt pars optima quā elegit intelligitur & in uita præſenti & in uita cęleſti. Nā in uita præſenti multiplicē partem optimā habuit Quarum prima conſideratur quātum ad caſtitatis cōſeruationē: caſtitas aūt tres partes habet. Vna nanq; eſt caſtitas coniugalis. Et iſta vtiq; eſt pars bona quæ habet fructum triceſimum. Scđa eſt caſtitas uidualis. Et iſta eſt pars melior Et iſta hēt fructū ſexageſimum. Tertia eſt excellētia uirginalis Et iſta eſt pars optima, qa habet fructum centeſimum. Et iſtā partē optimā elegit; vt tn̄ oſtenderet ꝙ fuit perſona cōis, uoluit eſſe coniugata cū coniugatis, & uidua cum uiduis, & immaculata cum immaculatis. Secunda conſideratur q̄tum ad vitæ perfectionē. Eſt. n. actiua uita q̄ eſt pars bona uita contemplatiua q̄ eſt pars melior, & ex utraq; cōpoſita quæ eſt pars optima. Et illam Virgo Maria elegit. Iō ſigñatur per illas duas ſorores. ſ. per Martham quę fuit actiua, & per Magdalenā quæ fuit cōtemplatiua. Et q̄a actiua intendit proximo, contēplatiua Deo. Magna laus fuit in uirgine q̄ utrāq; uitā circa filium ſuū deuote exercuit. Nam quantum ad diuinitatem contemplationi eius ſemper intēta fuit. Quātum uero ad humanitatē ſibi ſedule miniſtrauit, qa ſibi domū eburneā ꝑparauit, ipsū carne purpurea induit, lacte de cęlo ſubminiſtrato cibauit ac potauit, in tribulatione, & in cruce poſitū uiſitauit. Tertio accipit̄ q̄tū ad gra-

Luc. 10.

Caſtitatis partes tres.

Luc. 6. tię cumulationem. Deus .n. hẽt quadruplicem mensuram. Scilicet bonam quę est ad iustificationem. Et hęc est pars bona. Confertam, scilicet, quãdo alicui ultra confertur, scilicet ad sui iustificationẽ, & ad aliorum saluationem. Et hæc est pars melior. Coagitatam, quãdo Deus gratiam agitando in aĩa confirmat, sicut qũ fuit in utero sanctificata. Et hæc est pars optima. Supereffluentem quæ de sua plenitudine alijs effundit. Et hæc est pars optima q̃ fuit in Chr̃o & matre eius.

Humilitatis gradus triplex. Quarto accipitur & consideratur quantum ad perfectam humiliationem. Est autem triplex gradus humilitatis. Primus scilicet subijci suo superiori, & hæc est bona. Secundus uero est subijci suo æquali, & hæc est pars melior. Tertius est subijci suo inferiori, & hæc est pars optima. Virgo .n. beata non solũ subiecta fuit superiori .i. Deo, & nõ solũ subiecta fuit æquali .i. suo sponso, sed ẽt subiecta fuit suo inferiori .i. Helisabeth. Apud quã tribus mensibus ibidẽ mãsit, atque sibi deuotè seruiuit. Ipsa nanque virgo de Deo sentiebat digna, de seipsa parua, & de proximo magna. Quinta pars accipitur q̃tum ad studiũ & operationẽ. Quidã enim intendũt ꝓximo per eruditionẽ, & hęc est pars bona. Alij intendunt sibi ꝑ discussionẽ, & hęc est pars melior. Alij intendunt Deo ꝑ uacationem, & hæc est pars optima. Virgo Maria & ꝓximo intendebat ꝑ doctrinã, & sibi per custodiã, & ipsi Deo ꝑ meditationẽ internã. Vnde poterat dicere cum propheta. Meditatus sũ nocte cũ corde meo Deo .s. uacãdo, & exercitabar, proximũ .s. erudiendo, & scopebã spĩm meũ, me .s. discutiendo. Secundo hẽt partem optimam in uita cęlesti. Et ista pars considerari põt q̃tum ad quinq;. Primo q̃tum ad subiectum quod glorificatum est, quia .s. in corpore & in aĩa est glorificata. Gloria nanq; quã Deus dat suis sanctis tres partes hẽt. Vna est qua glorificat eorum corpora in terris, sicut corpus B. Petri, & S. Iacobi apostolorum, & hæc est pars bona. Corpora eorum in pace sepulta sunt &c. Alia est qua glorificat

Gloriæ partes tres.

Eccl. 44

ficat eorum animas in cęlo,& hæc est pars melior. Datæ sunt eis singulæ stolæ albæ. Tertia est qua glorificat utrunq;,& hæc est pars optima,& istam partẽ Maria elegit. Petrus aũt & Paulus habent partẽ bonã, qa eorũ corpora honorantur in terris. Et partem meliorem,quia eorum aĩæ glorificantur in cęlis. Sed nõ habent partem optimam, quia ipsorum corpora iacẽt in sepulchris. Alij sancti uolauerunt in cęlum cum una ala,id est cum dote animæ. Ista aũt est mulier q̃ uolauit cum duabus alis,id est cum glorificatione corporis & animæ. Alijs sanctis dat᷑ una stola. Hæc est autẽ illa de qua dr̃: Byssus & purpura indumentum eius. Secundo consideratur quantum ad modum quo assumpta est. Quidam.n.sancti assumuntur,& in cęlum deducuntur per angelum unum,& hæc est pars bona. Alij deducuntur per plures angelos. Et hæc est pars melior. Sed pars optima esset si omnes angeli & sancti obuiarent, & omnes una cum Christo aduenirẽt: Et ipse Christus personaliter adueniret. Et istam partem habuit uirgo Maria. Tertio consideratur quantum ad locum quem sortita est. Quidam enim associã tur angelis infimæ hierarchiæ. Et hæc est pars bona. Alij angelis mediæ hierarchiæ. Et hęc est pars melior. Alij uero angelis supremæ hierarchię. Et hęc est pars optima. Maria autem super omnes angelos est exaltata, & super altitudinem sanctorum eleuata, & ad dexteram filij collocata. Ideo habet partem optimam. Quarto consideratur quantum ad pręmium quo beatificata est. Beatitudo enim tres habet partes. Vna est beatitudo animarum quę adhuc est imperfecta. Et hęc est pars bona. Alia est beatitudo ipsorum angelorum quę est completa. Et hæc est pars melior. Alia est filij quę est consumata. Et hęc est pars optima. Et istã partem optimam elegit Maria quę in anima cõsumatam gloriam recepit.

Apo. 6.

Apo. 12

Pro. ul.

Quinto considerat᷑ quantum ad officium, quod sibi commissum est. Est nanque Marię commissum officium

Eius officium.

officium adiuuandi,aduocandi,& miseredi. Adiuuat quidem hoīem in uita,in morte,& post mortē.Vñ cātatur.Maria mater gratiæ,mater mīæ,tu nos ab hoste protege &c.Nam & ipsa in uita bonos in gratia conseruat,& malis mīam impetrat. Iccirco dr̄:Mater gratiæ, & mater misericordiæ. Et hæc est pars bona. In morte a diabolo defendit. Icci rco subditur: Tu nos ab hoste protege.Et hęc est pars melior.Post mortem animas nostras suscipit,& in cęlum deducit.Iō subditur:In hora mortis suscipe.Et hæc est pars optima.Secundo uirgo gloriosa Maria habet officium aduocandi. In qua aduocatione more periti aduocati primo captat beneuolentiam Dei,nostrā insinuans miseriā, deinde Deum inclinat ad misericordiam. Scire autē beneuolentiam Dei captare,est bona pars. Scire miserias, & necessitates ostendere,est pars melior. Scire Deum ad misericordiam inducere, est pars optima. Ideo significat͏̃ per illam mulierem sapientissimam. De qua agitur.2.Reg 14.Captat.n.primo beneuolentiam, dicens: Sicut angelus domini,sic & dn̄s meus rex,ut nec maledictione, nec benedictione moueat͏̃. Deus nanque nec ex maledictione peccatorum mouetur ad irascendum.Tu aūt dominator uirtutis cum

Sap. 12. tranquillitate iudicas. Nec ēt moueť Deus ex benedictionibus bonorū nr̄orū ad improperādū nobis. Dat

Iac. 1. omnib. affluēter & non improperat Deinde nostram insinuat miseriam dicens:Oēs morimur & quasi aquę dilabimur super terram quæ non reuertuntur:Magna nanque est miseria humana, quia homo semp fluit de culpa in culpam, quia non pōt per se redire a culpa. Vltimo petit mīam dicens: Reduc abiectum tuum. Ac si dicat: Abiecisti hominem de paradiso ad miseriam,sed reduxisti per passionem tuam. Abiecisti per culpam originalem,sed reduxisti per grām baptismalem. Vnde Greg.Similiter & nunc abiectum p actualem culpam redijt ad te per pęnitentiam. Tertio habet officium miserendi.In iudicando enim quidā sequuntur

quuntur ueritatem cõſcientiæ, & hæc eſt pars bona. Quidam uero ſequũtur rectitudinem ipſius iuſtitiæ, & hæć eſt pars melior, qa in cõſcientia poſſet quis errare. Quidã uero in iudicando ſequuntur tempera mentum miſericordiæ,& hæc eſt pars optima. Sunt namq; quidam ſancti qui ſuam ſequentes conſcientiam aliquibus ſua ſubtrahunt ſuffragia, quia dignos eos non reputant gratia. Deus.n.iuſtitiam ſuam ſequitur, à qua declinare non poteſt. Teneant ergo qui ſequi uolunt cum conſcientia, uel cum iuſtitia. Maria autem ſemper tenebit ſecum miſericordiam.

Sermo ccxx. De S Bernardo Sermo j. Quomodo animum ſublimem, intellectum illuminatum, affectum inflammatum, affatumq́; potenti ſermone plenum habuerit.

IVſtum deduxit dñs per uias rectas. Sunt quædam uiæ circulares per quas uadunt homines mũdũ amãtes. In circu itu impij ambulant. Sunt & quædam uiæ obliquę, per quas uadũt hoĩes ſeipſos diligẽtes. Cũ ergo amor ſit motus cordis directus in alium: Illi q̃ p amorẽ ad ſe cõuertunt, quãdã obliquitatẽ faciũt. Sed ſunt q̃dã uiæ rectæ p quas uadũt, Deũ ſup oĩa diligẽtes. Recti diligunt te. Per iſtas uias rectas Bernardus iuit, qui ſup oĩa Deũ dilexit, quod patet per quatuor quæ habuit. Primo nanq; habuit aĩum ſublimem cœleſtium cõtẽplatione. Totus quidem erat in cęlo, & iõ inſenſibilis vr̃ in mũdo. Vñ dr̃ in legẽda. Ita totus in ſpũ abſorptus eſt, ut iam nullis ſenſibus utereť corporis. Sicut ponitur exemplum de domo teſtudinata quã ignorabat, & de feneſtris eccleſiæ, quas nõ uiderat, & de lacu Lauſanẽſi de quo nõ aduertẽrat. Refert nãq; Aulus Gel. ꝙ Democritus philoſophus oculos ſibi erui fecit. Et ſuper hoc triplex cã a poetis aſſignať. Prima eſt, ut meditationi philoſophiæ liberiꝰ uacaret. Scda eſt, ut nõ uideret malos in hoc mundo

Sap. 1.
Pſal. 9.
Cant. 1.

florere

florere. Tertia ne uisio mulierem eius cōcupiſcentiā inflāmaret. Sed beatus Bernardus oculos ſibi nō eruit corporaliter, ſed ſpiritualiter quantū ad oēm uſum illicitum. Nam quantū ad ſecundā cām ſibi ſpiritualiter oculos eruit, quādo eius oculi nō erant ſibi ad impedimentum, ſed ad expedimentum interioris cōtemplationis, ex eo, ꝙ ipſe in creaturis conſiderabat Dei potentiam, & ſapientiam, ac bonitatē: Etiam ipſe oculos ſuos eruit ſpiritualiter quo ad ſecundā cauſam, qa malos nō uidebat oculo indignationis, ſed cōpaſſionis. Eruit ſpiritualiter ſuos oculos quo ad tertiā cām, quia eos in fęminas non figebat, ſed ſuos oculos a fęminis auertebat. Vnde cum quadam uice in quandam mulierē aliquādiu defixos oculos tenuiſſet, in aquas gelidas ſe immerſit, donec fere exanguis effectus eſt.

Quæ ſibi fuerint reuelata.

Secundo habuit intellectum illuminatū diuinorū reuelatione. Quatuor nanque ſibi fuerunt præcipue reuelata. Primo dominicæ natiuitatis myſterium. Nam in nocte natiuitatis puer Ieſus ſibi apparuit quaſi iterum ante oculos ex utero matris naſcens. Scdo gloria ſanctorum. Nā cum ſanctus Malachias defunctus eſſet, & miſſa pro defunctis cantaret, eidem eius gloria eſt reuelata. Tertio notitia futurorum. Multa nanque futura præuidit, ſicut patet in Gerardo ſuo fratre, cui ſuam conuerſionem prædixit. Quarto ſciētia ſcripturarum, quam quidem ſcientiam ſcripturarum non habuit per magiſtri eruditionem, ſed per propriā meditationem & orationem. Vnde dicitur in eius legenda. Quicquid in ſcripturis didicerat, maxime in agris & in ſiluis meditando & orando ſe accepiſſe confitebatur. Aut per diuinam reuelationem. Vnde dicitur ibidem. Cōfeſſus eſt aliquādo meditanti uel oranti omnem ſacram ſcripturam melius expoſitā ſibi apparuiſſe. Vnde etiam dicitur in Canticis, ꝙ dum quædam retineret, quę aliàs didicerat, uenit ad eū uox dicens: Donec iſtud tenueris, aliud nō accipies. Ex quo habetur, quod ea q̄ dicebat ſpiritu ſctō reuelante diſcebat.

ſcebat.

ſcebat,& didicit: Tertio B. Bernar. habuit affectum in flammatum feruenti dilectione. Nā tā feruenter Deū diligebat, ꝙ in diligēdo modū ſeruare neſciebat. Vñ dixit: Cauſa diligendi Deū Deus eſt, modus ſine mō diligere. Tam feruenter diligebat, ꝙ totus in amore abſorptus erat, a Deo ꝙ nullus iā ſenſibus corporis vtebatur. Vñ ipſe poterat dicere cum apoſtolo. Viuo ego iam nō ego, uiuit aūt in me Chriſtus. Tā feruenter diligebat, ꝙ oēm amorem illicitum amouebat, ſ. amorem cupiditatis terrenorum, quia omnia terrena deſeruit & contempſit. Amorem carnalitatis: q̄a uirginitatem ſeruauit. Amorem vanitatis contempſit, quia multos epiſcopatus renuit. Non.n. poteſt poſſideri amor Dei cum amore mundi. Vnde, ipſe dicit ſuper pſal. Qui habitat &c. errat omnino, Si quis cęleſtem illam dulcedinem huic cineri, illud balſamum huic veneno, chariſmata illa ſpiritus miſceri poſſe cū iſtis illecebris patiaṫ. Sanctus.n. Bernardus tā feruenter diligebat, ꝙ oēm & ſingulum amorem ad Dei amorem referebat. Diſtinguit nanque quintuplicem amorem, ſ. pium, iucundum, iuſtum, uiolentum, & deuotum. Amor nanq; pius ut dicit, eſt quo amamus parētes. Amor autem iucundus eſt, quo amamus ſocios & amicos: Iuſtus, quo amamus vniuerſos hoīes: Violentus quo amamus inimicos: Deuotus, quo amamus Deum. Quatuor aūt primos amores B. Bern. referebat ad quintū. Parentes.n. amabat ſm Deum. Vñ patrem ad religionē adduxit, & fratres cōuertit, & amicos & ſocios cū quibus cōuerſari conſueuerat, diligebat in Deū, q̄a eis p̄dicabat & eos cōuertebat. Inimicos aūt diligebat ꝑꝑ Deum. Deum aūt diligebat ꝑꝑ ſeipſum. Vñ Aug. Beatus eſt domine qui amat te, & amicum in te, & inimicum propter te. Solus.n. nullum eorū amittit cui omnes in illo chari ſunt qui non amittitur: & te nemo amittit, niſi qui dimittit. Quarto habuit affa tum plenum potenti ſermone. Sermo nanque eius poteſtate tanta plenus erat quòd ſibi obediebant ele-

Gal. 2.

Pſal. 90

Amor quintuplex.

menta, insensibilia & corda & dęmonia. Elemēta quidē sicut patet in pluuia. Nā cum quandā epistolā sub dio scribi faceret, subito imber magnus erupit, & cū ipse scriptor chartā cōplicare uellet, ait Bernard. Opus Dei est, scribe, & non desistas. Et sic totā illam epistolā scripsit in imbre sine imbre. Obediebāt etiam sibi sensibilia sicut patuit in ipsis muscis quas excōicauit, obediebant etiam sibi hoīum corda, sicut patuit in militibus rapinas frequēter exercētibus, quibus uinū propinari fecit dicens: Bibite poculum aīarum, & cōtinuo mutati fuerunt. Obediebāt ei etiam dæmonia, quia ea expellebat scripto suo, quia cuidā dæmoniacæ cedulam hoc continentem misit. In nomine dn̄i nostri Iesu Christi præcipio tibi dæmon, ꝙ exeas ab ea; qua cedula ad collum illius mulieris obsessæ a dęmonio, & dæmoniacę ligata statim dæmon euanuit & recessit. Etiam B. Bernar. dæmonia expellebat cum suo baculo, sicut patet in muliere a dæmone infestata, cui B. Ber. suum baculum tradidit, & diabolus ad illam mulierem accedere non præsumpsit. Aliquando ēt suo imperio, & sn̄ia sua dæmonia expellebat, sicut patet in dæmone quem excōicauit, quandoque uero suo responso. Nā cum infirmaretur, & in excessu mētis suæ positus ante tribunal Dei fuisset adductus, dæmō affuit ipsum accusans, & ille rn̄dit. Fateor nō sum dignus obtinere regnū cęlorū, sed duplici iure illud obtinens est dn̄s meus, s patris hæreditate & merito passionis. Altero ipse contentus alterum mihi donat.

Sermo ccxxi. Eodem die Sermo ij. De eius merito atque præmio.

Eccl.45 Luc.21. Luc.4. Dilectus Deo, & hoībus, cuius memoria in benedictione est. Quidā diliguntur a Deo, sed odiuntur ab hoībus. Eritis odio omnibus hominibus ꝓ nomen meum. Quidam uero diliguntur ab hominibus, sed a Deo odiunt. Quicunque uoluerit esse amicus

cus huius seculi inimicus Dei cõstituet, quidã uero odiuntur a Deo, & ab hominibus sicut superbi. Odibilis corã Deo & hominibus est superbia, quidã diligũtur a Deo, & diligunt ab hominibus, sicut B. Bernardus. De quo in p̃missis principalibus uerbis duo proponunt. s. meritũ eius, cũ dr; Dilectus Deo & hominibus, & p̃miũ, cũ subdit: Cuius memoria in benedictione est &c. Circa primũ notandum, q multiplici rõne mouetur hõ ad diligendum aliquid. Diligitur. n. aliquid quia bonum, quia pulchrum, quia honestum, qa utile, quia delectabile, & quia simile; In Deo autem oẽs istæ rõnes sunt, & ideo summe diligendus est. In eo qppe est summa bonitas. Nemo bonus, nisi solus Deus. Summa speciositas. Speciosior sole est. Vnde & Agnes dixit: Cuius pulchritudinem sol & luna mirãtur. Summa honestas. Honestatem illius nõ abscõdo. Summa utilitas. Venerunt mihi oĩa bona pariter cum illa. Summa delectabilitas. Delectationes in dextera eius. Et nostræ naturæ conformitas. In similitudinem hoium factus & habitu inuentus ut hõ: Beatus uero Bernardus pp tria prima fuit dilectus a Deo, & ꝓpter tria sequentia fuit dilectus ab hominib. Primo nãque a Deo fuit dilectus, qa habuit bonitatẽ in affectione. Affectio nanq; bona est uoluntas, q̃ tunc est bona qñ gaudio, & dolore, spe, & timore, est ordinatè affecta. Vñ Aug in li. de patientia. Voluntas bona. i. uoluntas fideliter Deo subdita, uolũtas sanctitate superni amoris accensa, uoluntas q̃ Deũ diligit, & ꝓximũ ꝓpter Deũ, siue amore. De quo rñdit Petrus: Tu scis dñe qa amo te. Siue timore. De quo dicit apostolus. In timore & tremore uestrã salutẽ opamini. Siue gaudio: De quo dicit idem: Spe gaudentes. Siue tristitia qualẽ dicit se habuisse ꝓ fratribus suis quæcunq; amara & aspera sufferat. Charitas nanq; Dei est q̃ oĩa tolerat, q̃ nõ diffunditur in cordibus nostris nisi p spiritumsanctum qui datus est nobis. Secũdo fuit dilectus a Deo, qa habuit pulchritudinẽ siue puritatẽ in intentione:

Eccl. 10
Deꝰ sũme diligendus
Mar. 11
Sap. 7.
Ibid.
Ibid.
Psal. 15.
Phil. 2.
Ioã. 13.
1. Cor. 7
Ro. 12.
1. Co. 13

intétio aũt in mēte est sicut oculus in capite. Oculos nanq; debet esse purus simplex & rectus. tunc.n.oculus intentionis est purus, qñ est sine puluere & sine terrena cupiditate, tunc est simplex qñ est sine duplicitate, s. qñ oculum intellectus ad Deum dirigimus per fidem, & oculum affectus per amorem; sed quando affectum dirigimus ad mundum, & intellectum ad Deum, tunc est duplex. Tunc autem est rectus, qñ non habet obliquitatem, sed directe ad Deum dirigimus, & corda, & opera nostra, ideo praecipitur. Ne offeratur luscus, aut lippus, aut maculam habens in oculo.
Leu.31. Luscus enim est qui habet in intentione obliquitatem. Lippus qui habet duplicitatem. Maculam habet qui habet puluerem, idest cupiditatem. Tertio. Bernardus fuit dilectus a Deo quia habuit honestatem in cogitatione. Cogitationes iustorum iudicia.
Pro.12. Quia iusti inter suas cogitationes iudicia exercent, quia malas expellunt, & bonas retinent. Dicit autem Chryso. ꝙ hõ bonus ẜm uoluntatem animae, bonus est, ẜm naturam uero carnis malus, & ideo pñt inesse cogitationes bonae & malae. Malus autem homo ẜm uoluntatem carnis malus est, & ẜm uoluntatem animae peruersus. Et ideo non potest habere nisi malas
Mac. 1. cogitationes. Dicitur ꝙ Antiochus praecepit idolum abominabile super altare poni, & ab hominibus adorari, & sabbatum non celebrari. Tunc idolum super altare ponitur, qñ in corde praua suggestio dominat̃. Tunc adoratur, qñ usque ad consensum animus peccato adhaeret, & usque ad consensum peccati pertrahitur. Et sic sabbatum non celebratur, quia animi quies amittitur. Secũdo fuit dilectus ab hominibus, Primo
2.Thi.3 quia fuit utilis in praedicatione. Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, & ad corripiendũ, & ad erudiendum. Sic beatus Bernar.ꝑ suam doctrinam docebat ignorãtes, arguebat negligẽtes, corripiebat delinquẽtes, & erudiebat poenitentes. Scdo fuit delectabilis, & amabilis in cõuersatio-

uersatione. Vir amicabilis ad societatē magis amicus erit quā frater. Prælatus nanque debet esse mansuetus in conuersando, seuerus autem in corripiēdo Dulcis autem & pius in compatiendo, & miserando; nā in arca Moysi cū virga rectitudinis fuit māna dulcedinis. Et samaritanus cū uino mordacis reprehēsionis infudit oleum pię cōpassionis. Legitur, quod Salamon in regem inungendus, super mulam fuit positus, quæ ex equa & asino procreatur. In equa ferocitas, & in asino simplicitas inuenitur. Mula autem cum ferocitate equina, habet simplicitatem asininam. Per quod datur intelligi, ꝙ prælatus cum ferocitate rectitudinis, debet habere simplicitatem mansuetudinis. Tertio fuit nobis similis per humilitatē: Quanto maiores, humilia te in omnibus. Prælatus autem coram Deo semper debet se humiliare in omnibus. Et coram subditis quandoque debet se humiliare in omnibus, aliquando in aliquibus, aliquando uero in nullo. Quidā nanque duci possunt per lenitatē, sed nunquam per asperitatem. Coram istis debet se humiliare prælatus in omnibus. Vnde Greg. Nazanzenus. Aliquos lenitate curare debemus, alios autem humilitate. Alij nanque sunt duri & superbi, qui est mansuetudine prælati peiores efficiuntur. Coram istis non debet se in aliquo humiliare, sed debet eorum superbiam frangere. Alij autem sunt qui medio modo se habent, qui scilicet ex nimia seueritate franguntur, uel nimia lenitate soluuntur. Et coram istis debet se prælatus humiliare in aliquibus, nō autem in omnibus. Tales enim indigent temperamento. De quo dicit Grego. Faciendum est nanque quoddam temperamentum; ut nec nimia asperitate exulcerentur subditi, nec etiam nimia lenitate soluantur. Hic est ꝙ in basibus templi erant sculpti leones & boues: Per basem prælatus intelligitur, qui debet populum sustentare, in quo debet esse auctoritas ut seuere corripiat, & maturitas ut misericorditer demulceat. Secundo subditur præmium cum

Prou. 18
Prælat⁹ quō esse debeat.
3. Reg. 1
Eccle. 3

ſubiungit. Cuius memoria in bñdictione erit &c. ubi duplex præmium ponitur, ſ. memoria & gloria. Quia enim fuit dilectus ab hominibus eſt modo in memoria: quia fuit dilectus a Deo eſt modo in cœleſti gloria. De memoria ſanctorum dr̃: Memoria Ioſiæ in cõpoſitione odoris facta, opus pigmẽtarij, in omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & ut muſica in conuiuio uini. Memoria quidem ſanctorum delectat noſtrum olfactum ad odorandum, iõ aſſimilatur operi pigmentarij. Delectat os ad loquẽdum, ideo aſſimilatur melli; Delectat aures ad audiendum, iõ aſſimilatur muſicæ. Secundo habuit cęleſtem gloriam, iõ ſubditur: Similẽ illũ fecit in gloria ſanctorum. Eſt aũt duplex gloria. Vna eſt gloria eſſentialis, quæ dr̃ aurea, q̃ conſiſtit in Dei uiſione, in qua delectabuntur omnes ſenſus. Erit enim ſpeculũ uiſui, melodia auditui, balſamũ olfactui, mel guſtui, flos ſuauiſſimus tactui. Alia eſt gloria accidentalis, quæ dr̃ aureola, quæ dabitur martyribus uirginibus, & prædicatoribus. Nã in ueteri teſtamento tria habebant aureolam. ſ. altare, arca & menſa. Per altare ſignificãtur martyres, qui de corporibus ſuis Deo ſacrificium obtulerunt. Per arcam quę intus & extra fuit deaurata, ſignãt uirgines quæ habuerunt puritatẽ in mente; & integritatẽ in carne. Per menſam aũt intelligunť prædicatores, q ſteterunt ad menſam ſacræ ſcripturæ. De qua dr̃: Paraſti in conſpectu meo menſam &c. Et quia B. Bernardus fuit ualde pfectus, ideo habuit aureã, & quia fuit uirgo incorruptus, & prædicator gratioſus, duplicẽ tenet aureolã.

Eccl. 49 (margin, at "ria. De memoria")

Pſal. 22 (margin, at "menſam ſacræ")

Sermo ccxxij De eodem Sermo iiij. De eius quatuor prærogatiuis.

Eccl. 45 IN fide & lenitate ipſius sãctũ fecit illũ, & elegit eũ ex omni carne. Ex his uerbis hr̃ ꝙ B. Bernar. quatuor ſpeciales prærogatiuas habuit. Nam in corpore & in corde magnam habuit puritatem, quod notatur

cum

cũ dicitur in fide. Fides nanq; habet purificare. Iuxta illud: Fide purificans corda eorũ. In cõuersatione habuit magnã humilitatẽ, quod notatur cũ dicitur: In lenitate. In uita habuit magnã sanctitatẽ, quod notat cũ subditur, Sctm̃ fecit illũ. In corpore suo nullã habuit carnalitatẽ, ideo subditur: Et elegit eum ex oĩ carne. Deus enim ab oĩ carnalitate, eũ elegit, & totaliter separauit. Primo igitur habuit magnam puritatem, qa. s. uirgo corpore & mẽte fuit. Castitas aũt est magnæ uirtutis, quando qs eã seruat & ab hoste tẽtatus, & carne illectus, & ab exterius prouocatus. Sãctus igit Ber. si ab hoste tẽtabat, oẽs tentationes fugabat. Vñ dicitur de eo: Perpẽdẽs periculum esse cohabitare serpẽti, fugã meditari cœpit, & ordinẽ introiuit. Si aũt à carne alliciebat ipsã ꝓtinus macerabat. Vñ cũ adhuc esset adolescẽs & in quãdã fęminã oculos defixos habuisset, & ali quãdiu tenuisset, in stagnũ gelidarũ aquarũ se immersit, donec pęne exãguis effect⁹ est. Si uero ab exterius ꝓuocabat, totis uiribus resistebat, sicut patet de puella q̃ se in lectũ suũ iniecit, & de hospita q̃ ipsũ allicere uoluit. Scdo habuit in conuersatione magnã humilitatẽ. Vñ de eo legitur: Vincebat in eo sublimitatem nominis humilitas cordis, nec tm̃ poterat eũ uniuersus erigere mũdus, quãtũ seipsum deijceret solus. Signũ aũt magnę humilitatis fuit; ꝙ plurib⁹ ciuitatibus in epm electus, sp se retraxit & repudiauit: Legitur, Quod ligna siluarũ uenerunt ad oliuã ficũ, & uitem ut. s. ungerẽt sibi regẽ. Per oliuam, ficũ, & uitẽ intelliguntur religiosi, q debent hr̃e oleum cõpassionis & misericordiæ, & dulcedinẽ cõscientiæ, & uinũ spũalis lętitiæ, & sacræ scripturæ. Sed cum promouẽtur inter ligna siluarum, & turbas populorũ, amittũt compassionẽ, quia efficiunt ualde auari. Amittunt cõscientiæ dulcedinem, qa afficiuntur parũ in cõscientia. Amittunt lætitiã spiritualem, & prædicandi feruorem, quia efficiunt ualde indeuoti. Tertio in uita habuit magnam sanctitatem. Vnde de eo legitur. Semper

Act. 15.

Iudic. 9

per aũt inueniebat̃ aut orãs, aut legẽs, aut scribẽs, aut meditans, aut fratres uerbo ędificans. Signum aũt magnæ sanctitatis & pfectionis erat, ꝙ ipse ꝑ Xpo mori totis desiderijs affectabat. Vñ legitur: Signum magnũ

Apo. 12 apparuit in cęlo. Mulier amicta sole &c. Per solẽ intelligunt̃ cęlestes. Per lunã uero q̃ crescit & decrescit intelligunt̃ terrena. Per duodecim stellas intelligunt̃ duodecim apostolorũ exempla. Sancti nãq; uiri amicti sunt sole, idest cęlesti conuersatione, lunam habẽt sub pedibus, id est tẽporalia sub affectib9, coronã duodecim stellarũ in capite, i dest exempla apostolorũ in mente. Hæc nanq; mulier cruciat̃ ut pariat, ut. s. deposita corruptionis seruitute, pariat nouum hominẽ in

Rom. 8. statu glorię. Oĩs creatura ingemiscit & parturit usque adhuc. Mali aũt religiosi habent lunam in capite, idest tẽporalia in affectione, solẽ sub pedibus, idest cęlestia in despectione, stellas duodecim in corpore, idest apostolorũ exẽpla in exteriori cõuersatione. Quarto in corpore nullam habuit carnalitatem Ipse. n. corpus suum macerabat & affligere solebat ieiunijs, uigilijs, asperis uestimentis, & q̃ pluribus alijs pęnis. Vñ de cibo eius sic legitur: Ad comedendũ uix uoluptate trahebat̃ appetit9, sed solo timore defectus: sic accedebat ad sumendum cibum quasi ad tormentum. Solum autẽ aquam frigidam sibi sapere dicebat, eo, ꝙ dũ eã sumeret fauces sibi refrigeraret. De eius uigilijs sic legit̃. Vigilabat seruus Dei ultra possibilitatẽ humanã. Nullũ. n. tp̃s se magis conqueri perdere solebat, quàm illud quo dormiuit. Sancti nanq; uiri in bonis operibus & orationibus, semper uigilãt, ne ipsa mors ipsos

Mat. 19 imparatos inueniat. Vigilate & orate, qa nescitis qua hora dominus uester uenturus sit, quod est contra illos qui tãtum in morte se præparare uolunt, quod fieri non debet, sicut ostendit Chryso. per tria exempla: Primum est, quia sponsa expectans sponsum prius se ornat. Nam si tantũ in aduentu sponsi se ornaret, sponso plurimum displiceret Secundum est, quia strenuus

Præparati semper esse debemus.

miles

miles semper dēt habere arma sua præparata, vt cum tps belli aduenerit, ire possit ad prælium. Qui autem gladium eruginare dimiserit, loricam sordescere, scutum frangi, non poterit, celare negligentiam, cū ingens necessitas non pmittit longi tpis opus implere. Tertium est, qa malus seruus absente dño opera sua non aspicit, & negligenter operatur, sed cum uiderit dñm suum uenientem incipit festinare, sed nihil proficit festinatio hmōi, qa multorum dierum negligentia non pōt vna hora expleri. De eius uestimento sic legitur: In uestibus semper ei paupertas complacuit, sordes uero nunquam: cilicium multis annis portauit quandiu occultum esse potuit, sed vbi cognitum esse sensit, illud remouit, habens in ore sæpe illud puerbium. Qui hoc facit, quod nemo, mirantur oēs. Sancti.n. viri sibi cauent a uarietate ciborum, & uestimentorum, quia ibi non deest peccatum. Hiero. cōtra Iouinianum. Recte in tanta diuersitate uictus aut vestitus necesse est hic, aut ibi esse peccatum, non, ꝙ in cibo uel in uestibus asseram peccatum esse, sed, ꝙ varietas & commutatio in deterius, reprehensioni proxima sit: quod autem reprehenditur procul est a virtute, quod aūt a uirtute procul est, uicio mancipatur, quod uero uitiosum est, peccato iungitur, quod tandem peccatum est in sinistra & hircorum grege describitur.

Sermo cxxiij. De eodem Sermo v. Quomodo laicis & Religiosis, per doctrinam, atq; bonam vitam fulsit.

NEmo accendit lucernam & in abscondito ponit &c. Beatus Bernardus fuit lucerna super candelabrum posita, quia omnibus fulsit, per doctrinam, & per uitam bonam. Fulsit autem ad laicos. Fulsit ad religiosos. Laicorum autem quatuor erant genera, scilicet tyranni ecclesiam persequentes, & inter istos fulsit per magnam constantiam sicut patet in duce Aquitaniæ qui cum ecclesiā persequeretur. Beatus Ber- Luc. 8. & 9. Laicorū gn̄a quatuor

Bernardus post missam cũ Christi corpore ignea facie ad eum accessit dicēs: Ecce ad te uenit filius virginis, quē tu psequeris. Resiste ergo ei si uales, statimq; dux ille ad pedes B. Bernardi accessit, & sibi in omnibus & per oĩa obediuit, Similiter legitur ꝙ Dauid misit nuncios ad regem Amon, sed illi dimidiã barbam eis raserunt & uestes pciderunt. Dauid aũt exercitum fecit, & eos cõtriuit. Nuncij Dauid sunt clerici & prælati, filij Amon sũt dæmones vel principes mali, duæ partes barbæ sunt vita & scĩa, vel ordo uel ecclesiastica beneficia. Dæmones igit dimidiam barbam radũt, qñ. s. vitam tollunt, & scientiam dimittunt. Tyranni ẽt mediam barbam radunt, qñ auferunt subam temporalem, & dimittunt ẽis ordinem clericalē. Sed & Dauid qui interpretatur manu fortis. i. bonus platus dẽt hr̃e audacem animum, ut tales non timeat, dẽt habere imperiosum uerbum, vt. s. eos reprehendat & excõicationi subijciat, & debet hr̃e hmõi platus fortem manum, vt etiã per brachium seculare si opus fuerit, eos coerceat. Alij erañt eius inimici eum indebite persequentes, inter quos fulsit per patientiam. Distinguit aũt ipse triplicem gradum patientiæ. Vnus est ad iniurias uerborum, & iste est magnus. Alius est ad dãna rerum, & iste gradus est maior. Tertius gradus patiẽtiæ est ad cõtumelias uerberũ, & iste est maximus. Istum triplicē gradum ipse ostendit, nam ipse fuit patiens ad iniurias uerborum, nã cum cuidam ep̃o de sua correctione amicabiliter scripsisset, ille indignatus rescripsit salutem & non spm̃ blasphemiæ, sed tñ in nullo cõmotus sibi rescripsit. Ego spiritũ blasphemiæ in me hr̃e non credo. Fuit ẽt patiens ad damna rerum. Nam cum qdam abbas trecẽtas marcas sibi mitteret, pro uno monasterio construendo, tota illa pecunia a pdonibus est sublata. Quod audiens, nihil aliud rñdit, nisi benedictus Deus qui nobis pepercit ab onere. Fuit etiam patiens ad contumelias uerberum. Cum .n. quidam eum in maxillam percussisset uir Dei cir-

Marginal notes: 2 Re. 10 (beside "bus & per oĩa obediuit"); Patientiæ gradus triplex. (beside "quentes, inter quos fulsit")

constantes adiurauit nè tāgeretur, sed in pace dimitteretur. Alij namque erant humiles & deuoti, inter eos Bernardus fulsit per beniuolentiam. Vnde dr̄ in eius legenda. Inter summos honores ut sæpius fatebat. alterum sibi mutuatam hominē uidebatur, seq; potius reputabat absentem uelut quoddā somnium suspicatus; ubi uero inter simpliciores erat, & amica decebat humilitate frui, ibi se inuenisse gaudebat, & in ꝑpriā redijsse personam. Debent nāque prælati ad subditos beneuoli esse, & eorū infirmitatibus condescēdere. Dedi te hodie in ciuitatem munitā, ut. s. fugientes ad te recipias, per cōpassionē & columnā ferream, ut substētes pauperes & infirmos, per beneficiorum exhibitionē; & in murum æneum, ut oppressos protegas ꝑ defensionem. Alij aūt erant ad uerba sua ualde auidi, & inter istos fulsit per magnā grātiam. Vnde mater vidit se in utero habere catulum totaliter candidum, & in dorso subrufum atque latrantem. Ipse nanque fuit catulus, & hoc inq̄tum lingua suæ prædicationis, peccatorum uulnera sanauit. Fuit candidus, inq̄tum puritatē mentis & corporis seruauit. Fuit subrufus inquantum igne cœli succensus fuit. Et fuit latrans. s. inq̄tum ipsos tyrānos redarguit & hæreticos a grege compescuit. Scd̄o ista lucerna fulsit inter religiosos. Et hoc per quinq; stadios. Primus est, ꝙ laicos ad religionis habitū cōuertebat, & hoc doctrinis, miraculis, & exēplis. Doctrinis quidē sicut fratres carnales, quos uerbis salutaribus ad religionē adduxit. Miraculis sicut patet in Gerardo fratre suo ī carcere posito, quē miraculose extraxit & ad ordinem adduxit. Exēplis prout patet in quodā nūcio ab Archiepo ad ipsum trāsmisso, qui quidem nuncius uisa tanta B. Bernardi sanctitate seculo uale fecit, & religionem introiuit. Secundus est, quia nouicios carnalem affectū relinquere satagebat. Vnde dicebat eis. Si ad ea quæ intus sunt festinatis, hic foris dimittite corpora, quæ de hoc seculo attulistis. Soli nanque spiritus ingrediantur, caro aūt

Hier. 1.

Eius lucis radij quinq;.

non

non prodeſt quicquã.Religioſus enim nõ debet portare ad religionẽ corpus,id eſt corporalem uoluntatem,ut ſ.pp uentrẽ paſcendum ingrediatur.Sed reuera de multis poteſt dici illud:Replebo hominibus ter
dite in lucẽ. Inquãtũ aũt fuit pulcher colore bonitatis est in eo valde sperãdũ. Bonus dñs & confortans in die tribulationis & sciẽs sperãtes in se. Tertio possunt prædicta verba exponi de ipsa respectu nostri, ut sit sẽsus. Ego sum mater pulchræ dilectionis, id est ego sum turris & imperatrix dilectionis diuinæ q̃ est pulchra dilectio, & timoris diuini, qui est timor pulcher &c. Est aũt quadruplex dilectio ẜm Aug. s. carnalis q̃ est inter virũ & uxorẽ. Naturalis q̃ est inter matrẽ & filiũ. Socialis q̃ est inter amicum & amicum. Et spiritualis q̃ est inter aĩam & Deũ. Et ista est dilectio pulchra, quia facit aĩam pulchram, cuius Beata Virgo est mr̃, qa ipsam nobis elargit̃ & donat. Secundo dat nobis pulchrum timorem. s. de quo. Timor dñi sanctus &c. Istum autem timorem Aug. uocat castũ, filialem & amicabilem. Christus. n. est sponsus pr̃ & amicus. Debemus ergo eum timere timore casto. qa sponsus est, timore filiali, qa pr̃ est. timore amicabili, quia amicus est. Tertio dat nobis pulchram agnitionem, quia veram de Deo cognitionem nobis infundit. vel, quia oculo mĩæ nos cognoscit. Sicut. n. in curia Papę q̃dam literæ conceduntur puræ iustitiæ, quædam puræ gratiæ: q̃dã mixtę, sic & in curia Dei. Michael. n. dat literas iustitiæ, unde ẜm repræsentationem ecclesiæ habet animas ponderare. Petrus dat literas mixtas. s. iustitiæ & gratiæ, nam illis qui saluantur ex operibus iustitiæ aperit portam iustitiæ, illis autem, qui ex sola Dei mĩa saluantur aperit portam gratiæ. Virgo autẽ benedicta Maria sp̃ dat literas gratiæ & mĩę. Ber. n. sup̃ hoc sic ait. Quid enim de fonte pietatis ꝓcederet nisi pietas. Quid mirum si pietatem exhibent viscera pietatis? Nonne, qui pomum in manu sua tenuerĩt dimidia die, reliqua diei parte pomi seruauit odorem? Quantum ergo viscera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouem mensib. diuina pietas requieuit? Quarto ipsa est spes nr̃a, quia per ipsam saluari speramus. Ipa namq; nos adiuuare potest, scit, & vult.

Ioã. 12.
Nau. 1.
Dilectio quadruplex
Psal. 18.

Bern.

Bern. Non deest ei potestas, quia est mater Dei: nec voluntas, quia mater est misericordiæ, nec ei deest industria: quia mater est sapientię.

Sermo ccxxxix. De eodem sermo v Quare eius venter beatus, causa quadruplex.

Luc. 11. Beatus uenter, qui te portauit &c. Venter B. Mariæ est beatus: quia fuit thalamus Christi, habitaculũ spiritus sancti: apotheca charismatum, & fons oĩum
Primo. gratiarum. Fuit igitur primo thalamus Christi. Et qa thalamum regalẽ decet esse mũdum, uterus eius fuit
Qualis mundus: quia seruauit munditiam virginalem. Ha-
eius vir buit siquidem virginitatem integram, dedicatam,
ginitas. transfusam & exemplarem. Integram, quia corpore
1. The. 5 & anima & spiritu integra fuit. Integer spiritus vester, & anima & corpus sine querela in aduentu dñi nostri Iesu Christi seruetur. Habuit quidem integritatem in corpore: quia ipsum semper illibatum seruauit, in anima: quia omnem motum & sensum prauum penitus resecauit. in spiritu: quia nunquam per ali-
Can. 4. quod peccatũ a Deo diuisa fuit. Tota pulchra es &c. Pulchra quidem fuit in corpore. sine macula in anima: tota pulchra in spiritu. Secundo habuit virginitatem dedicatam: quia prima uirginitatem vouit, & post ipsam multæ. Prius quidem virginitatem seruare non erat magni honoris, sed postmodum tanti honoris factum est, ꝙ ipsam Deus honorauit; qñ.s. non de coniugata, sed de virgine nasci voluit. Angelus, quando a Ioanne euangelista uirgine adorari recusauit; &
Luc. 23. totus mundus, quia modo virgines dicũtur. Beatę steriles & ventres qui non genuerunt. Sic in virgine
Ibid. 2. Maria uirginitatem honorauit Deus, qui sibi subditus esse uoluit. Erat subditus illis Angelus, quando eã reuerenter salutauit. Et totus mundus: Vnde dicit: Ecce enim ex hoc &c. Tertio habuit virginitatem transfusam, quia licet pulchra fuerit, a nullo tñ potuit concupisci:

cupisci: quia eius puritas corda intuentium penetrabat,& motus illicitos extinguebat. Vñ assimilaẜ myrrha & cedro, quia sicut odor myrrhæ fugat uermes & odor cedri serpentes, sic & puritas eius de aliorũ cordib. fugabat motus brutales. Quarto habuit uirginitatem exemplarẽ, iõ significaẜ p amigdalum, q̃ sicut ĩter cæteras arbores primo flores ꝓducit. sic & ipsa prima votum virginitatis emisit, qui alijs in exemplum fuit. Adducenẜ regi virginis post eam &c. De isto amigdalo dr̃: Florebit amigdalum: impugnabiẜ locusta, dissipabiẜ capparis. Tũc.n.amigdalus floruit, qñ ipsa virgo votum virginitatis emisit, tunc locusta.i.gentilitas instabilis, & inquieta gr̃a spiritus sancti impugnata fuit, & capparis.i.populus iudæorum in dissipationem iuit. Capparis. n.est frutex spinosus super terram expansus, & significat populum iudaicum durum & rebellem & sp terrenis adhærentẽ. Secundo vẽter eius fuit beatus, q̃ fuit habitaculum spiritus sc̃tĩ. Spiritus.n sanctus in ipsum venit ad sanctificandum. Sc̃tĩficauit tabernaculum suum altissimus. venit ad impregnandum. Quod.n. in ea natum est, de spiritu sancto est. Ad cumulandum. Spiritus sanctus superueniet in te & uirtus &c. Tertio venter eius est beatus, quia fuit apotheca charismatum, in qua Deus medicinas reposuit cõtra morbos oĩum uitiorũ. Medicina.n.cõtra concupiscentiã carnis, est cõsideratio suæ sincerissimæ puritatis. De qua dr̃: Venter tuus sicut aceruus tritici vallatur lilijs. In eius.n.vtero fuit triticum. De quo dr̃: Nisi granum frumẽti &c. Et fuit instar acerui qui in imo est latus & in summo angustus. Quia Christus quantum ad humanam naturam nobis fuit manifestus. Quantum vero ad diuinam naturam fuit valde occultus. Et fuit uallata.i.circundata lilijs puritatis.ẜ intus & extra, sursum & deorsum, a dextris & à sinistris, añ & retro. Et dicit lilijs in plurali, q̃a habuit mũdas cogitationes, affectiones, intẽtiones, locutiones & operationes. Vel fuit lilijs valla-

Amigdalo cõparatur.
Psalm.
Eccl. vl.
Psal. 45.
Mat. 1.
Luc. 1.
Q̃uo medicina cõtra oẽs morbos fuit
Can. 7.
Io. 20.

ta

ta, i. puritate munita, ità q hostis nunquam per impuritatem ad eius cor intrare potuit. Medicina aũt contra auaritiã est cõsideratio suæ paupertatis, nam ipsa fuit pauper ante partum, quia fuit nupta pauperi spõso, uecta paupere iumento, & hospitata in paupere domo. Fuit pauper in partu, quia pro thalamo habuit stabulum, pro lecto habuit præsepe & fœnum, pro domicellis habuit bouẽ & asinũ. Fuit ẽt pauper post partũ, qa obtulit oblationẽ pauperũ, nutriebat filiũ p acum, & colum, & nullum cũ filio habuit domiciliũ. Medicina uero cõtra supbiã est cõsideratio suę humilitatis. Est aũt humilitas coacta, spõtanea, & honorata. Humilitas coacta, & si de se nõ sit meritoria, hẽt tñ intra se cãm vñ gñet mercedem, bñ necessitas conuertit in virtutẽ, Humiliauerũt in cõpedibus pedes eius. Humilitas uero spõtanea, & si de se sit meritoria, hẽt tamẽ cãm vnde generatur. Humiliatio tui in medio tui. Sed humilitas honorata nullã hẽt coactionẽ, nec humiliãdi occasionẽ, sed quãto magis à Deo extollit, tãto magis ad humiliora puocat. Talis fuit humilitas Mariæ, q̃ qdem honorata ab angelo, q eã reuerenter salutauit, a patre, q eã elegit, a spũ sctõ, q eam sctĩficauit, a filio, q eam impregnauit, & toto mũdo, qui eam beatam dixit, tñ se humilians dicit: Respexit humilitatem ancillæ suæ &c. Quarto eius uenter est beatus, qa est fons oĩum grarum. Fons hortorum, puteus aquarum uiuentium, q̃ fluunt impetu de libano. Habuit uirgo hortum, cãpum, & uiridarium. Hortus sunt electi, q sensus suos clauserunt, in quo sunt flores & herbæ redolentes, i. grẽ & uirtutes. Cãpus aũt sunt peccatores, qui nullam hẽnt in sensibus suis clausurã, & in qbus sint multæ arbores steriles & infructuosæ. Viridariũ vero sunt bti in quibus uirgo bñdicta spaciat & delectatur. Habet igitur iste fons triplicem riuum. Vnum, qui hẽt virtutẽ fęcundandi, istum mittit in hortum electorũ fęcundãs eos p opera virtutum, iõ dicitur fons hortorum. Qũo descendit

[Margin: Humilitas triplex. — Ps. 104. — Mich. 6 — Can. 4. — Esa. 55.]

in capum peccatorum, q̄ cum ſint mortui & ſteriles, ipſos uiuificat & fęcundat, iõ ſubditur, puteus aquarum uiuentium. Oĩa ad quæ venerit torrens viuent. Eze.47.
Tertio habet riuum q̄ hẽt virtutẽ lætificandi, & iſtũ mittit in uiridarium beatorũ, quos adeo inebriat, ꝙ ſp eos lætificat. Fluminis impetus lętificat ciuitatem Pſal.45.
Dei, ideo ſubditur, quæ fluunt impetu de libano. Libanus eſt mons altus & interp̄taẽ cãdidatio, & ſignificat illum, qui eſt altus per diuinitatem, & cãdidus p̄ humilitatẽ. Ab iſto libano facit affluere ĩ beatos aquas grãrũ & hoc cũ ĩpetu. i. cũ magna plenitudine, & cũ magno ſono lętitię, & cũ iugi & cõtinua emanatiõe.

Sermo. ccxl. De exaltatione ſanctæ crucis Sermo j. Quomodo lignum crucis in cælo, in mundo, & in inferno fuerit exaltatum.

EGo dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui lignum humile. Hic ponitur duplex differẽtia ligni. ſ. lignum ſublime, ſed humiliatum, lignum humile, ſed exaltatum. Lignum ſublime, ſed humiliatum eſt Chriſtus, qui uſque ad nos per ſcalam habentem tres gradus ſe humiliauit. ſ. vſq; ad carnem, vſq; ad mortem, & uſque ad crucem. Semetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, quo ad primum, factus obediens vſq; ad mortem, quo ad ſecundum, mortem autem crucis, quo ad tertium. Magna fuit humilitas quando lux puriſſima humiliauit ſe vſque ad lutum. Maior, qñ vita ſe humiliauit vſque ad mortis ſupplicium. Maxima uero, qñ dñs angelorũ humiliauit ſe vſq; ad patibulũ latronũ, Per hãc ſcalã humilitatis & nos deſcẽdere debemus ut aſcẽdere mereamur. ſ. vſq; ad carnis & infirmitatis nr̃æ cõſideratiõnẽ. Humiliatio tui in medio tui, vſq; ad mortẽ. i. vſq; ad uitiorum mortificationẽ. Mortificate mẽbra vr̃a q̄ ſunt ſup terrã, uſq; ad crucẽ. i. pęnitẽtiæ ſuſceptionẽ. Siquis vult venire poſt me abne. &c. Lignũ humile, ſed exaltatũ eſt lignum sãctæ crucis qđ prius erat humile, q̄a erat ſupplicium latronum, ſed factum eſt ualde ſublime,

Eze. 17. Phil. 2. Mic. 6. Col. 3. Mat. 17.

quia factū est glīa imperatorū. Aug. Crux q̄ prius erat supplicium latronū, trāsit ad frōtes imperatorū. Si talē honorē Deus cōtulit pœnis suis, qualē ergo honorē cōferet sctīs suis: Fuit autem istud lignum sublime factū & exaltatum in cęlo in mūdo, in inferno, ut sit ve
Phil. 2. rū, q̄ dr̄: In noīe Iesu oē genu flectauit, cœlestium, terrestrium & infernorum. Est igit̄ exaltatum in cœlo,
Gene. 3 q̄a ipsum cęlū reserauit. Ianua. n. cęlestis triplici clausura fuit firmata & clausa, s. angelica custodia, flāma apposita & rumpheā bis acuta. Crux autē uirtute san-
Esa. 22. guinis custodiā angelicā remouit, q̄a clauis est. Dabo clauem Dauid super humerum eius. Hier. Sāguis Xp̄i clauis est paradisi. Itē flāmā extinxit, q̄a aqua cælestis in hui⁹ significatione de latere Christi exiuit sāguis & aqua. De his duob. Hiero. ait: flāmea illa rumphea, & foribus p̄sidēs Cherubin Christi extincta & reserata sunt sanguine. Rumpheā bis acutā p̄cium abstulit, q̄a p̄cium est. Illa nanq; rumphea erat diuina iustitia, q̄ requirebat satisfactionē cōdignam, quę per Christi
1. Pet. 1. sanguinem est facta. Non corruptibilibus auro uel argento redempti estis, sed præcioso sanguine &c. Secundo exaltatum est in mundo, q̄a ibi mira opera fe-
Notandum. cit, s. sapīæ, potētiæ, & mīæ. Et iccirco ter in anno celebramus festum sanctæ crucis, s. in parasceue, in inuētione, & in exaltatione. Nam in parasceue fecit opus miræ sapientiæ, q̄a diabolū sapiēter decepit. Aug. Tetendit Xp̄s muscipulā crucē suā, posuit escam carnē suam. diabolus autē uoluit capere escam carnis, & ca
Iob. 40. ptus est ab hamo deitatis. An extrahere poteris leuiathan hamo? In inuentione fecit opus miræ potētiæ, q̄a Maxentiū tyrānum deuicit, & Cōstantinum in imperiū iuste restituit, multos mortuos suscitauit, & infirmos curauit. Ista oīa sūt op̄a diuinæ potētię & diuinæ iustitię, maxime tyrānū deijcere, & humiles exal-
Sap. 4. tare. Bn̄dictū lignū p̄ q̄ fit iustitia. Fecit potētiā ī bra
Luc. 2. chio suo. Sed in exaltatione fecit opus mirę mīæ, q̄a Deus tunc multis lachrymis Christianorū Eraclium

con-

confortauit,tyrannum deuicit, & gentiles ad fidē cō uertit. Exiguo ligno credunt homines aīas suas. Túc .n. Eraclius, & cęteri ligno crucis animas suas crediderunt,quia sibi deuote commendauerunt,& uictoriā obtinuerunt. Tertio fuit exaltatum in inferno,qa diabolum deuicit & superauit, diabolus nanq; tunc erat robustus,munitus & securus. Cum fortis,ecce quā robostus, armatus custodit atrium,ecce quam munitus, in pace sunt oīa q̄ possidet,ecce quā securus. Sed Xp̄s per lignum crucis robustum percussit, quia est baculus Dei. A uoce dn̄i pauebit assur.i. diabolus uirga p-cussus. Ista.n. dr̄ uirga Moysi quæ serpentes deuorauit,quia uirtus crucis dæmones prostrauit. Chrys. Vbicunque dæmones signum crucis uiderint, territi fugiunt, timentes baculum quo plagam acceperunt. Secundo munitum uulnerauit, quia est gladius & ensis Dei, ꝙ autem sit gladius dicit Origenes. Tanta est virtus crucis,ut si in mente fideliter habeatur,nulla libido,nulla peccati macula poterit præualere, sed continuo ad memoriā eius totius peccati & mortis fugit exercitus,nullus dæmonum prope stare poterit,uidés gladiū in quo deiectus est. Chrys. Diabolus timet crucē quasi ensem,in quo læthale uulnus accepit. Tertio securum terruit,& expoliauit,quia est uexillum Dei: Solent nanque aduersarij ad uisionem uexilli regis fugere,& spolia dimittere Sic & dæmones ad uexilli uisionē crucis territi fugerunt, & sanctos q erāt in limbo dimiserunt, Super montem caliginosum.i. super diabolum,leuate signum crucis, & ingredientur portas, s ciuitatis supernæ duces.i. sancti patres, se & alios discrete ducētes. Istā triplicē uirtutē crucis quā habuit in inferno cōtra dęmones tangit Isa.li. dicēs, Nunq̄d nō tu pcussisti supbū? ecce qa pcussit robustū, baculo Dei uulnerasti draconem, ecce qa uulnerauit munitū gladio & ense Dei, q posuisti ꝓfundū maris uiā ut trāsirēt liberati.i. sc̄ti Pr̄es ex limbo educti,ecce quia ipse Xp̄s uirtute ipsius crucis spoliauit securū.

Sap. 14.

Luc. 11. per crucem diaboli à Christo uictus.

Esa. 30.

Esa. 13.

Sermo ccxli. De eodem sermo ij Tantum in cruce gloriandum, in qua cruce, & quare, insinuatur.

Gal. 6. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Hæc scribit apostolus tanquā dicat. Quidā gloriantur in affluentia diuitiarum. In multitudine diuitiarum suarum gloriantur, quidā
Psal. in seculari potētia. Gloriabatᷣ quasi potēs in potentia
Iudit. 1. sua, quidam in religione simulata. Volunt uos circun
Gal. 6. cidi ut in carne uestra glorientur, sed reuera mihi absit gloriari nisi in cruce dominica. In præmissis autē uerbis, apostolus tria facit. Primo ostendit ꝙ in cruce est solummō gloriandum cum dr̄: Mihi absit gloria-
In cruce quare gloriandum. ri nisi in cruce dn̄i nr̄i Iesu Christi. In qua quidē gloriari debemus ꝑꝑ suā dignitatē & nostrā utilitatem. Eius autē dignitas ostenditᷣ, quia in passione fuit imperiale soliū. Vidi dn̄m sedentē sup solium &c. Fuit
Esa. 6. nāq; illud soliū excelsum, quia Christus ꝑ crucē cęli excelsa cōscēdit. Fuit eleuatū, q̄a oīa ad se traxit. Fuit plena oīs terra maiestate eius, quia totam ecclesiā gr̄a suæ benedictionis impleuit. In inuentione crux fa-
Ibid. ctum est ecclesiæ triumphale uexillum. Leuabit dn̄s signū in nationibus, & cōgregabit ꝓfugos Israel &c. In exultatione factum est ecclesiæ uictoriale signum.
Ibid. 13. Super mōtem caliginosum, i. super dęmonem leuate signum &c. In iudicio extremo erit in regale sce-
Hest. 15 ptrum, ꝑ qđ Xp̄s bonos reget clementer. Accede & tā ge sceptrum, malos autē reget inflexibiliter p̄s. Reges eos in uirga ferrea. Secundo debemus gloriari in ea ꝑꝑ nr̄am utilitatem, quia in ipsa inuenitur oīs gloria
2. Cor. 1 nr̄a, s interior q̄ est in cōscientiæ puritate. Gloria nr̄a
Hæb. 2. hæc est testimonium cōscientiæ nostrę, q̄a consciam
Cor. 12. mundat. Sanguis Xp̄i emundabit cōscientias nostras ab operibus mortuis. Exterior q̄ est in tribulatione & infirmitate. Libēter n. gloriabor ī infirmitatib. meis, ut inhabitet in me uirtus Xp̄i, i. crux q̄ ipsas tribulationes dulcorat, hoc significatū est in ligno qđ aquas

amaras dulcorauit. Superior q̃ cōsistit in supnorũ reue Exo. 15.
latione. Pro hmõi, s. reuelationibus gloriabor, quia ar 2. Cori.
cana reuelat. hoc signatum est in uelo templi scisso. 12.
Quia ea q̃ fuerant uelata, per Christi passionẽ sunt re- Mat. 27.
pleta & manifestata. Inferior quæ cōsistit in proximo
rum profectu & amore. Vos estis gloria nostra & gau 1. Thc. 2
diũ, qa charitatem inflammant. In hoc cognouimus 1. Cor. 3
charitatẽ Dei, qa ille ꝓ nobis aĩam suã posuit, & nos
dẽmus pro fratribus nostris animas nostras ponere. Sẽ
cũdo oñdit in qua cruce sit gloriãdũ cũ dicit. Dñi nr̃i
Iesu Xp̃i. Est nanq; crux latronis a sinistris, & crux la-
tronis a dextris. crux Petri, & crux Chr̃i. Sunt. n. q̃ cru
cẽ afflictionis portãt damnabiliter, sicut desperantes.
Et isti sunt in cruce latronis a sinistris. Duplici contri Hie. 17
tione cōtere eos dñe Deus noster. Sunt qui portãt pa-
tienter, sicut pœnitentes. Et isti sunt in cruce latronis Iac. 5.
a dextris. Patientes estote usque ad aduentum dñi &c.
Sũt qui portant libẽter sicut proficiẽtes. Et isti sunt in
cruce Petri. Libẽter gloriabor ĩ infirmitatib. meis &c. 2. Cori.
Sunt q̃ portãt gaudenter, sicut faciũt perfecti. Isti sunt 12.
in cruce Christi. Ibãt apostoli gaudentes a conspectu Act. 5.
concilij &c. Tertio nanque ipse apostolus ponit cãm
ex qua sit gloriãdum cum dr̃: Per quem mihi mundus
crucifixus est, & ego mundo. Vbi notandum est, ꝙ si si Notan-
mul sint duo uiui, mutuo se uidẽt. Si uero unus est ui- dum.
uus, & alius est mortuus, uiuus bñ mortuum uidet, sed
mortuus uidere nõ põt uiuũ Sed cũ ambo sũt mortui,
neuter alterũ uidere põt, Hõ igit̃ & mũdus sunt qua
si duo in simul cōstituti. Tũc aũt ambo uiuunt, qñ hõ
mundum diligit, & mundus hoĩem fauoribus & ꝓspe
ritatibus comitatur. De talibus dr̃: Ipsi de mũdo sunt, Ioan. 4.
iõ de mundo loquuntur & mundus eos audit. Aliqñ
uero mundus mortuus est homini, sed tñ adhuc ho-
mo uiuit mundo quando, s. mundus hominẽ prosperi
tatibus non prosequitur, tamen ab hoĩe per amorem
retinetur. Grego. Ecce iam mundus in seipso aruit, &
adhuc in cordibus nostris floret. Aliquando econ-

uerso homo mortuus est mundo; sed tñ mundus adhuc uiuit homini qñ homo.s. mundum mente fugit, & tñ mundus ipsum occupationibus astringit. Greg. Plerunque cōtingit ut hō mundum mente nō teneat. sed tñ mundus hoīem occupationibus astringit. Ipse tunc muudo mortuus, sed ei mundus mortuus nō est. Quandoque uero mundus hoī mortuus est, & homo mortuus est mundo, quando.s. homo mundum non diligit, & ipse mundus hoīem fauoribus nō extollit. talis erat apostolus cum dixit: Mihi mundus crucifixus est. & ego mundo &c. Gre. Cum quis in amore mundū nō retinet, nec rursus ab amore mundi retinetur, uicissim sibi utrique extincti sunt, quia dum alter alterum non appetit, quasi mortuus mortuum non attendit.

Sermo cclxij De eodem Sermo iij De genere passionis Christi: Deque triumpho eius exaltationis.

Phil. 2. CHristus factus est ꝑ nobis obediēs vsq; ad mortē, mortē aūt crucis. Quia ut inqt philosophus opposita iuxta se posita magis elucescunt, iō apostolus ponit Christi humilitatem. Est.n. quædā gēma praefulgida ipsa humilitas in honore, & honor in humilitate. In præmissis ergo uerbis duo tāguntur.s. genus passiōis, cū dr̄ mortē aūt crucis, & triūphus exaltationis, cum subditur, ꝑꝑ qđ Deus exaltauit illū &c. Circa primū notandū est ꝙ cōueniēs fuit ꝙ Xp̄s mortē crucis sustineret, & hoc quintuplici rōne. Primo ut nullū genus mortis sanctis timendū esse doceret. Est n. quoddam genus mortis qđ est ualde dolorosum, & non ignominiosum, sicut decapitatio, quoddā econuerso, sicut patibuli suspēsio, quoddā est dolorosum & ignominiosū, sicut crucifixio q̄ est ignominiosa, quia erat suppliciū latronū, est dolorosa, q̄a fit in locis neruosis in quibus maior dolor sentitur. Voluit igitur hoc genus mortis sustinere, ut doceret nullum genus mortis Christi fidelib esse timendum, quantūcunq; fuerit dolorosum, ignominiosum, uel utroque mō esse uideretur.

Crucis mortē quare Christ⁹ sustinere uoluerit.

ret.Scdo vt mala Adę restitueret. Adā.n.ad lignū manū extēdens quatuor peccata cōmisit. s.peccatū auaritiæ in eo ꝙ immoderatā scientiā appetiuit: Superbię in eo ꝙ Dei ęqualitatē cōcupiuit. Inobediētię, in eo ꝙ Dei præcepta cōtempsit. Gulæ in hoc ꝙ vetitū pomū māducauit. Iō Chr̄s manum in ligno extēdens satisfecit per liberalitatē, ꝑ humilitatē, ꝑ obedientiā, & per asperitatē. Nō rapinā arbitratus est esse se ęqualē Deo, ecce quanta liberalitas, diuinitatem.n.nō auare rapuit, sed liberaliter eā nobis impendit. Formā serui accipiens, ecce quāta humilitas. Factus obediēs vsq; ad mortem, ecce quāta obedientia. Mortē aūt crucis, ecce quā dura & amara pęna. Tertio vt elementa scti ficaret & mundaret. Sāctificauerat.n.Chr̄s terrā super eā longo tpe ambulādo. Aquā se in ea baptizari faciēdo, & super mare gradiēdo. Ignē sanctificaturus erat, spm̄ sctm̄ in spē ignis transmittendo. Nō restabat nisi vt sctificaret aerē nō sub tecto; sed in aere moriendo. Quarto vt ascensum in cęlū nobis ꝑpararet. Hō qdē ceciderat sed ad cęlū resurgere nō valebat. qa Deo satisfacere nō poterat. Hō n. satisfacere debebat, sed nō poterat Angelus vero satisfacere nō debebat nec poterat: Deus purus poterat, sed nō debebat, ideo factus est Deus homo, vt posset inquantum Deus, & deberet, inquantū hō. Sed si iste mediator semper stetisset in cœlo, nimis fuisset in loco alto, si sp in terra, nimis in loco infimo, iō in loco medio, id est in aere se ponere volebat. vt hominem, q in terra erat assumeret, & vsque ad cęlum exaltaret. Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me. Quinto vt vniuersalē saluationem ostenderet. Erat nanque Deus reconciliandus, infernus cōculcandus, populus gentilis attrahendus, & populus iudęornm reprobandus. Ideo per mortē crucis voluit mori vt per caput sursum Deum reconciliaret, per pedes deorsum inferos conculcaret, per manū dexteram ad aquilonē extensam, gentes in frigore infidelitatis positas attraheret, & per manum sinistrā ad

Phil. 2.

Ioā. 12.

austrū expāsam populum iudæorum in quibus aliquā do calor fidei vigere consueuerat reprobaret. Secūdo ponit̃ triumphus exaltationis. Et ista exaltatio attēdi potest quantum ad crucem, & quantum ad illum q̃ pependit in cruce. Crux siquidē exaltata est in cęlo, q̃a ianuam cęlestē reserauit. Hæc significatū est Hester 4. Quia cū nullus palatiū regis intrare ausus esset, virga regis aurea ipsum introduxit. In inferno, q̃a ipsū
Gen. 32. spoliauit. In baculo meo transiui Iordanē istū, & nūc cū duabus turmis regredior. Duæ turmæ fuerunt oēs sancti, q̃ fuerunt ante legē, & sub lege, vel vna turma fuit angelorū, & alia hoīum. Exaltata est etiā in mundo, & hoc, tripliciter. Primo, q̃a ponit̃ in locis eminētibus ecclesiarū. Habemus eteīn memoriale passionis vnū in visu, q̄ est passio Chr̄i in imaginibus figurata. Aliud in auditu, q̄ est ipsa passio Chr̄i prędicata. Tertium in gustu, q̄ est Chr̄i passio in sacramento altaris tam signanter expressa. Scd̃o imprimitur in frontibus
Exo. 12. fidelium. Hoc significatum est. Vbi sāguis agni iubet̃ poni in supliminari, & in vtroq; poste. Superliminare est frons, sed duo postes sunt corpus & cor. Debet autē memoria crucifixi esse in frōte p̄ impressionē, in corpore p̄ mortificationē, & in corde p̄ frequentem recordationem Tertio per miraculorum operationē prout patet in inuentione & exaltatione crucis, vbi p̄ virtutem sanctæ crucis multa miracula sūt ostensa. Exaltabitur autem in iudicio, q̃a supra solis radium tunc lucebit. Chry Sol obscurabitur, & luna nō dabit lumen suū, vt discas, quoniā crux est luna lucidior, & sole erit clarior. Secundo ista exaltatio attendit̃ quantum ad illum, qui in cruce pependit. Qui quidē descē derat & se humiliauerat quantum ad quatuor, scilicet quātū ad mortis suppliciū, cuius debitor ipse nō erat, q̄tum ad locum, q̃a corpus positū fuit in sepulchro, & eius anima fuit posita in limbo, cū vtrunq; debuisset esse in cœlo, quantum ad multiplex obbrobriū quod a iudæis sępius audiuit, cum tamen laudes & gratiarū

actiones potius audire debuisset, quantũ ad humanæ potestatis subiectionem, q a traditus est humanę pote stati cum ipse in manu hēret omniũ potestates. Quia igitur Christus sic descenderat, ideo per crucē meruit exaltari. Primo quãtum ad gloriosam resurrectionē, vt, qui se humiliauerat vsque ad suppliciũ mortis glo riam indueret gloriosæ resurrectionis Secũdo quãtũ ad mirabilē ascensionem, vt qui se humiliauerat vsq; ad sepulchrũ, & ad limbum, exaltaretur vsq; ad cęlũ. Tertio quantũ ad paternæ dexteræ sessionem, vt q̃ de scenderat vsq; ad obbrobria exprobrantiũ, exaltaret vsque ad dexteræ paternæ fastigiũ. Quarto quãtũ ad iudiciariã ptãtem, vt q humanæ potestati fuerat subie ctus, & iniuste iudicatus, omnium iudex sit effectus. Exaltatio Xpi.

Sermo cclxiij. De eodem sermo primus. Crucis sublimitas, passionisque vtilitas præmonstratur.

SI exaltatus fuero a terra oĩa traham ad meipsum. In his verbis duo tanguntur. Primũ est sublimitas crucis, cum dicitur: Si exaltatus fuero a terra. Secundũ est vtilitas passionis, cum subditur, oĩa traham ad meipsum. Circa primum est notandum, ꝙ ipsa crux fuit multipliciter exaltata. Primum vt esset ecclesiæ candelabrum. Nemo accendit lucernam. Chry. Lucer na vniuersalis est ecclesia, candelabrum crucis est lignum, lucerna diuina sapientia incarnata. Lucerna igit̃ in candelabro exñs Christus est pendens in cruce. Secundo vt esset nauis ecclesiæ. Chry. Nauigat ecclesia instructa fidei gubernaculo, felici cursu per huius seculi mare habens Deũ gubernatorem, angelos remiges, portus choros oĩum sãctorũ, erecta ĩ medio ipsa salutari arbore crucis, in qua euãgelicę fidei vela suspēdēs, spũ sancto flante, ad portum paradisi deducitur. Tertio vt esset soliũ iudicis. Leo papa O admirabilis potẽtia crucis, o ĩeffabilis gl̃ia passionis, ĩ qua & tribunal dñi & iudiciũ mũdi & ptãs est crucifixi. Isto aũt solio

Ioãn. 12. Crux multipliciter exaltata. Luc. 11.

ſolio Chriſtus iudicia ſua exercuit, & ius ſuum oĩbus dedit. Amb. Auctor humani gñis in cruce exiſtẽs, pie tatis officia diuidebat, perſecutionem apoſtolis, pacẽ diſcipulis, corpus iudæis, patri ſpiritum, uirgini para nymphum, latroni paradiſum, peccatoribus infernũ, Chriſtianis pęnitentibus crucem cõmẽdauit. Quarto ut eſſet cathedra magiſtralis. Augu. Lignum in quo fi xa fuerunt membra morientis, ẽt cathedra fuit Chriſti docentis. Docuit autem ibi tres lectiones q̃ ſignificantur per titulum ibi poſitum. Docet.n. peccatores ꝙ ſperent & firmiter confidant ꝑ crucẽ ſaluari. Iõ dr̃: Ieſus.i. ſaluator. Docet bonos vt ꝑ crucẽ ſperent uirtutibus adornari. iõ dr̃: Nazarenus.i. floridus. Docet beatos ut per crucẽ ſciant ſe in cęleſtibus coronari. iõ dr̃ Rex iudæorum. Secũdo ponitur utilitas ſiue efficacia

Notandum. paſſionis, cum dr̃, oĩa trahã ad meipſum. Iſta aũt tractio tribus modis p̃t intelligi. Primo vt dicat̃ nos trahere ꝑ multiplicẽ efficaciam ſuæ virtutis. Sunt nanq; quatuor q̃ cõiter attrahere dñr. ſ. ſimile, uacuũ, calidũ, & quædã naturales proprietates rerũ. Chriſtus autem

Heb. 2. nos attrahit per ſimile nr̃æ mortalitatis. Debuit autẽ

2. Cor. 8 per oĩa fratribus aſſimilari &c. Per uacuum ſuæ paupertatis. Scitis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, q̃m

Io. 15. pp nos egenus factus eſt &c. Per calidum charitatis. Maiorem hac dilectionem nemo hẽt &c. Per propriũ pietatis, q͞a ei eſt proprium ſemper miſereri & parcere. Sicut enim adamas naturaliter attrahit ferrum, ſic & Chriſti pietas ad ſe trahit oẽ cor durum. Secundo ut ipſe dicat̃ nos trahere per diſpoſitionem ſui corporis in cruce exiſtentis. Et hoc quadrupliciter ſm Ber. ſcilicet per capitis inclinationem, ſicut unus amicus

Cant. 8. attrahit alium, ut det ſibi oſculũ. Quis mihi det te fratrem meum &c. Per brachiorum apertionem, ſicut mater attrahit filium. Nunquid mulier obliuiſci poteſt infantem ſuum &c. Per manuum perforationem, ſicut liberalis attrahit egenum. Chriſtus nanque manus perforatas habuit, quia nihil ſibi retinuit, ſed animam

mam dedit patri, corpus Ioseph, ecclesiam Petro, matrem Ioanni paradisum latroni, & uestes crucifixori. Per lateris apertionē. sicut foramen attrahit ad se columbā ad abscondendum. Surge propera amica mea, & ueni in foraminibus petrę, in cauerna macerię. Tertio ut dicatur nos trahere per efficaciā sui sanguinis. Circa quod notandum ꝙ homo erat a Deo elōgatus, frigore nimio repletus, amaricatus in carceribus, & induratus. Sanguis autem Christi habet uirtutem reuocatiuam per quam reuocat elongatos. Sicut enim illi, qui reuocant aues arborem ascendunt, & ad ipsam sibilant. Sic & Christus arborē crucis ascendens reclamauit uerbis. Pater ignosce illis. Clamauit etiam lachrymis. Cum clamore ualido & lachrymis offerens exauditus est. Clamauit etiam sanguine. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. O uos omnes, qui transitis per uiam &c. Secundo habet uirtutē calefactiuam per quā calefacit frigidos, hoc significatum est. Vbi dicitur ꝙ elephantis ostendebant sanguinē vuæ & mori ad inflammandū eos ad prælium. Fructus mori ſm Ambrosi. primo est albus, postea est rubeus, postea est niger. Sic Christus primo fuit albus, id est innocēs & purus in tota sua conuersatione, rubeus in cruce, & niger in morte. Tertio habuit uirtutem dulcoratiuam per quam dulcorabat amaricatos, hoc significatum est, Vbi dicitur, ꝙ lignum in aquas amaras immissum, eas dulcorauit, quia memoria crucis omnes tribulationes in dulcedinem cōuertit. Bernard. Tua dulcedo Stephano lapides torrentes dulcorauit, craticulā Laurentio dulcem fecit, pro tua dulcedine ibāt apostoli gaudētes a conspectu concilij &c. Dicitur ꝙ si uas cerę nouæ uiridisque clausum ponatur in aqua, aqua quæ per poros ingreditur dulcis efficitur: Istud uas ceræ nouæ clausum fuit corpus Christi quod & fuit cereum, scilicet de ape, id est uirgine natus, & nouum, quia nulla uetustate infectū, & clausum, quia nulli tentationi peruium. Fori autem eius sunt

Can. 2.

Sangui nis chri sti efficacia.

Luc. 24

Heb. 5.

Thre. 1.

1. Mach. 6.

Exo. 15

sunt vulnera in quæ si tribulationes immittuntur in dulcedinem conuertuntur. Grego. Si Christi passio ad memoriam reducitur, nihil aueo durum quod non æquoanimo toleretur. Quarto habet uirtutem reseratiuam, per quam eduxit incarceratos in limbo positos.
Zach. 9. Tu quoque in sanguine testĩ tui emisisti uinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. Vnde in historijs legit̃ ꝙ Salomon habebat structionem hñtem pullum, quẽ cum in cauea uitrea inclusisset, & pater illum hr̃e non posset, uermem de deserto attulit, de cuius sanguine vitrum liniuit, & protinus cõfractum fuit. Ista cauea est infernalis cauerna; in qua inclusus erat pullus. i. oĩum sanctorum cętus. Sed uenit uermiculus. i. Chri-
Psal. 21. stus, qui dixit. Ego sum uermis & non hõ &c. Et cum
Ps. 106. sanguine suo infernum fregit, & sanctos qui ibi erant
Ose. 14. eduxit. Contriuit por. ær. &c. Ero mors tua &c. Dr̃ aũt Christus uermis, quia uermis gñatur ex humore terræ virtute caloris solaris. Et sicut uermis patrem hẽt in cęlis & matrem in terris, sic Christus hẽt in cœlis patrem suum sine matre, in terris matrẽ sine patre. Quinto hẽt virtutẽ mollificatiuã p̃ q̃ emollit: & frãgit ĩdu
Nu. 20. ratos. Vñ dr̃: Qđ Moyses virga bis silicẽ pcussit, & inde aquæ largissimæ emanauerũt, quia multi, qui saxei videbantur, sæpe ad memoriam crucis dominicæ ad lachrymas commouentur. Saxum qñque frangitur ferro, aliqñ igne supposito. Est ẽt quoddam genus lapidis, quod adamas dr̃, qui tãtum frangitur sanguine hircino. Sunt ergo quidã, qui ad pnĩam frãguntur timore diuinæ potentiæ, isti franguntur ferro. Quidã amore diuinæ gratiæ, isti franguntur igne. Quidam recordatione passionis dominicæ, isti frangunt̃ sanguine.

Sermo ccxliiij De Sancto Matthæo Apostolo. Sermo j. De eius laudibus.

Esa. 4. HYerusalem euangelistam dabo. Ad hoc ꝙ aliqđ donum sit gratũ tria requirũtur. Vnum ex parte dantis, ꝙ scilicet det liberaliter. Secundum ex parte

illius cui fit donatio, scilicet ꝙ sit dignus ipsum recipere. Tertium ex parte ipsius doni, quòd sit pretiosum & utile. Ista tria tanguntur in uerbis præmissis. Primo ex parte Dei tangitur magna liberalitas cum dicitur, dabo. Siquis uestrum indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnibus affluenter. Deus enim tria operą fecit in quibus ualde liberalis fuit. Primum fuit opus creationis, in quo tam liberalis extitit, ꝙ cęlum & terram, solem & lunam, stellas, & omnia astra cęli creauit ut mireris & diligas creatorē eorum, & ne errore deceptus, adores ea quę creauit dn̄s Deus tuus in ministerium cunctis gentibus. Secundum est opus redemptionis ubi fuit liberalior. Apud dominum mīa & copiosa apud eum redemptio. Bernardus. Vere copiosa, quia non gutta sanguinis, sed unda fluminis largiter per quinque partes corporis emanauit. Tertium est opus glorificationis ubi est liberalissimus. Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit &c. Secundo notatur ex parte illius cui fit donatio magna dignitas, cum dicitur, Hierusalem. Per Hierusalem quæ interpretatur uisio pacis, ecclesia intelligitur. Dicit autem Augus. in li. de ordine. Videbit Deum qui bene uiuit, bene orat, & bene studet. Ista autem uisio potest intelligi uel in præsenti, uel in futuro. In præsenti quidē Deus cognoscitur in diuinis mandatis, & hoc est, qđ dicit, uidebit Deum qui bene uiuit. A mandatis tuis intellexi. In orationibus deuotis unde subditur, qui bene orat. Cum ignoremus quid agere debemus, hoc solum residuum habemus, ut oculos nr̄os dirigamus ad te. In diuinis scripturis, unde subditur, qui bene studet. Lucerna pedibus meis uerbum tuum &c. Vel potest intelligi de uisione quæ erit in patria ex qua causabitur in homine summa dilectio ex eo, quòd bene uixit, perfecta fruitio ex eo, quòd bene orauit, perfecta cognitio ex eo, quod bene studuit. Isa. 60. Tunc uidebis, ecce cognitio. Et afflues, ecce fruitio. Et

[Margin: Iac. 1. — Tria Dei facta. — Psa. 129 — 1. Cor. 2 — Notandum. — Psa. 118. — 2. Par. 20. — Psa. 118]

mira-

mirabit & dilatabitur cor tuum, ecce dilectio. Beatus igitur Matthæus bñ uixit, qa uixit obedienter quoad Deum, quia statim ut Christus eum uocauit sibi obediuit. Sinceriter quoad seipsum, quia nihil terrenũ possidere uoluit, sed oĩa dereliquit. Patienter quoad malos, quia cum murmurarent, ꝙ Christus ad peccatorẽ diuertisset, ipse nullum impatienter uerbum dixit. Humiliter quo ad bonos, publicanum humiliter se
Act. 1. appellans. Ip se etiam bene orauit. Hi oẽs erant perseuerantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu. Eius.n. oratio fuit charitatiua, ideo dr̃ unanimiter, fuit perseuerantissima, idcirco dr̃, perseuerantes, attentissima, quia orabat cum matre grẽ, & efficacissima, quia orauit cum matre mĩæ. Ipse etiã bene studuit & in tantum profecit ꝙ librum plenum diuina gratia compilauit. Et, quia sic bene uixit, bene orauit & bene studuit. Ideo modo accipere promeruit perfectam dilectionem ratione uitæ sanctæ, fruitionem ratione orationis deuotæ, & cognitionem ratione studij & diuinæ sapientiæ. Tertio ex parte doni notatur magna dignitas & præciositas. Ista autem preciositas attenditur ex parte illius qui scripsit & ex parte euangelij, quod scripsit. Ille.n. qui scripsit.s. Matthæus fuit in forma hominis præfiguratus a Christo immediate edoctus, & a uirgine gloriosa in specialẽ familiaritatem assumptus. Fuit enim pręfiguratus in specie hominis, quia homo est animal rationale mor
Ioan. 4. tale. Ante uero incarnationem Deus erat spiritus. Spiritus est Deus, sed nostram mortalitatem suscipiens factus est animal rationale mortale; quod fuerit animal apparuit in incarnatione, ꝙ fuerit rationalis, apparuit in prædicatione, ꝙ fuerit mortalis, apparuit in passione. Matthęus autem in principio sui euangelij ostendit Christi incarnationem, in medio p̃dicationem, & in fine passionem. Secundo B. Matthęus fuit
Ioã. 5. per Christum immediate edoctus. Omnia quæcunq; audiui a patre meo nota feci uobis, q & omnia mira-

cula

cula Christi uidit.Et,quia euãgelistę sunt testes Christi,& testimonium aliqñ fertur de uisu, aliqñ de auditu. Iõ Christus duos testes de visu hrē voluit,s.Matthęum & Ioannem, & duos testes hrē voluit de auditu.s.Marcum & Lucam.Tertio B.Matthęus fuit à virgine Maria in specialem familiaritatem assumptus. Fuit.n.B.Virginis notarius, quia suam genealogiam descripsit. Secretarius,quia multa maxime in principio posuit quæ non nisi ab ipsa scire potuit Cubicularius,quia eius cubiculum immaculatum fuisse docuit dicens:Antequam conuenirent,inuenta est in utero habens de spiritu sancto.Euangeliũ etiam quod scripsit fuit valde sublime & preciosum, quod patet ex tribus.Primo,quia fuit à B.Marco abbreuiatum.Ioãnes non habuit abbreuiatorem, quia agit de Christi diuinitate, quæ abbreuiari non potest. Lucas ẽt non habuit nec Marcus. Matthæus uero habuit. cuius rõnem assignat Augu. dicens Matthæus scripsisse legit́ incarnationem dñi ẜm stirpem regiam. Lucas uero ẜm sacerdotalem. Et ideo Lucas nõ habuit abbreuiatorem.Matthæus autem habuit quia regis est non esse sine comitum obsequio,sacerdos autem in sancta sanctorum solus intrabat. Secundo,quia fuit à Barnaba in magna reuerentia habitum, qui ipsum euãgelium secum portabat,& super infirmos ponebat, & secum in sepulchro poni mandauit.Ideo autem secum portabat,ut ab omnibus malis protegeret́,ideo super infirmos ponebat,ut sanarentur,& idcirco secũ sepeliri uoluit,ut securius moreretur. Tertio fuit ab ecclesia ualde approbatum. Ecclesia.n.ualde frequenter rècitare solet euangelia Matthæi,epistolas Pauli,& Dauid psalmos,ne aliquis desperet quocunq; gñe peccati peccet. Omne.n. peccatum aut committitur ex infirmitate humana, & isto mõ peccauit Matthæus: pecunias.n. augere procedit ex humana infirmitate. Aut ex ignorãtia,& isto modo peccauit Paulus. Ignorans feci in incredulitate. Aut ex malitia & isto modo

Matt. 1.

Eius Euãgelij sublimitas.

Pc̃tũm qũo cõmittat́.

1.Thi.1

do

do peccauit Dauid, qui homicidium & adulteriũ ꝑpetrauit. Omne etiam peccatum, aut est in Deum sicut peccatũ perfidiæ & isto modo peccauit Paulus. Aut est in proximum sicut homicidium, & isto modo peccauit Dauid. Aut in seipsum sicut cupiditas rerũ, & isto modo peccauit Matthæus. Oẽ ẽt peccatũ, aut procedit ex calore concupiscentiæ, & isto modo peccauit Dauid, qui adulterium cõmisit, aut ex auaritia, & isto modo peccauit Matthæus, qui fuit auaritiam secutus, aut ex superbia, & isto modo peccauit Paulus qui superbe in sanctos persecutionem exercuit.

Sermo ccxlv De eodem sermo secundus. Quomodo opus Euang egerit.

2. Thi. 4 OPus fac euangelistæ. Opus euangelistæ, est euangelium prædicare. Vel scribere, Vel ſm euangelium uiuere, isto triplici modo B. Matthæus opus euangelistæ fecit. Primo, quia euangelium ꝑdicauit. Prædicauit autem sapienter, quia sicut in legenda hr̃ omnia figmenta dæmonum deregebat. Diabolus nã que aliqñ suadet aperte malum, & tunc necessaria est resistentia. Aliqñ quod vr̃ bonum esse, & tunc necessaria est sapientia. Aliqñ illud quod uidetur esse perplexum, & tunc necessaria est discretio prouida. Suadebat diabolus aperte malum, qñ magi uolebant se facere adorari, & ideo duos dracones ignem spirantes miserunt. Sed illud vicit per resistentiam, quia cõstanter restitit, & signo crucis dracones fugauit. Deinde suasit diabolus apparens bonum, sicut quando sacerdotes idolorum sibi voluerunt sacrificare. Sed illud vicit per sapientiam, quia sapienter docuit soli Deo esse sacrificandum, & omnia quæ attulerant respuit, & inde ecclesias ædificari ꝑcepit. Deinde diabolus suasit illud quod uidebatur perplexũ. s. aut Epigeniam regi in uxorem dare, aut mortem subire, malum nanq; erat, si apostolus occideretur, & tñ peius

erat

erat, si uirgo Dei uiolaretur. Sed istud uicit p discretionem prouidam, quia elegit ut fieret minus malum, scilicet sui occisio, potius enim optabat seipsum occidi, quã ut maius malũ cõmitteret.s. virginis uiolatio. Secundo prædicauit fideliter, quia honorem dñi sui sibi noluit usurpare, nec sacrificium quod uolebãt impendere recipere. Prędicator nanq; licet multos conuertat, hoc tñ non sibi, sed diuinæ uirtuti debet ascribere. Non enim dat uirtutẽ gradiendi ille, qui cum lucerna præcedit, nec uitã comedenti, ille qui cibum administrat, nec cãpana uirtutem orandi quæ ad ecclesiã uocat; nec tuba uirtutẽ præliandi, quę ad ꝓlium incitat & inuitat. Sic prędicator põt exterius iuuare ut aliquis per uiã salutis incedat, ut uita gratiæ uiuat, ut deuotionem acquirat, ut diabolo fortiter resistat, sed nisi Deus interius operetur, non ualet ad ista. Tertio ꝑdicauit constanter, quia nec promissis potuit emolliri, cũ rex dimidium regni sui sibi dare ꝓmitteret, nec minis deterreri, nec supplicijs superare, sed missã deuote ꝑficiens mortẽ accepit. Secundo fecit opus euangelistæ, quia euãgeliũ scripsit. Sic ipse fuit apostolus, euangelista, & martyr, ita ꝙ in nullo alio tres ꝑrogatiuæ simul inueniũtur. Petrus.n. erat apostolus & martyr, sed non euangelista. Ioannes fuit apostolus & euãgelista, sed nõ fuit martyr. Stephanus fuit martyr, sed non fuit apostolus nec euangelista. Matthęus aũt fuit apostolus, & quantũ ad hoc factus est iudex mũdi. Cũ sederit filius hominis &c. Erit autem iudex nõ sententiam ferendo, sed iudici assistendo. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatoribus terræ. Vel iudicis sententiam subscribendo. Vt faciãt in eis iudicium conscriptum, uel iudicis sententiam cõmendando. Laus & gloria & uirtus Deo nostro &c. uel malos ex vitæ merito condemnando. Incedebant mali contra bonos &c. Secundo fuit euãgelista, & quantum ad hoc fuit notarius Christi. Omnis scriba doctus in regno cœlorum &c. Iste nanque scriba in euangelio po

Notandum.

Mat. 11

Pro. vlt.

Ps. 148.

Apo. 19.

Pro. 14.

Mat. 14

fuit noua, ideſt noua Chriſti documenta, poſuit & uetera, ideſt ueterum prophetarum documenta, & teſtimonia, cui etiam poteſt cõuenire illud, quod legitur:
Leui. 26 Comedetis uetuſtiſſima ueterum, & uetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Ipſe enim comedit, i. in ſuo euangelio incorporauit uetuſtiſſima, i. Dei mandata in corde hominis ab ipſa ſua prima creatione cõſcripta, & noua, i. Chriſti præcepta de nouo promulgata. Abiecit autem uetera, ideſt cerimonialia, oſtendens omnia eſſe completa. Tertio fuit martyr Dei, & quantum ad hoc fuit teſtis eius, quia martyr teſtis uocatur. Iſte autem fidem teſtificatus eſt, & corde ueraciter eam tenendo, & ore feruenter prædicando, & opere eam operibus comprobãdo, & ſanguine ꝓ ipſa moriendo. Tertio fecit opus euangeliſtæ, quia ſ᷑m euangelium uixit. Et hoc reſpectu Dei, & proximi, & ſui.
Quõ ſecũdum Euãge. uixit. Reſpectu Dei, quia ſecutus eſt ipſum greſſũ corporis, affectu mentis, & effectu operis. Ambro. Sequebatur Matthæus Chriſtum lætus & alacer. Ecce greſſus corporis & exultauit dicens: Iam nõ publicanum gero, iam non porto leui, ecce mutatio affectus mentis. Exui leui poſtquam Chriſtum indui, ecce mutatio operis. Vixit ſecundum euangeliũ reſpectu proximi, quia pauperes paſcebat, & Chriſto & diſcipulis cõuiuium faciebat, non tm̃ corporale, ſed maxime ſpirituale. Fecit inquit leui ei cõuiuium magnũ in domo ſua. Vere magnum, quia talis cibus ſpiritualis delectat aĩum. Gloſa ibidẽ: Qui domicilio recipit interno maximus exuberãtium delectationibus uoluptatũ paſcit Chriſtum. Greg. Apud phariſęum ueritas paſcebatur foris, apud mulierẽ pœnitentem paſcitur intus. Potat angelum Bernar. Lachrymę pęnitentum ſunt uinum ange
Pſal. 75 lorũ Fecit Deo magnũ feſtum. Reliquię cogitationis
Luc. 15. diem feſtum agẽt tibi. Et angelis magnũ gaudium facit. Gaudium erit angelis in cęlo ſuper uno peccatore pęnitentiam agente. Vixit etiam ſecundũ euangelium reſpectu ſui, quia & patiens fuit, & cito uitã mutauit.

tauit. Patiens.n.fuit,quia iudæi dicebant ipsum esse peccatorē,qui erat iustificatus, dicebant eum esse publi canū,q erat mundatus,& præsentia Xp̄i indignū, q iam dignus erat effectus.Sed ad ista in nullo fuit cō motus, nec in aīa nec in aliqua turbatione,nec in signo ex aliqua uultus ostensione,nec in ore ex aliquo impatienti sermone,nec ex facto ex aliquo iniurioso opere. Vitā suā ēt cito mutauit,qa ad unam Xp̄i uocē obediuit. Quidā nanq; cōuertunt ad unā uocē Dei, .s.ad interiorē inspirationē. Alij uero nō nisi habeant duas.s. inspirationē & exteriorē exhortationem.Alij nō nisi cū illis duabus habeāt tertiā,s.diuitiarū cumu lationē. Alij uero nō nisi cū illis trib. habeāt quartā. s flagellationē,& tunc flagellati ad Deū currūt.Multiplicatæ sūt infirmitates eorū,postea accelerauerūt. Psal.15.

Sermo ccxlvi. De eodem sermo iij.Super Euangelium.

Relictis omnibus surgens secutus est eum. In isto euangelio ponitur duplex differentia infirmantium: quorum qdā infirmitatē recognoscebant. Alij recognoscere nolebāt. In horū medio medicus cōstitutus erat.Agit aūt in hoc euāgelio de trib. Primo,de infirmo.i. Matthęo sanato q suā īfirmitatē recognoscebat,cū dr̄:Relictis oīb.&c.Est autem tam uelociter ipsū secutus,nō ex animi leuitate,sed ex Dei uirtute. Nā sex de causis est ipsum secutus tā uelociter, quas Hiero ponit ī originali.Prima qa fuit uerbi Dei uirtuosa operatione cōuersus. Scđa qa Dei inspiratione afflatus.Istos duos modos tāgit cū dicit: Arguit Prophirius & Iulianus Augustus uel imperitiā historici mētiētis, uel stultitiā eorū q statim secuti sunt saluatorē, quasi irrationabiliter uocātē hoīem sint secuti. Habet.n.Christus duos supradictos modos uocandi, .s.per exteriorem,uerbi exhortationem. Viuus est sermo Dei.& efficax &c.Dedit uoci suæ uocem uirtutis, ideo uerbum Dei comparatur surculo arbori insito. Luc.5.

Quare Christ⁹ fuerit secutus.

Hæb. 4.

Psal.67.

Iaco. 1. Suscipite insitum uerbum &c. Sicut.n.surculus trahit totam arborem ad sui naturam, sic uerbum Dei trahit totum cor ad sui gratiā. Secūdo per internam inspirō
Psal. 84. nem. Audiam quid loquatur in me dn̄s &c. Ego sto ad
Apo. 3. ostium & pulso &c. Tertio miraculorum uisione permotus. Vnde subdit. Cum tantę uirtutes tantaque signa præcesserint, quæ apostolos uidisse antequā crederent dubium non est. Miracula nanq; hoīes sæpe
1. Cor. conuertunt, qn̄ rudes sunt. Sapiens uerò doctrina cōuertit, qn̄ dociles sunt Iudæi signa petunt, græci sapiē tiā quęrūt. Quarto splendore faciei illustratus. Vnde
1 Pet. 1. subdit. Certe fulgor & ipsa maiestas diuinitatis occul
Hest. 15 ta, q̄ etiam in humana facie nitebat. & primo ad se ui
Ps. 118. dentes trahere poterat aspectu, facies.n. Christi erat ualde speciosa ad uidendum. In quem desiderant angeli prospicere. Gratiosa ad diligendum. Facies tua plena est gratiarum Luminosa ad inuitandum. Illumina faciem tuam sup̄ seruum tuum. Non fuit ergo mirum si uisio faciei suæ tam faciliter attrahebat quę sic erat speciosa, sic gratiosa, sic luminosa. Quinto glo riosa maiestate abiectus, cum dr̄ & maiestas diuinitas que occulta. Bernard. Omnino propter mansuetudinem quæ in te prędicatur currimus post te domine Iesu, audientes ꝙ non spernis pauperem & peccatorem non horreas, non horruisti cōfitentem latronē, non lachrymantem peccatricem, non supplicantem Chananeam, non dep̄hensam in adulterio, nō seden tē in theloneo, non supplicantem publicanum, nō ne gantem discipulum, non persecutorem discipulorū, non ipsos crucifixores tuos. Sexto potenti uirtute attractus. Si.n. in magnete lapide hæc uirtus esse dicit̄, ut anulos & festucas sibi attrahat, quantomagis domi nus omniū creaturarum sibi attrahere poterat; quos uolebat? Ista enim tractio non erat per coactionem, sed per quandam inductionem, sicut ostendit Beatus Augustinus exemplo rami uiridis, & nucis. Ostendis inquit oui ramum uiridem, & attrahis eam, osten

dis

dis puero nuces,& trahis eum non uiolentiam inferẽdo,ſed appetitum alliciendo. Et propheta hoc oſtendit exemplo pelliparij. Extendens cęlum ſicut pellẽ. Pſ. 103.
Sicut enim pelliparius expãdit pellem pulchrã ante emptorem, ut.ſ. alliciat eum ad emendum, ſic Deus cęlum ſtellis depictum & ornatum nobis expãdit, ut nos alliciat ad deſiderandum. Secundo agitur de infirmis qui ſuã infirmitatẽ non recognoſcebant, quos Christus in ſua infirmitate reliquit, cum dr̃: Et murmurabãt ſcribę,& phariſei &c. Phariſei nanque triplici infirmitate laborabant. Prima infirmitas erat murmurationis. Eſt autem quædam murmuratio bona, ſicut murmurare contra aperta mala. Vnde quidam de tali reprehenduntur. Canes muti non ualentes latrare. Alia murmuratio eſt mala, ſicut murmurare contra bonos & de bonis. Cuſtodite uos a murmuratione &c. talis erat murmuratio phariſeorum. Tertia eſt pars permixta quodammodo quando ſcilicet quidam contra Dei patientiam murmurant, ex eo ꝙ ſic permittit bonos opprimi,& impios exaltari. Quare reſpicis cõtemptores, & taces impio conculcante iuſtiorem ſe? Murmurant ẽt admirando Dei liberalitatem ꝙ ipſe tarde uenientes ſic liberaliter cũ primis remunerat. Accipientes murmurabant aduerſum patrẽ familias. Secunda erat infirmitas præſumptionis, qa p̃ſumpſerunt reprehendere meliores ſe, ſ.Chriſtum, diſcipulos,& Matthæum. Reprehenderunt nanque infirmũ de curatione, medicum de ſubuẽtione, & diſcipulos medici de obſequij exhibitione. Tertia uero infirmitas elationis, quia ſe iuſtos credebant, & alios deſpiciebant. Tales credunt, ꝙ nõ ſit lux niſi in anima ſua, nec tranquillitas niſi in mente ſua, nec perfectio niſi in uita ſua, cum tamen Deus paratus ſit omnibus dare lucem gratiæ, ſerenitatem conſcientiæ, tranquillitatem pacis internæ, perfectionem uitæ. Iſta quatuor tangit Boetius dicens, Atque tuo ſplendore micas tu nanque ſerenum. Tu requies tranquilla pijs te cerne-

[Margin notes: Pharisęorũ infirmitas triplex. — Iſa. 56. — Sap. 1. — Abac. 1. — Mat. 20.]

re finis. Tertio ponitur medicus in medio cõstitutus, qui dicit se uenisse ad tria. Primo ad medẽdũ & sanãdum cum dicit, non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. dicit autem August. super Ioannem. Aliud est esse sanum, aliud sanabile, & aliud esse insanabile. Qui enim sanus est nõ eget medico, qui uero ęgrotat in spe sanabilis est, quia autem ęgrotat cũ desperatione insanabilis est. Sani igitur nõ egent medico nisi ad sanitatis conseruationem. Sanabiles ad curationẽ. Insanabiles non nisi ad uitæ prolongationem. Sani igitur sunt uiri sancti. Et isti non egent medico quantum ad curationem a mortali culpa, egẽt tamen ad conseruationem gratiæ. Sanabiles autem sunt peccatores pęnitentes, & isti egent medico quantum ad culpæ curationem, & conseruationem gratiæ. Insanabiles sunt obstinati, isti non egẽt medico ad conseruationem gratiæ quam non hñt, nec ad curationem culpæ, quia ipsam non requirunt, tamen quantum ad prolongationem uitę, & expectationem ad pęnitentiam.

Christ⁹. ad tria missus est.

Esa. 39. Expectat nos dominus ut misereatur nostri. Secundo iste medicus fuit missus ad miserẽdum. Ideo dicitur: Misericordiam uolo & non sacrificium. Habet autem iste medicus misericordiam a natura, & a consuetudine longa, & ab experientia. A natura quidem diuina secundum quam semper est sibi proprium misereri, & parcere. A natura humana, quia ab instanti suæ conceptionis fuit unctus oleo misericordiæ & compassionis.

Esa. 61. Spiritus domini super me eo ꝙ unxerit me. Vnxit

Psal. 44. te Deus, Deus tuus oleo letitiæ &c. Ab infantia cre-

Iob. 31. uit mecum miseratio, & de utero egressa est mecum. A consuetudine lõga. Incœpit enim a principio mũdi per oẽs generationes misericordiam impendere,

1. Mac. 2 & usque ad finem mundi nõ cessabit exhibere: Cogitate per generationem & generationem, quia omnes qui sperant in Domino nõ infirmantur. Ab experien

Heb. 4. tia. Non habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autẽ per omnia &c.

Didicit

Di dicit ex his quę passus est obedientiā. Tertio missus est ad vocandum, vnde dicit, Non veni vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam. Vocat enim peccatorē ab omni parte sui, scilicet a superiori ostendēdo cęlum tam pulchrum, & ab inferiori ostendendo infernum tam horrendum. Cœlum sursum & terra deorsum. Secundo vocat ab exteriori per prædicationem, & ab interiori per inspirationē. Sapientia foris prædicat. Ecce exterior exhortatio. In capite turbarum clamitat, ecce interior inspiratio. Caput.n. est mēs quæ hēt tres turbas, scilicet cogitationes, intentiones, & affectiones. Tertio vocat ab anteriori reducendo beneficia præterita ad memoriam & a posteriori reducendo ad memoriam Dei iudicia futura. Animalia plena oculis ante & retro. Quarto vocat modo a dextris dando prosperitatem, & modo a sinistris infligendo aliquam aduersitatem. Per arma iustitiæ a dextris & a sinistris.

Ibid.5. Vocat nos Deus omni ex parte. Pro.25. Prou.1. Apo.4. 1.Cor.6

Sermo ccxlvij De S Mauritio & socijs eius sermo primus. Quales in vita, in morte, & post mortem exstiterint.

IVstorum animæ, in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis &c. Ostendit͛ de istis sanctis quales fuerunt in vita, cum dicitur: Iustorum animę, quales fuerunt in morte, cū dicitur: Et nō tanget eos tormentum mortis, & quales post mortem, cum dicitur: Illi sunt in pace. In vita quidem fuerunt iusti, quia fuerunt positi vt iustitiam facerent, & rempublicam conseruarent. Ad rei autem publicæ conseruationem quatuor exiguntur, sicut dicit Cato & Augustinus lib. quinto de ciui. Dei, scilicet quantum ad domesticos magna industrię, quantum ad forenses iustitia, quantum ad seipsos animus liber in cōsulendo, & quātū ad seipsum animus nulli obnoxius peccato. Est ergo primum quantū ad domesticos magna industria, quia sicut dicitur: Siqs suorum & maxime dome

Sap.3. Ad reipub.cōseruationē 4 requisita. 1.Thi.5

ſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior. Apprehendentes parentes filiam ſuam oſculati ſunt, monentes eã honorare ſoceros, diligere maritũ, regere familiam, domum gubernare, & ſeipſam irreprehẽſibilẽ exhibere. Oportet epiſcopum irreprehẽſibilẽ eſſe, ſuę domui bene præpoſitum &c. Secundũ eſt quo ad forenſes iuſtitia. Iuſtitia indutus ſum &c. Nolite iudicare ſecundum faciem, ſed iuſtũ iudicium iudicate. Tertium eſt animus in conſulendo liber, ut nec timore, nec amore, nec odio, nec munere a ueritate diſcedat, nec ueritatem taceat: Iſido. Iniqui iudices errant in ueritate iuſtitię dũ intendũt in quantitatem perſonæ. Quartum eſt ut animus nulli uitio ſit ſubiectus. Tullius. Age ne tua oratio tibi contraria ſit, quia pondus eſt pudoris grauiſſimi propria uoce confundi. Grego. Durum eſt ut q̃ neſcit tenere moderamina uitę ſuæ, iudex fiat uitę alienę. Iſta quatuor in iſtis martyribus perfecta fuerunt. Habuerunt enim domini induſtriam. Vnde dicitur in legenda habitatores regionis illius erãt callidi ingenio, ſapientia locupletiſſimi. Habuerunt foris iuſtitiam, q̃a ſicut dicitur ibidem, quæ Dei erant Deo, & quæ Cæſaris Cæſari reddebant. Habuerunt animum in reprehendendo liberum. Vnde dixit Mauritius: Milites ſumus imperator tui, ſerui autem, qđ libere profitemur, Dei. Habuerunt animum innocentia præditum, quia non ſe armauerunt armis carnalibus. Vnde dixit Exuperius. Proijciant dexterę noſtræ arma carnalia, & armentur uirtutibus. Secundo oſtenditur quales fuerunt in morte. Fuerunt ſiquidem examinati, decimati, uallati, & trucidati. Examinati autem fuerunt de tribus ſ. ut idolis ĩmolarẽt, ut fidẽ Chriſti desererent, & ut cõtra chriſtianos cõiurarent. Sed ipſi nec idolis uoluerunt immolare, nec fidem Chriſti deſerere, nec chriſtianos impugnare, ſed potius defenſare. Vñ dixit Exuperius. Omnia tormẽta ꝑ Chro ſuſcipere parati ſumus, & ab eius fide nũquam diſcedemus. Secũdo fue-

Marginal notes: Tho. 10 (beside line 2); 1. Thi. 3 (beside line 5); Iob. 29. (beside line 6); Ioan. 7. (beside line 7)

fuerunt decimati. Reperimus.n.decimas rerum q̃ in ueteri lege fuerunt institutæ. Decimas dierum quæ a Christo fuerunt inuentæ, qñ quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit: nunquam autem reperimus decimas capitum nisi hic. Magnum est soluere decimas rerum, maius soluere decimas dierum, maximum soluere decimas capitum. Multi.n.darent res suas qui non libẽter darent dies suos, & multi darent res & dies suos, qui nõ libẽter darent capita sua. Isti autem exoluerunt decimas rerum, quia q̃ Cęsaris erant dabant Cæsari, & decimas dierum, quia q̃ erant Dei dabãt Deo. & insuper soluerunt decimas capitũ. Tertio fuerunt uallati sicut oues a lupis. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporũ. Ipsi.n.tanquã oues non restiterunt, non fugerunt, non balatũ murmurationis emiserunt Vñ dixit Mauritius: Cõmilitones nostros sustinui necari: quia uos ad passionẽ ꝓ Christo paratos uidi, & dñi mandatum seruaui: qui dixit Petro: Mitte gladium tuum in locum suum &c. Quarto fuerunt trucidati, in qua trucidatione sic fuerũt firmi, q̃a nec mũdus, nec diabolus, nec caro eos, nec in uita, nec in morte, uincere poterãt. Mundus.n.cõtra eos in uita pugnabat manu dextera prosperitatis ut alliceret, & in morte sinistra aduersitatis ut frangeret. Sed ipsi & in uita mundũ cõtẽpserunt blãdiẽtẽ, & in morte sæuientem. Similiter diabolus ẽt pugnauit cõtra eos manu sinistra impellẽdo ad uitia, & dextera eos trahendo ad tartara. Sed nõ potuit ipsos impellere ad aliquod uitium: nec post mortem aliqđ inferre supplicium. Similiter caro pugnabat cõtra ipsos sinistra, qua inducit ad ociositatẽ, & dextera qua inducit ad uolutatem, sed ipsi corpus suum in laboribus exercitauerũt, & carnis delitias abhorruerũt. Tertio ostendiť quales fuerũt post mortẽ cum dr̃: Illi autem sunt in pace. Habent.n.pacem perpetuam. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis &c. Sancti enim isti dant Deo magnã gloriam. Nam si unus peccator qui

Mat. 10.

Mat. 26

Esa. 32.

qui confitet Christum facit gloriā Xpo, quāto magis
Luc. 12. isti q tot fuerunt, gloriā sibi dederūt. Oīs quicunq; cō
fessus fuerit me corā hominibus &c. Fecerunt ange-
lis magnā lætitiam, qa si angeli lętantur super uno
peccatore pęnitentiā agente, quāto magis sup tanta
Ibid. 15. multitudine triumphāte, Gaudium erit angelis in cæ
lo sup &c Dant nobis magnam fiduciā, qa si impos-
sibile est nō exaudiri preces multorū, impossibile est
nō exaudiri p̄ces tātorum militiū sāctorū Exaudiunt
multiplr. Primo, qa cōsolant tribulatos, sicut patet in
uidua q̄ filiū suū in monasterio dederat. Scdo, qa ad-
iuuāt in periculo cōstitutos. Sicut patet in illis qui p
lacū reliquias deferebāt. Tertio, qa corripiūt indeuo
tos Sicut patet in illo clerico q cū iura scti Mauritij
usurpasset, & blasphemiā intulisset, mala pijt morte.

Sermo ccxlviij. De eodem Sermo secundus. Quales in personis, in armis, in uictorijs, in operibus, atq; in præmijs, extiterint.

Hæb. 11 SAncti per fidē uicerūt regna. operati sunt iustitiā,
adepti sunt promissiones &c. De istis beatis mar-
tyrib. Mauritio & socijs eius, quinq; ostendunt in ver
bis p̄missis. Primo quales fuerunt in psonis, cum dr̄
sācti. Est autē sāctū idē, q̄ mūdū, q̄ firmū, q̄ sāguine
Ioan. 15 tinctū, q̄ sacro usui deputatū. Isti igit fuerūt mundi p
uerbū Dei, q̄ receperunt. Iā uos mūdi estis pp sermo
Act. 15. nem quem &c. Per fidē quam habuerunt. Fide purifi-
Eze. 36. cans corda eorum; p spm̄ sctm̄ quem receperunt. Ef-
Apoc. 7. fundam sup uos aquam mundā &c Per sanguinē quē
effuderunt. Lauerunt stolas suas in sāguine agni. Scdo
fuerunt firmi, qa nec promissionib. potuerunt emolli
ri, nec cōminationibus deterreri, nec supplicijs supe
Matt. 7. rari. Descendit pluuia ecce promissio refrigerans, &
flauerunt uenti, ecce cōminatio concutiens, & uene-
runt flumina, ecce tormentum irruens, & nihil face-
re potuerunt, quia super Christum fundati fuerunt.

Tertio

Tertio fuerunt sanguine tincti. Habuerunt. n. sanguine Christi tinctam memoratiuam per recordationē, affectiuam per deuotionem, intellectiuā per meditationem, & operatiuā p imitationem. Quarto fuerunt sacro usui deputati ut hostes uincerent, rempublicam conseruarent, & fidem catholicam defenderēt, Vnde dixit Beatus Mauritius, Milites sumus tui imperator, quo ad primum, & ad defensionem reipublicæ arma suscepimus, quo ad 2m. Non est in nobis proditio atque formido, sed fidem catholicā nullatenus deseremus. quo ad tertiū. Secundo ostenditur quales fuerūt in armis suis, cum dr̄: Per fidem. Fuerunt enim armati scuto fidei. In omnibus sumentes scutum fidei &c. Dr̄ aūt fides scutū, quia sicut in scuto sunt tres anguli & unū scutum. sic & in Deo sunt tres psonæ, & unus Deus. Vel, qa ipsa fides est de Christo in quo sūt tres substantiæ, s. caro, anima, & ipsa deitas, & una psonā. Vel sicut scutum ut plurimum fertur in sinistra parte, sic & fides est tm̄ in præsenti uita q̄ est pars sinistra. In dextera autem parte quæ est uita æterna non erit fides nec spes. Vel scutū suscipit primos ictus hostiū, & cætera arma protegit, & defendit corpus. Sic fides etiam primas suggestiones dęmonum sentit, primas quæstiones tyrannorum suscipit, & cæteras uirtutes custodit, & animam defendit ac protegit. Tertio ostēditur quales fuerunt in uictorijs suis cum dicitur: Vicerunt regna. Vicerunt namque regnum dæmonum, hominum, & cœlorum omnium. Primum uicerunt per resistentiam. Resistite diabolo; & fugiet a uobis. Nam secūdum Bernar. in anima tres sunt domus. Prima domus dicitur esse memoria, in quam diabolus uult intrare ponendo ibi malam suggestionem: Sed portarius debet diabolo resistere ne intres, qui uocatur proprij status consideratio. Secunda domus est intelligentia, in quam diabolus uult intrare ponendo ibi prauam delectationem, sed huic etiam portarius debet resistere, qui uocatur æternæ delectationis cogitatio.

Eph. 6. Fides quare dr̄ scutum.

Regna ab ipsis uicta. Iac. 4.

tatio. Tertia domus animę est uoluntas, in quā diabolus uult intrare immittendo ibi prauū cōsensum, sed huic portarius dēt resistere, qui uocatur ęternæ pœnę meditatio. Secundo uicerunt regnum hostium per patientiā. Et iste modus uincēdi est ualde gloriosus, qa
Eccl. 21 iste fuit modus Christi Magna est gloria sequi dūm, qui est uictoriosus. Seneca. n. ait Innumerabiles sunt qui populos, q̄ urbes habuerunt in potestate, paucissimi uero sunt qui in potestate habent seipsos. Est etiā
Mat. 11 uictoriosus qui ipsum cęlū uincit & rapit. Regnū cęlorū uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Tertio isti sancti uicerunt regna per passionem suam. Olim autē erant quinque inuincibilia, quę tñ isti uicerūt. Ange-
Oseę 12 lum p lachrymas, quas effuderūt. Inualuit ad angelū fleuit & rogauit eū, diabolum p fidem quā habuerūt.
1. Pet. 5. Aduersarius uester diabolus &c. Aīam p magnanimi
Pro. 16. tatem qua suo cordi dñati fuerunt Melior est patiens uiro forti, & qui dñatur aīo suo expugnatore urbiū. Mortē per charitatem qua inflammati fuerunt. Fortis
Cant. 8. est ut mors dilectio. Regnū cęlorū per sanguinis pre
Ps. 115. cium, quod dederūt. Preciosa. i. precio plena est in cōspectu dñi mors sanctorum eius. Quarto ostenditur quales fuerant in operibus suis cum dr̄: Operati sunt iustitiā. i. opera meritoria, per quæ iustè regnum cęlo
Matt. 3. rum sibi acquisierunt. Pnīam agite appro &c. Quantum. n hic quis appropinquat Deo per opera pnīę, tā tum Deus sibi appropinquat per collationē gratiæ &
Luc. 12. glorię. Parum appropinquabat q dicebat Ieiuno bis in sabbato. Ideo parum sibi appropinquauit Deus qa iustificatus non fuit, nihil appropinquabat qui dice-
Ibid. 16 bat. Aīa habes multa bona, comede, bibe, epulare &c. Ideo Deus nihil sibi appropinquauit, qa suæ domui salus facta non fuit. Valde appropinquabant qui dice
Mat. 19 bāt. Ecce nos reliquimus omnia &c. Ideo Deus ualde appropinquauit eis, qa iudices mūdi eos fecit. Quinto ostendit quales fuerūnt in suis præmijs, cū dr̄: Adepti sunt repromissiones. Olim nanq; fiebat promissio
tri-

tribus modis. Aliqñ se mutuo osculãdo. Aliqñ manũ ad manum applicãdo. Aliqñ rẽ aliquã porrigẽdo, sic Christus uitam beatam se nobis daturum promisit. s. osculando, ꝙ fuit in incarnatione vbi facta fuit dulcis vnio naturę diuinę cũ natura humana. Quis mihi det te fratrẽ meũ. i. ut tu, q es dñs meus efficiaris & frater meus, sugẽtẽ vbera matris meæ. i. ut tu, q es in sinu patris mei efficiaris paruulus in sinu matris, ut inueniã te foris. i. vt tu, qui habitas sp in cęlis, uisibilis inueniaris in terris, & deosculer te. i dulcẽ vnionẽ naturæ tuæ cũ mea natura humana percipiã, & iã nemo me despiciet, nec Deus, sed me sibi reconciliabit, nec angel⁹ sed ĩ magna reuerẽtia habebit, nec diabol⁹, sed me valde timebit. Promisit ẽt manib. man⁹ suas cruci applicãdo. Cornua. s. crucis in manib. eius. Promisit ĩ sup spm̃ sctm̃ nobis dãdo. Dedit nobis pignus spũs. Can. 8. Abac. 3. 1. Cor. 5

Sermo ccxlix. De sanctis Cosma & Damiano. Sermo j.

Quo ad progeniem, quo ad artem, quo ad passionem, & quo ad nostram subuentiotionem quales extitetint.

MEdici suscitabunt & confitebuntur tibi &c. Ista verba, quæ propheta videtur posuisse interrogatiue & negatiue, exponi possunt de istis sctĩs martyribus, s. Cosma & Damiano, remissiue & affirmatiue. Ipsi nãq; fuerunt medici corporum & animarũ, & multos a diuersis lãguoribus resuscitabant, ideo dr̃ medici sucitabunt. Et hoc non sibi sed Deo attribuebant iõ dr̃, & confitebunť tibi. De istis ãt sctĩs medicis quatuor uidenda sunt. Primo quales fuerunt quantum ad progeniẽ. Fuerunt enim quinque fratres pro Christi noĩe passi. Sed ecclesia de duobus principalibus solẽnizat. Fœlix fuit talis fraternitas, qa fuit a parentib. religiosis progenita, bonitas enim parentum sæpe est causa multarum in filijs bonitatum. Chrys super Mat. Vxorem accipere uolentibus dat documentum, qd̃ si ambo parentes ipsius puellæ boni sunt, secure ac- Psal. 87. Vxoris capiẽdę documẽtum.

cipiat

cipiat, si vero ambo mali oĩno refugiat, si alter bonus sit alter malus, qd tunc facturus sit timeat, veruntñ si pater est bonus, & mater est mala, magis dẽt timere, si autem econuerso, minus timere debet. Est & ista fraternitas fęlicior, qa fuit martyrio coronata, qa pati ꝑ
Matt. 4. Christo est beatitudo magna. Beati, qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam. Istã autem beatitudinẽ passionis nos habere non possumus triplici de cã ut dicit Origenes. Vna est ex parte nostri, quia tãtã gratiã non meremur, ut ꝑ Christo pati digni simus. Alia ex parte diaboli, quia sciens per martyrium nos consequi remissionem peccatorum, & ad regnũ ꝑuenire cęlorum nobis præstat impedimẽtũ. Tertia est ex parte Dei qui sciẽs nostrã infirmitatẽ nobis misericorditer cõdescẽdit. Istã autem beatitudinem passionis isti martyres habuerũt, qa & Deus illos dignos fecit, & cõstãtiã tribuit, & diabolus eos impedire non potuit. Est ẽt ista fraternitas felicissima, q̃a ad cęlestẽ gloriã est assumpta. Felices igiť illi q hos quinq; martyres
Eccl. 4. habere merenť ĩ patronos spũales. Melius est duos esse simul quã vnũ. Si n. vnus vel duo sc̃tĩ sic a peccato reuocãt, sic a diaboli tentationib. cõseruãt, sic in Dei amore inflãmãt, quid facerent, si qũinq; essent? Scd̃o videndum est quales fuerint q̃tum ad artẽ. Ipsi. n. fuerunt medici, q̃a sanabãt cõiter, qa oĩbus tam magnis quã paruis, tã diuitibus quã pauperibus, & etiã brutis aĩalibus sanitatis beneficia impẽdebãt. Sanabãt liberaliter, qa nihil ab aliquo accipiebant. Gratis accepistis,
Mat. 10. & gratis date. Sanabant mirabiliter, qa mirabilis fuit eorũ curatio, qa habẽti crus putridũ crus aliud inseruerũt. Sanabãt integraliter a corporib. morbos pellendo, & aĩab. peccatorũ veniã impetrãdo. Tertio viden
Eccl. 23 dum est quales fuerũt quantũ ad passionẽ. Eorũ nãq; passio fuit gloriosa, qa instar Christi fuerũt crucifixi. Magna est gloria seq dñm. Fuit miraculosa, qa sagitta ĩ suos redibãt actores. Fuit fructuosa, qa fructũ cẽtesimũ habuerũt. Qui aũt in terrã bonã, sunt hi, q in

corde bono & optimo audientes uerbum retinent,& fructum afferunt in patientia. Habuerunt.n. cor paci Luc.7.
ficum,qa passi sunt patienter. Cor beniuolum,quia passi sunt libenter. Cor optimum,qa passi sunt gaudenter. Fuit victoriosa, qa uicerunt in omnibus elemẽtis,s.in terra,qa in manibus & in pedibus fuerunt torti,in aqua,qa in mare ꝑcipitati,in aere,qa in eculeo suspensi,in igne,qa in ignem proiecti. Quarto uidendum est quales fuerunt quãtum ad nr̃am subuentionem. Ipsi.n. subueniunt tribulatis,sicut patet in illo in quẽ serpens intrauerat,defendunt ab oppressione dæmonis,sicut patet in illo q uxorẽ suã eis recommendauerat. Diligẽtẽ curã hñt de suis deuotis, sicut patet de custode ecclesiæ suæ, cuius crus marcidum erat. Seuerã vltionem inferũt mala,sicut patet, qñ dæmonibus ꝑceperũt ut tyrãnũ ꝑcuterẽt. Miam impendunt pęnitẽtibus & humiliantibus se,sicut patet, quia cũ ꝑdictus tyrannus pęniteret, mox ab eo dæmones auerterunt. Nunqd illudes ei quasi aui. Auis n. dome Iob. 40.
stica,qñ emittit recedit,& qñ reuocatur redit. Sic & isti martyres vñr hr̃e in ptãte sua dæmones quasi aues,qa qñ eos emittũt ad malorũ uindictã exercẽdã, statim obediunt,qñ eos reuocãt,ꝑtinus obsequunt.

Sermo ccl De eisdem sermo ij Quomodo sex modis in unum habitauerunt.

ECce quã bonum & quam iucundum habitare fratres in unum. Isti sancti martyres.s. Cosmus & Damianus fuerunt fratres, non tm̃ carne, sed ẽt fide & passione. Habitauerunt aũt in unum sex modis Pri Ps. 132.
mo quãtum ad idem domicilium,ubi habitauerũt pacifice & cõcorditer. Melius est duos eẽ sil' q̃ unũ &c. Eccle.4
Quatuor nãq; sunt gña hoĩum qui libẽter socios hr̃e volũt,s.negociãtes q adinuicẽ emolumẽta acquirũt. Iõ dr̃,hñt emolumẽtũ societatis suæ. Itinerãtes, qa auxiliũ sibi mutuo ꝑbẽt. Iõ dr̃:Si unus ceciderit ab alio fulciet Præliantes,quia simul hostibus resistũt. Iõ dr̃:Si qspiã ꝑualuerit cõtra unum,duo resistẽt ei. Dormientes,

miẽtes, quia tpe frigoris mutuo a se frigus expellũt. Iõ subditur: Si dormierint duo fouebunť mutuo &c. Serui igiť Dei sunt negociatores Dei, & iõ libẽter in siť cõmorãtur, quia vnus ab alio acqrit humilitatem, & castitatem &c. Sunt itinerantes. i. ad cœlestem patriam festinantes, & iõ si unus cadit, alij suis orationibus & exhortationibus eum subleuare festinãt. Sũt præliatores, & iõ cõtra dæmones fortius inualescũt, qui tm̃ singulare certamen desiderant. Sunt dormientes. i. in lecto contemplationis quiescentes, & iõ qñ sunt plures inuicem se inflammant. Secundo insimul habitant quantum ad eundem mentis affectum. Sed multi religiosi sunt insimul habitantes non more hominum, sed ferarum. Feræ. n. adinuicem pugnant, aut pp cibum, aut pp domicilium, aut qñ à libidine concitantur. Sic etiam multi sunt inuicem cõtendentes, aut, s. pp cibum, quia non delitiose pascuntur: aut pp domicilium s qñ in magnis domibus non collocantur; aut pp libidinem dñandi, quia ad magnas prælationes non promouentur. Religiosi ergo sicut inuicem iuncti sunt corpore, ita debent vniri mentis dilectione. Iungit. n. ipsa religio homines diuersarum

Esa. 11. cõplexionum. Habitabit lupus cum agno, & pardus cum equo accubabit. Quidam. n. instar lupi vñr naturaliter esse feroces. Quidam instar agni naturaliter mites. Quidam instar pardi naturaliter astuti. Quidã instar hædi naturaliter inquieti. Sed istas diuersas cõplexiones amor Dei dẽt unire. Coniungit ẽt hoĩes diuersarum prouinciarum & diuersarum cõditionũ.

Esa. 65. Lupus & agnus pascentur simul, leo & bos comedẽt paleas. Siue. n. sint multum apparẽtes ut lupi, siue parum ut agni, siue nobiles instar leonũ, siue ignobiles instar boum, oẽs dẽnt vti eodem gñe ciborum. Coniungit etiam homines diuersarum ætatum. Vitulus, leo, & ouis simul morabunť, & puer paruulus minabit eos, per uitulum intelliguntur iuniores, per ouẽ q̃ hẽt palatum oscurum seniores, & per leonem robu-

sti

sti & fortes. Isti sæpe in una domo pacifice cõmorantur,& prælatus iuuenis eis præficit. Tertio habitauerunt simul quantum ad idẽ officium. Fuerunt.n.medici non tm̃ corporum, sed ẽt animarum,quas quidem sanabant inducendo eas ad cõtritionem,confessionẽ & ad satisfactionẽ. Sanatur quidẽ aĩa instar corporis. Aliqñ per amaræ medicinæ sumptionẽ,ista est cõtritio. Amara erit potio bibentibus eam. Aliquando per uomitum & reiectionem,ista est cõfessio Verba congregantis filij uomentis. Aliqñ uero per sudorem uel minutionẽ & dietã,p quę intelliguntur tres partes satisfactionis .s.oratio, eleemosyna & ieiuniũ. Nã orõ lachrymosa intelligit per sudorẽ. Pungens oculũ deducit lachrymas Eleemosyna uero intelligit p minutionẽ,qui enim supflua habet, debet de ipsis diminuere & dare pauperibus. Quod superest date pauperibus &c. Ieiunium uero intelligit per dietam,p quod diabolus expellitur de corde,sicut lupus de nemore. Hoc genus dęmoniorũ non eijcitur nisi oratione & ieiunio. Quarto habitauerunt in unũ,q̃tum ad eandẽ fidem Fides enim coniungit hominem Deo. Iõ cinctoriũ appellatur. Fides cinctorium renum eius. Hominem hoĩ. Dilige proximum, & iungere fide cum illo. Hoĩem sibijpsi. Fides aũt initium ad conglutinãdũ est ei. Quinto habitauerunt in unum quantum ad eandẽ operationem. Oẽs.n. operabantur pp eundem finem.s.propter Deum, Deus enim est finis oĩum desideriorum,quia est summa bonitas, Desideriũ iustorum oẽ bonũ: oĩum cogitationũ,quia summa ueritas est. Ego sum via veritas & uita;oĩum amorũ, quia est summa suauitas. Spiritus meus super mel dulcis,omnium operum,quia summa trãquillitas est. Tu autem dñator virtutis cum tranquillitate iudicas. Sexto habitauerunt in unũ quantum ad eandem passionẽ. Omnes enim passiones quas alij sancti habuerũt particulariter; isti sancti vñr habuisse uniuersaliter. Fuerunt .n.in mari mersi instar clementis, in ignẽ proiecti in

Notandum. Esa. 24. Pro. 30. Eccl.22 Luc.11. Mat.17. Esa. 11. Eccl.27 Ibid.25 Pro. 11. Io. 14. Eccl.24 Sap. 12.

ſtar Laurentij, in eculeo torti inſtar Vincentij, crucifixi inſtar Petri, lapidati inſtar Stephani, ſagittati inſtar Sebaſtiani, & decapitati ad inſtar Beati Pauli. Et
Pſ. 87. ideo poterant dicere cum propheta: Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Sermo ccli. De ſancto Michaele Sermo i. De quatuor Angelorum ſolemnitatibus.

Luc. 15. GAudium erit angelis Dei ſup uno peccatore pęnitentiã agente. Si angeli gaudent de nr̃a cõuerſione, & nos gaudere dẽmus de eorum glorificatione. Et ſi de nobis faciunt feſtũ in cælis, & nos dẽmus de ipſis facere feſtũ in terris. Et ideo quatuor ſolẽnitates de ipſis angelis celebrãtur: Prima hodierna die celebratur, q̃ ortũ habuit ex quadã eccleſiã quã in monte gargano Michael ędificauit, & ſe loci illius cuſtodẽ eſſe aſſeruit. Ex quo dat̃ intelligi, ꝙ angeli ſunt cuſtodes oĩum aĩarum. Hiero. Magna dignitas aĩarum, ut unaquæq; angelũ hẽat ad ſui cuſtodiã deputatũ. Datur. n. angelus cuilibet in quintuplici ſtatu, in quo nõdum eſt ei cuſtodia eius neceſſaria. Primo natu in utero, ne a diaboli malitia necaret̃. Scđo egreſſo de utero, ne a baptiſmi gr̃a a diabolo impediret̃. Quare nõ in uulua mortuus ſum, egreſſus de utero nõ ſtatim perij. Tertio uiuẽti in mũdo, ne ad peccata plurima protraheretur. Vñ poſtq̃ propheta dixit: Angelis ſuis mãdauit de te, ſtatim ſubiunxit: Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis &c. Per aſpidẽ q̃ aurẽ in terra figit, intelligitur auaritia. Per baſiliſcũ qui habet uiſum ueneноſum, intelligit̃ luxuria, quæ aſpectibus inflãmatur. Per leonẽ intelligit̃ ſuperbia. Per draconẽ qui caudã inuoluit, intelligitur cõſuetudo praua. Quarto exeũti de mũdo ꝑ mortẽ ne de fide tẽtetur, uel in deſperationem protrahatur, uel a confeſſione impediat̃. Tu inſidiaberis calcaneo eius. Quos. n. diabolꝰ nõ potuit decipe in iuuẽtute, q̃ eſt prima pars hoĩs, nec in ſeneſtute q̃ eſt quaſi ſecunda pars hoĩs, hos decipere nititur

Angelꝰ in q̃ntuplici ſtatũ nos cuſtodit

Iob. 3.

Pſal. 90.

tur in morte q̄ est quasi calcaneū & vltima pars hominis. Quinto post mortē. In uia.n.quā aīa est tūc factura sunt laquei positi a quibus angelus hoīem protegit. In uia hac qua ambulabā absc̄oderunt superbi laqueū mihi. Viuit dn̄s, qa custodiuit me angelus eius, & hinc euntē, & ibi c̄omoratē, & inde huc reuertētē. Angelus n. custodit aīam huc uenientē p natiuitatē ī utero, & ex utero, & ibi c̄omorantē, & uiuētē in mundo, & hinc reuertētē.i.ad cęlestē patriā redeuntē, siue dū est in morte, siue dū uadit post mortem. Secunda solēnitas fit. 17. calendas Nouēbris in loco q tūba dr̄, ubi angelus Michael ep̄o apparens ecclā sibi ędificari p̄cepit. Ex quo dat̄ intelligi q̄ angeli libenter cum hoībus societatē hn̄t, q totiēs in terris uolūt habere habitationē. Hoc significatū est in angelis quos Salomon fecit fieri in propiciatorio tēpli, de quibus quatuor legunt̄. Quod erāt de lignis oliuarū, q̄ tenebāt alas expāsas, q̄ habebant pedes obliquos, & eleuatos quasi ad iubilādū paratos, & q̄ uersis vultib. mutuo se respiciebāt. Olim angeli uidebant̄ esse ferrei.i incōpassibiles & duri, sed modo sunt de lignis oliuarum, .i. misericordes & pij. Olim inuite ad homines ueniebant, & ideo tenebant alas suas demissas, sed mō cito ad nos ueniūt, & iō alas expāsas hn̄t. Olim soli Deū laudabāt, sed mō in laudādo associant se hominibus. Cōuenerūt principes coniuncti psallentib. &c. Olim naturā nostrā infirmam despiciebāt, sed mō uidentes ipsam in Christo exaltatam in stuporem & admirationem conuertuntur. Quod respectus ipse mutuus representat &c. Ideo etiam modo hic, mō ibi sibi ecclesias ædificari faciunt, ut insinuent q̄ libenter homines associant, & maxime quinq; genera hominum, s. Deum laudantes. In conspectu angelorum psallam tibi &c. In tribulationibus existētes. Angelus dn̄i cum Azaria & socijs eius in fornacē &c. Contra dæmones dimicātes. Nolite timere plures.n. nobiscum sunt q̄ cū illis. In dn̄o morientes. Factum est ut moreretur

Marginal notes: Psa. 141 · Iudi. 13 · Psal. 67. · Psa. 137 · Dan. 3. · 4. Reg. 6 · Luc. 16.

mendicus &c. Mysteria diuina deuote exequentes, & maxime missarũ solemnia celebrãtes, ut dicũt Greg. & Beda. Tertia solemnitas. 6. idus Maij celebrať, q̄ victoria sancti Michaelis dr̄, qñ Sipontinis uictoriam dedit, & contra aduersarios eorum oĩa elementa fecit pugnare. s. terrã, quia mons garganus contremuit. aerem, quia caligo tenebrosa totum montem obduxit. ignem quia fulgura crebra uolabant, aquam. Vnde cãtatur: Concussum est mare &c. Pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Quarta solemnitas Romæ 8. idus Maij agitur, qñ. s. Deus pestem inguinariam in Romanos immisit, & Grego angelum spatam tergentem aspexit. Angeli enim puniunt maxime quatuor genera peccatorum. s. sodomitas, & incestuosos. Oppressores & uiolentos sicut Pharaonẽ & Ægyptios. Superbos & uanagloriosos sicut Dauid populum ex uanagloria numerantem. Immundos & gulosos sicut Romanos, qui cum gulæ & luxuriæ deseruirent, ab angelo peste inguinaria sunt percussi.

Sap. 5. — Gen. 40 — Exo. 15. — 3. Re. vl.

Sermo cclij. De eodem sermo ij. Quare angeli mittantur.

OMnes sũt administratorij spiritus in ministeriũ missi pp eos qui hæreditatẽ capiũt salutis. Qui omnes dixit nullum exclusit. Oẽs. n. mittunť ad salutem, superiores ad medios, medij ad infimos, & infimi ad nos. Notandum autem q̄ in homine est potentia intellectiua, operatiua, & affectiua. Intellictiua aũt habet triplicẽ defectũ ad quẽ remouẽdũ mittuntur ordines inferioris hierarchiæ. Est. n. obscura. Videmus nunc p speculũ in ęnigmate &c. Ad istud impedimentum remouendũ mittunť angeli, quorũ officiũ s̄m Grego. est nũciare minora. Est impfecta, qa & si aliqñ cognoscat minima, non tñ profunda. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Contra istum defectum mittuntur archangeli, quorũ officiũ secundum Grego. est nunciare summa. Est multiplici

Heb. 1. — 1. Co. 13 — Ibidem

obliuioni

obliuioni subiecta. Aug. de ciui. Dei. Cum labore meminimus, & sine labore nescimus. Cũ labore strenui, sine labore inertes sumus. Contra istum defectum mittuntur uirtutes, quibus ſm Greg. attribuitur operatio miraculorum per quæ sciam nostram quæ est ex fide stabiliunt & cõfirmant. Isti tres actus istorũ triũ ordinũ signati sunt, Vbi Angelus Helyę tria bona cõtulit 3. Re. 19
quia aquã sibi ꝓpinauit, panem dedit, & ipsum fortificauit. Per aquã quæ est potus paruulorum, intelligitur reuelatio minorũ, q̃ spectat ad angelos. Per panẽ q est cibus fortiũ, intelligitur reuelatio difficiliũ, q̃ spectat ad archãgelos. Per fortitudinem collatã intelligitur roboratio tã in cognitione minorũ quã difficilium q̃ spectat ad uirtutes. Scdo in hoĩe est potentia opatiua. Et ista hẽt triplex impedimẽtũ ne exeat in opus suũ. Ad qđ remouẽdũ mittunt ordines medię hierarchię. Impeditur. n. aliqñ a diaboli tentatione. Impediuit 1. The. 2
nos sathanas. Istud remouẽt ptãtes, quorũ officiũ est ſm Gregor. potestatem dæmonum refrenare. Aliqñ a Io. 16.
mũdi repssione. In mundo pressuram ha. Istud remouent principatus, quia faciunt nos mundanis oĩbus principari. Aliquãdo a corporis corruptione. Corpus Sap. 9.
qđ corrumpitur aggrauat aĩam. Istud remouent dominationes quæ faciunt nos oĩbus carnalibus uitijs dominari. Isti tres actus istorum trium ordinum significantur, Vbi angelus tria bona Iacob dedit, quia ipsum contra Esau cõstantem fecit, Israel nomen imposuit, Gen. 32
& neruum femoris percussit, & emarcuit. Tunc angelus contra Esau hominem constantem fecit, quando contra diabolicas tentationes eũ fortem reddidit, & spectat ad potestates. Tũc autem Israel qui interpretatur uir uidens Deum, nomẽ imposuit, quãdo propter cœlestium contemplationem terrena despicit. Et hoc spectat ad principatus. Tunc neruum percutit & marcescit, quando omnem æstum carnalis concupiscentiæ in nobis extinguit. Et hoc spectat ad dominationes. Tertio in hoĩe est potentia affectiua. Et ista ha-

bet triplicem defectũ, quẽ remouent ordines de supre ma hierarchia. Primus est, qa dilectio nostra sæpe est priuata, qñ homo tm̃ seipsum diligit Et talis dilectio
Psal. 9. nõ est æqua. Istum defectũ remouent throni. Nam sicut dicit Greg. Throni dñr sedes, eo q̃ Deus in eis sedeat, & p eos iudicia sua decernat Sedes sup thronũ q̃ iudicas æquitatẽ. Secundus est quia sępe est simulata, qñ s fingit se diligere proximũ, quem non diligit. Et istum defectum remouent cherubin, qui interpretanť plenitudo sciæ, qui oĩa simulata detegunt, & ad lucẽ ueritatis reducunt. Tertius est, quia qñque est tepida, qñ s. tepide amat Deum, & istum defectum remouent seraphin qui interpretantur ardentes, qa hñt a nobis torporẽ excutere, & in amorem Dei nos fortiter inflã mare. Isti tres actus istorũ trium ordinum significati
4. Re. 2. sunt: Vbi cũ dñs Helyã in cęlum subleuare uellet, ap
Angelorũ noĩa paruerũt ei angeli in forma equorũ, & currus igniti. Angeli igitur dñr equi & currus & ignis. Equi anima lia dicuntur ex eo q̃ olim quadrigis ęquales per oĩa iungebantur. Equi igitur sunt throni qa inæqualia ad æqualitatẽ p librã iudicij sui descẽdũt, & sic remouẽt dilectionẽ priuatã. Currus sũt Cherubin, q in obseqa charitatis currere nos faciunt, & oẽm simulationẽ detegunt. & sic remouent dilectionem simulatam. Ignis sunt Seraphin qui torporem excutiunt, & uehementẽ accendunt, & sic remouent dilectionem tepidam.

Sermo cclij. De eodem Sermo iij Loci conuenientia, magnitudo, triumphiq; nobilitas, De isto prælio insinuatur.

FActũ est pręlium magnũ in cœlo Michael & angeli eius, præliabantur cũ dracone &c Per cęlũ ecclesiá militãs intelligitur, in qua multiplex pręliũ geritur, de quo prælio quatuor tanguntur. Primo conueniẽtia loci, cum dicitur: Factum est pręlium magnum in cęlo, idest in ecclesia militante. Cœlum enim beatorum

torum non est côueniens ad pugnandum, quia ibi sũt solummodo triumphantes, nec infernus, quia ibi sũt incarcerati & succumbentes, sed ecclesia militans est locus côueniens ad pugnandũ, qa ibi sunt stipendiarij & militantes. Militia est vita hoīs super terram. Secundo ponitur magnitudo prælij, cum dr: Et draco pugnabat & angeli eius. Ipsi enim aduersarij magni sũt rōne potentiæ. Non est potestas super terrã quę cōparetur ei. Origenes. Vult dominus Deus facere mirabiles res, vult de locustis superare gigantes, & de his q̃ in terris sũt cœlestes vincere nequitias. Sũt magni rōne astutiæ, qa ſm Greg. diabolus aut opprimendo rapit, aut violãdo circunuolat, aut suadẽdo blandit, aut minãdo terret, aut desperãdo frãgit, aut promittẽdo decipit. Hiero. Persequitur me hostis cui noīa mille, cui ēt sũt mille nocendi artes, & ego infœlix victorẽ me putabo? Nec mirũ si diabolus adeo est astutus, qã ſm Isid. triplici acumine viget. s. subtilitate naturę, experiẽtia tẽporũ, & reuelatione supernarũ ptãtũ. Sunt magni rōne sæuitiæ Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens &c. Sicut. n leo sanguinẽ sitit, sic & diabolus sãguinẽ aīarũ nrarũ lętanter appetit. Greg. Nihil se fecisse reputat, nisi cum aīam sauciat. Sũt magni rōne multitudinis īfinitę. Haymo. Vt philosophi dixerũt & sancti viri opinati sunt, aer iste ita plenus est dæmonibus, sicut radius solis est minutissimis puluisculis. Quãuis aũt tot sint, tñ iuxta sniam. Orige. eorũ exercitũ minuimus cũ eos vincimus, ita ꝙ ille q̃ victus fuerit, vlteriꝰ nõ possit de illo vitio tẽtare. Tertio ponit multitudo prælij, cũ dr: Michael & angeli eius p̄liabantur cũ dracone. Circa qđ notandũ, ꝙ Michael quatuor prælia gessit in quibus semper victoriã habuit. Primum fuit quod cum lucifero & angelis suis gessit. Et hoc prælium vicit, & de cęlo ipsum in hunc aerem caliginosum expulit. Nõ enim permissũ est eis in superiori parte aeris habitare, qa lucidus est & clarus, nec ēt nobiscum in mundo, quia nimis nos

Iob. 7.

Iob. 41.

Dęmones quare magni dicuntur.

I. Pet. 5

Michael 4. prælia gessit

ſuis tẽtationibus infeſtarent, ſed in medio aeris, vt dũ ſurſum reſpiciunt, & gloriam quam amiſerunt vidẽt, inde dolorem ſufferant, & dum inferius cõſpiciũt, & vidẽt homines illuc aſcendere unde ipſi ceciderũt, inde inuidia torqueantur. Secundum prælium eſt, quod cum diabolo de corpore Moyſi habuit, ſicut dicit in canonica Iudę. Sciẽs enim diabolus iudęos ad idolatriã promptos eſſe, volebat corpus Moyſi honorabiliter ſepeliri, vt iudęi ſuas idolatrias ibi exercerẽt. Sed Michael victoriã habuit, quia corpus Moyſi ab oĩbus abſcõdit, forte iſta altercatio fuit, quia diabolus dicebat ſe in Moyſe ꝓpter peccatũ ad aquas contradictionis aliqđ ius habere, ſed cũ Michael ſibi culpã remiſſã aſſereret, & diabolus adhuc inſtaret, Michael ei dixit: Imperet tibi dominus &c. Tertium ꝑlium eſt qđ habuit contra Pharaonem & Aegyptios. Creditur eñ fuiſſe ille angelus, qui plagas Aegyptijs intulit, q mare diuiſit, qui in columna ignis, & nubis populũ Iſraeliticũ añceſſit, & ad terrã ꝓmiſſionis introduxit. Fuit

Dan. 10 .n. princeps ſynagogę. Vñ dicit: Nemo mihi adiutor eſt niſi Michael princeps veſter; ſed poſtquã iudęa dominũ crucifixit, factꝰ eſt princeps eccleſię. Vñ refert Ioſephus ꝙ auditæ sũt voces angelorũ dicentiũ: Trãſeamus ab his ſedibus. Quartũ præliũ eſt qđ cõtra an-

Apo. 13 tichriſtum habebit. Sicut .n. dicit gloſa ſuper illud: Vidit unũ de capitibus eius occiſum. Antichriſtus mortuum ſe finget, & per triduum latens poſtea apparebit dicens ſe ſuſcitatũ, & ferẽtibus eũ dæmonibus in aere aſcendet, & vniuerſis mirantibus adorabunt eum. Tãdem dum ſtabit in papilione in monte olíueti, ipſe Michael antichriſtũ occidet, vt dicit gloſa ſuper il

2. The. 2 lud: Quem dominus Deus interficiet ſpiritu oris ſui. Quarto ponitur nobilitas triumphi, cũ dicitur, & nõ valuerunt, nec locus inuentus eſt eorũ amplius in cęlo. Locus quidẽ inuentus eſt, ſed nõ in cęlo. In dęmonibus quidem eſt conſiderare naturam, officiũ, & culpam. Naturæ conueniret locus ſupremus, ſcilicet cœ-

In dæmone 4. ſunt.

lum

lum in quo fuerunt creati, & ibi ſtetiſſent ſi pſeueraſ ſent. Officio uero ꝙ habent ſ.homines exercere, conuenit locus medius.ſ.aer caliginoſus, & vt nobis propinq ſint ad exercitādū, & claritatis lucē nō hēant ad gaudendū, & cęlum ſurſum reſpiciāt ad inuidendū. Culpæ autem conuenit locus infimus.ſ.infernus. Vñ poſt iudicium, qñ ceſſabit eorum officium, detrudentur in infernum, nec ultra per aerem habebunt tranſitum, ſed incarcerati perpetuum ſuſtinebūt tormentū.

Sermo cclxiij De eodem Sermo quartus De quintuplici eius officio.

Michael vnus de principib. primis uenit in adiutoriū meum. B. Michaeli Deus quintuplex officiū in ſua curia aſſignauit. Primum eſt officiū principandi. Ideo dr: Michael unus de principibus primis. Licet enim olim fuerit princeps ſynagogæ, mō tñ factus eſt princeps eccleſię. Intm̄ angeli pro his quibus principantur zelare uidentur, vt ſibi inuicem obuiare & præliari dicantur. Vn de ponuntur quatuor angeli de ordine principatus, quorū vnus ſ. Michael erat princeps eorū, q remāſerāt in terra ꝓmiſſionis, alius .ſ.q loquebať cū Daniel erat princeps illorū iudæorū, q erāt in captiuitate Perſarum, alius erat princeps græcorū, quartus erat princeps Perſarū. Vbi Greg. dicit: Recte angeli contra ſe veniunt, qa ſubiectarū ſibi gentium uiciſſim ſibi merita contradñt. Cumq; vnuſquiſque gentis, uel culpa, uel iuſtitia ad ſupremū cōſiliū Dei ducit, eiuſdē gētis prępoſitus, uel obtinuiſſe in certamine, uel nō obtinuiſſe perhibetur. Scđo hēt officium adiuuandi. Vñ dr: Michael venit in adiutoriū meū. Ipſe.n.cū cæteris angelis ſibi cōmiſſis adiuuat malos & bonos. Malos mouēdo eos ad contritionē. Hoc namq; ſignatū eſt, Vbi angelus eduxit ignē de petra. Nā ſępe de hominibus duris angelus educit ignē contritionis. Purgat labia ad cōfesſionem. Hoc ſignifi-

Dan. 10
Dan. 14
Iud. 9.

Esa. 6. significatum est, Vbi p angelum labia Esaiæ expurgãtur. Inducit ad satisfactionẽ. Hoc significatũ est ĩ an-
1. Pa. 21 gelo, q dixit Gad. pphetæ ut diceret Dauid, ut in mõtem ascenderet, & Deo satisfaceret. Adiuuat etiã bonos: diabolus. n. nititur intelligentiam nostrã obnubilare p errorem, & voluntatem nostrã coinquinare p amorẽ, & memoriã nostram obfuscare per obliuionem. Angelus autem ẜm Dionysium habet uirtutem illuminatiuam, purgatiuã, & perfectiuam. Et iõ eius indigemus ministerio, ut rõnẽ illuminet, affectionẽ purget, memoriam perficiat & consumet. Tertio hẽt officium præliandi, præliabatur. n. cum dracone. In tẽ-
Dan. 12 pore illo cõsurget Michael princeps magnus, q stat pro filiis populi tui, ut prælietur cum dracone, i. cum
Apo. 10 diabolo. Michael & angeli eius præliabant̃ cum diabolo; in cano. Iudę. Cum Michael archãgelus cũ diabolo altercaret̃ &c. Præliabat̃ etiã cum principe per-
Dan. 10 sarum. Princeps regni persarum restitit mihi, & ecce Michael venit in adiutorium meum. Per draconẽ q est animal sitibundum, significat̃ dæmon, q p̃est auaritiæ, contra quem Michael pugnat, qñ ipsum refrenat. Per diabolum, qui dicitur deorsum fluens, significatur dæmon, qui præest superbiæ, quia diabolus per superbiam de cœlo deorsum defluxit. Contra quẽ prælium gerit, qñ ipsum ab infestatione cessare facit. Per regem Persarum intelligitur dæmon, qui præest luxuriæ. Persæ nanque interpretat̃ sua latera dissoluentes, quia luxuria tot ad terram deprimit, & tot a Deo diuidit & segregat, & totum corpus miserabiliter dissoluit, & totam subam consumit. Et ideo tales recte vocantur Persę, i. sua latera dissoluentes. Cõtra istum ergo draconem pugnat, qñ ipsum ab impugnatione refrenat. Quarto habet officium ponderandi, nam secundum ecclesiæ picturas Michael habet aĩas põde-
Dan. 5. rare. Dr̃ aũt. Appensus es in statera, & inuentus es minus hñs. Sunt namq; q̃dam aiæ vacuæ quæ nulla secũ merita portauerunt, istas appendet & eis dicet: Appensus

pēſus es in ſtatera & inuētus es nihil hñs. Quædā uero ſunt aīæ quæ ſemiplenæ ſunt. Iſtas pōderabit & dicet. Appēſus es in ſtatera, & inuētus es minus hñs. Sūt quædā aīæ plenę, q̄ multa merita ſecum portauerunt. Iſtas ponderabit & dicet: Appenſus es in ſtatera, & inuentus es ſatis habens. Sunt ēt quædā ſuperplenæ, quę nō tm̄ pręcepta Chriſtus, ſed eius conſilia ſeruauerūt. Et iſtas aīas ponderabit & dicet; Appenſus es in ſtatera, & inuentus es multum hñs. Quinto hēt officium deportandi, quia cum cæteris angelis ſibi ſubiunctis aīas iuſtas in cęlum deportat. Portāt aūt aīas valde reuerenter, quia non in humeris, ſed in manibus In manibus portabūt te &c. Portant diligēter, quia eas ab oī bus offendiculis cuſtodiunt. Vnde ſequitur, ne forte offendas ad lapidem &c Portant ualde gaudenter cū cāticis & iubilationibus. In lætitia egrediemini &c. Portant valde humiliter, quia pauperes & mendicos non deſpiciunt ſicut patet in Lazaro mendico quem angeli deportauerunt. Et iſta deportatio fit in ſignum fiduciæ, vt. ſ. ex hoc detur intelligi q̄ ſecuræ ſunt aīæ ſanctorum de hac uita egredientes, quæ tales habent defenſores. Angelis ſuis mandauit de te &c. In ſignū reuerentię Sicut aliqñ ſocius in itinere alium portat, non humeris, ſed ſolatijs. Mōtes & colles, ideſt maiores & minores angeli cātabunt coram uobis laudem.

Pſ. 90. Eſa. 55. Luc. 15. Eſa. 55.

Sermo cclv De eodem Sermo v. Charitas mittentis, miſſi humilitas, cui mittitur dignitas, atque utilitas aperitur.

ANgelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiāt te in oībus vijs tuis. Iſta verba pertractans B. Ber. ſic dicit. Magna dilectio charitatis, quis, quibus, de quo & quid mādauit. Siquidē Deus mandauit & angelis ſuis mandauit: De te hoīe mandauit, & vt cuſtodiāt te in oībus vijs tuis mandauit. Ex quibus verbis habetur, ꝙ in ille, qui mādauit, oſtenditur magna charitas, ex eo ꝙ tantos & tales homini deputauit. Vñ dicit ibidem. Pſal. 90

Do-

Domine quid est hō ꝙ memor es eius, aut filius hominis, quia visitas eum? Deniq; ei mittis vnigenitum tuū, immittis spm̄ sctm̄ tuum, promittis vultum tuū, & ne q̄d vacet in cęlestib⁹ ab opere solli citudinis, illos ēt beatos spiritus pp nos mittis in ministerium nostrum. Secundo in angelo ostenditur magna humilitas, quia tam humile officium non recusat. Et iō magnam sibi dēt hō reuerentiam exhibere. Vn̄ Beru In quouis diuersorio, in quouis angulo reuerentiā exhibe angelo tuo, & ne audeas illo pn̄te quod me pn̄te non auderes. Bernard. Angelis suis Deus mandauit de te, quantam tibi inquit debet hoc verbum inferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciā, reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro beniuolentia, & fiduciam pro custodia. Tertio in hoīe notatur magna dignitas, in hoc ꝙ ab angelis meruit custodiri. Hier. Magna dignitas aīarum, vt unaquæque ab ortu suæ natiuitatis angelum habeat ad sui custodiam deputatum. Libenter. n. angelus hoī ministrat pp hoīs dignitatem, necessitatem, & suam utilitatē. Dignitas hominis in hoc attenditur ꝙ natura diuina associata est naturæ humanæ in eādē ꝓsonā. Et iō homo est frater Dei, & honor q̄ exhibetur homini in Christum fratrē refunditur. Necessitas hominis est quia diabolus sæpe rationem in hoīe seducit uoluntatē allicit, opprimit uirtutem, ideo necesse est ut angelus rōnem erudiat per suam sapientiam, uoluntatē inflammet per charitatē ignitam, & uirtutē roboret per exhortationem internā. Vtilitas uero angeli est, quia eorum ruina dēt ex saluandis hoībus restaurari. Dicit aūt Augu ꝙ tot hoīes saluabuntur, quot angeli ceciderunt Gregor. dicit, quòd tot homines saluabuntur, quot remanserunt angeli. Alij dicunt ꝙ in cęlo erunt duæ societates numero æquales. Vna erit societas angelorū, quorum ruina de solis uirginibus restaurabitur. Et alia est societas hominum aliorum. Quarto narratur magna utilitas cū dicitur, ut custodiant

Angel⁹ quare hoī ministrat.

diant te in omnibus uijs tuis. Custodiunt.n.hominē in uita, in morte, & post mortem. In uita quidem a tētatione diabolica conseruādo Hoc significatum est in angelo, qui dæmonem ligauit, & in abyssum misit. In bonum gratia eos proficere faciendo.s. in bonum gratiæ præuenientis, proficientis, & perficientis. Viuit dominus, qa custodiuit me angelus eius, & hinc euntem, quo ad gratiam præuenientem, & ibi commorantem, quo ad gratiam proficientem, & inde huc reuertentem, quo ad gratiam perficiētem. Bona eorum in conspectu Dei repræsentādo, s. orationes, ieiunia, eleemosynas. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna magis quam thesauros auri condere &c. Secundo angelus custodit hominem in morte. Aīa nanque tunc quatuor incommoda patit. Vnum est, q̄a timor mortis eam affligit: Contra hoc sępe sanctis uiris angelus suam saluationem reuelat, & sic timorem excludit, & lætanter animam exire facit. In lętitia egrediemini. Secundum est, q̄a Deus rōnem requirit. Contra hoc angelus Deum sibi reconciliat. Vnde Bern. super Can. Discurrit angelus medius inter dilectum & dilectam uota offerens & referens dona, excitat istā, placat illum. Tertium est, quia diabolus animā recipere contendit. Cōtra hoc angelus diabolum fugat, Hoc significatum est, Vbi cū Iacob Esau ualde timeret, angelos obuios habuit, ipsū adiuuare paratos, & ait. Castra Dei sunt hæc. Quartū est, quia peccatorum multitudo ipsam terret, & sollicitam reddit. Cōtra hoc angelus sępe peccata dimissa reuelat. Dixit Gabriel. Ab exordio precū tuarum egressus est sermo. Glo. i. snīa Deo. Et sequitur. Ego autem ueni ut indicarem tibi. s. peccata esse dimissa, quia uir desideriorum es. Tertio angelus custodit animam post mortem in omnibus uijs suis. Tres.n. sunt uiæ. Vna quæ ducit ad infernū, alia ad purgatorium, tertia ad cęlum. In prima uia angelus animam custodit, ne per eam incedat. Vn̄ talis anima regratiat Deo dicens: Nisi, quia dominus adiuuit

Hoīem ī triplici statu custodiunt.

Apo.20

Iudi.13

Tho 12

Aīæ in morte.4 incommoda.

Esa. 55.

Gen.32.

Dan. 9.

Aīæ uię 3.

iuuit me, s. p angelū suū paulominus habitasset ī Iferno aīa mea. In scđa uia eam custodit, qa ipam purgādā ad purgatoriū ducit, & purgatam inde educit. Dixit angelus. Ego sanum ducam & reducam filiū tuū. In tertia uia eā custodit, quia ipsam in cęlū fęliciter introducit. Ecce ego mittā angelū meū q te custodiat in uia, & inducat in terrā quā promisi patribus tuis.

Psal 93.

Tob. 5.

Exo. 24.

Sermo cclvi. De eodem sermo vt Eorum obedientia, dignitas, operationis, strenuitas, & feruens charitas insinuatur.

Psa. 103

QVi facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignē urētē. Angelus est nomē officij, spūs autē est nomen naturę, minister nomen operationis, ignis uero nomē ardētis amoris. In pmissis ergo uerbis quatuor de angelis cōsideranť. Primū est obedientiæ uolūtas, cū dr: Qui facit angelos. Sunt nanq; angeli Dei nūcij q uadūt & discurrūt s̄m Dei imperiū. Vñ Dionysius distinguit in angelis triplicē motū, s. circulare, rectū, & obliquū. Circulari motu mouenť cum ad Deum mouenť. Recto ad nos mittunť. Obliquo vero, qui ex recto & circuli motu componiť, qñ. s. & nobis ꝓuidēt, & in Deū immobiles manēt. Sic. n. ad nos mouenť, ut a Deo minime auertanť. Scđo in angelis cōsiderať naturæ dignitas. cū dr: Spūs. Aug. Sicut aurū corruptum melius est quā argētum incorruptum, & argentū corruptū melius quā plūbū incorruptū, sic ēt quilibet corruptus spiritus melior est quā corpus incorruptū. Et ho c est rōne simplicitatis naturę. Quāuis. n. angelus dignior sit homine propter naturæ simplicitatem, hō tñ est dignior angelo propter assumptā a Dei filio humanitatem, hō. n. magis attinet Christo quam angelus. Quod tribus modis ostendi potest. Primo, quia Deus angelum de progenie sua fecit, quando ad imaginem & similitudinem suam fecit eum. Hominē uero fecit de progenie sua, quia

Hō magis ad Xp̄m attinet q̄ Angel⁹

quia ad imaginẽ & siñitudinẽ suã fecit eũ. Et insuper se fecit de ꝓgenie nr̃a, s. qñ verbũ caro factũ fuit. Secundo, qa angelus tm̃ attinet Xp̃o ex parte patris, qa Deus pr̃ est pr̃ Xp̃i, s. p æternã gñationẽ, & est pr̃ angelorũ p creationẽ. Hoĩ uero Xp̃s attinet ex parte patris, sicut angelis, & ex parte mr̃is q̄ non est angelus. Tertio, qa Deus cõtraxit parẽtelã cũ angelo solũmõ dãdo, qñ, s. filiã suã, i. imaginẽ suã eis dedit. Cũ hoĩe uero cõtraxit dãdo filiã suã, i. sãguinẽ suũ, & recipiẽdo sororẽ nr̃am, i. humanã naturã. Tertio cõsideratᷣ ĩ angelis operationis strenuitas, cum dr̃: Et ministros suos. Vt aũt uideamus illa quæ nobis ministrãt. Notãdũ est ſm Aug. ꝙ quædã sunt bona infima, q̄dam media, & q̄dam suprema. Bona infima sunt bona tpalia, quæ angeli nobis ministrãt ad sustẽtationem; Et hoc significatum est, Vbi angelus ministrauit Helyę cibũ & potũ. Bonis operibus per eũ repleti sumus. Media uero bona, sũt bona spũalia, q̄ angeli nobis ministrãt ad iustificationẽ. Quia nos illuminãt ad cognitionẽ. Hoc significatum est in angelo de quo dr̃, ꝙ terra illuminata est à claritate eius. Inflãmãt nr̃m amorem. Hoc significatũ est. i. angelis q in curru igneo, & eqs igneis apparuerũt. Et excitant nostrã operationẽ. Angelus dñi excitauit me quasi hoĩem qᷣ excitatᷣ a somno. Bona uero suprema sunt bona cœlestia, quę nobis ministrant ad glorificationem, portant. n. aĩas nr̃as ipsas in manibus suscipiendo. In manibus portabũt te. Vñ cãtat ecclesia. Archãgele Michael cõstitui te princípẽ super oẽs aĩas suscipiendas. Susceptas uero per uiam reducendo. Ecce ego mitto angelum meũ qui custodit te ĩ uia &c. Deductas uero Deo rep̃sentãdo. Hoc significatũ est in illo mẽdico quẽ angeli in cœlũ deduxerunt, & Deo rep̃sentauerunt. Quartò in angelis cõsideratᷣ feruẽs charitas, cũ dr̃, Ignẽ urẽtẽ. Dñr aũt angeli ignis urẽs duplici de cã. s. qa ardẽt p amorẽ & lucẽt p cognitionẽ. Scd̃m aũt Dionysium amor hẽt triplicẽ uim. s. eleuatiuã, qa eleuat ĩferiora supioribus,

3. Re. 19
Thob. 12.
Apo. 19
4. Reg. 2
Zac. 4.
Psal. 90
Exo. 23.
Luc. 16.
Angeli quare ignis dicantur.

tibus, coordinatiuã, quia coordinat æqualia coæqualibus; inclinatiuam, quia inclinat superiora inferioribus. Istam autẽ triplicem uim amor in angelis operatur. Et quantum ad hoc ipsi angeli uocantur ardores sempiterni, lãpades ignitę, & carbones accẽsi. Nã inquãtum amor habet in angelis uirtutem eleuatiuã per quam ad Deum eleuantur, & ab ipso inflammantur, dñr ardores sempiterni. Quis habitare poterit

Esa. 33. de vobis cum ardoribus sempiternis? Inquantum autem hẽt in eis uim inclinatiuam per quam ad nos inclinantur, & ad Deum nos inflammant, tunc dñr carbones accensi.

Eze. 1. Similitudo amimalium & aspectus eorum quasi similitudo carbonum ignis ardentium. Inquantũ uero hẽt uim coordinatiuã per quam se inuicem coordinãt, & in Dei amorem inflammãt, dñr lapides igniti.

Ibid. 18 In medio lapidum ignitorum ambulasti. Scdo ipsi angeli dñr ignis, quia lucent per cognitionem.

Eorum triplex cognitio. Hñt, n. triplicem cognitionem, s. matutinã, uespertinam, meridianam. Cognitio uero matutina est prout cognoscunt res, in uerbo. Cognitio uespertina est prout cognoscunt res, prout sunt in propria natura. Sicut autem mane est principium diei, uesper aũt terminus, ita cognitio dr̃ matutina ſm, ꝙ res sunt in ipso primo principio. Vespertina aũt ſm, ꝙ in ꝓpria natura consistunt. Et cognitionem meridianam habent inquantum Deum aperte & clare cognoscũt.

Can. 1. Et istam cognitionem sponsa petebat dicens: Indica mihi ubi pascas, & ubi cubes in meridie. Et quantum ad istam cognitionem triplicem ipsi angeli tripliciter nominantur, s. astra matutina.

Iob. 38. Vbi eras cum me laudarent astra matutica. Specula pura Dionysius. Angelus est imago Dei, manifestatio occulti luminis, speculum purum, incontaminatum, immaculatum. Lumina secunda. Dam. loquens de angelis dicit eos esse lumina secunda intellectiua, ex principio sine principio illuminationẽ habentia. Lumen primũ & principale est ipse Deus cũcta illuminãs, & a nullo

illu-

Illuminatus. Sed lumen secundum est ipse angelus ab ipso primo lumine illustratus. Lumen autem tertium potest homo uocari, qui sæpe ministerio angeli mediante diuinas illuminationes recipit.

Sermo cclvij. De eodem sermo iij Quomodo angelorum ordines abinuicem distinguuntur, qualiter homines ad eorum choros assumantur, & qualiter mittuntur, ostenditur.

NVnqd nosti ordinē cęli & pones rōnē eius ī terra? Cū de rebus p triplicē modū notitia habeatur, s p reuelationē diuinā, p eruditionē humanam, & p inquisitionem ppriā: Ordinem cęli, q cōsistit in hierarchijs & ordinibus angelorū, B. Paulus vsq; ad tertiū cęlum raptus cognouit p diuinā reuelationē. Dionysius p Pauli eruditionē, cęteri autem doctores cognouerunt p reuelationem Dei, & p eruditionem Pauli & Dionysij, aut p inquisitionē pprij studij. De isto ergo ordine cęli tria sūt vidēda. Primo qualr ipsi ordines abinuicē distinguunt, q quidē distinctio haberi pōt ad distinctionē & similitudinē regalis curiæ, ubi sunt quidā q circa psonā imperatoris assidue cōuersant. Similes his sūt ordines primę hierarchię. Eorū aūt q circa psonā regis cōuersant, hoc qbusdā cōpetit rōne familiaritatis, & amicitiæ, ut sunt amici, filij, & cubicularij. Et istud spectat ad Seraphin, q Dei familiaritate p oīb. sūt dilecti. Gre. Seraphin sūt illa agmina q ex singulari ppinqtate cōditoris sui incōparabili ardent amore. Quibusdā aūt hoc cōpetit rōne sapiētię, ut sunt philosophi, & cōsiliarij: & istud spectat ad cherubin, q Dei cognitione & sapiētia sūt pditi. Greg. Cherubin plenitudo scientiæ: & dr: sublimiora illa agmina cherubin uocata sunt; qa tāto pfectiori sunt plena sciētia, quanto claritatem Dei uicinius cōtemplant: Quibusdā aūt hoc competit rōne iustitiæ ut sunt iudices & assessores: & istud spectat ad thro-

Iob. 48.

Primo.

ad thronos. Greg. Throni Dei sunt, q̃ tāta diuinitatis gr̃a replent̃, vt ĩ eis dñs sedeat, & p̃ eos iudicia decernat. Alij sunt, qui circa negocia totius regni gñaliter occupantur. Sil̃es aũt his sunt ordines mediæ hierarchiæ. Eorũ āt quidā hoc faciũt p̃ modũ imperādi, vt sunt regalis curiæ dñi, & istud spectat ad dñationes. Ad quos p̃tinet alijs angelis inferioribus p̃esse, & eis
Zac. 2. diuina ministeria imperare, qđ innuit̃. Vbi unus angelus imperauit alteri dicēs: Curre & loquere ad puerũ istũ &c. Quidā uero faciũt p̃ modũ operādi, vt sũt iustitiarij, & istud spectat ad virtutes, quarũ ẽ ardua opari, vñ attribuit̃ eis operatio. Gre. Virtutes uocant̃ illi spũs p̃ quos signa & miracula frequẽtius fiũt. Quidā vero hoc faciũt p̃ modũ pugnādi, vt sũt milites & legiones. Et istud spectat ad p̃tātes q̃ cõtra dæmões hñt pugnare & eorũ potẽtiā refrenare. Gre. P̃tātes uocant̃ hi angeli, q̃ hoc p̃ cæteris potẽtius p̃ceperũt, vt eorũ iurisdõni p̃tātes aduersæ subiectę sint. Alij uero ad loca determinata vel negocia regis spāl'r deputāt̃. Sil̃es his sũt ordines tertię hierarchię. Eorũ āt q̃dā hoc faciũt p̃ modũ legatorũ, & istud ad principatus spectat. Quidā uero p̃ modũ simpliciũ ministrorũ, & istud p̃prie spectat ad Archāgelos. Quidā vero p̃ modũ cursorũ & nũciorũ, & hoc spectat ad angelos. Vel dicẽdũ ẽ q̃ q̃dā p̃sunt prouincijs. Et isti sunt de ordine principatus. Quidā ciuitatibus & locis. Et isti sũt de ordine Archāgelorũ. Quidā singularibus p̃sonis, & istud spectat ad angelos. Scđo uidẽdũ est qual'r hoĩes ad ipsorũ angelorũ choros assumant̃. Quidā. n. assumunt̃ ad ordines inferioris hierarchiæ, & istorũ tria sunt gñia. Quidā. n. sunt simplices & illiterati, uerbo tñ & exẽplo q̃tum possunt ędificātes alios, & isti assumunt̃ ad ordinẽ angelorũ. Greg. Sunt pleriq; q̃ parua capiunt, sed tñ pie hæc annũciare fratrib. nõ desistũt, isti in angelorũ numerũ currũt. Quidā uero sũt magna intelligẽtes, & sollicite alios admonẽtes, illi ĩ ordinẽ Archāgelorũ assumunt̃. Gre. Sũt nõnulli, q̃ sũma cape & nũ
ciare

ciare ꝑualent,quo isti nisi in Archãgelorum numero deputanť. Quidã sunt ꝑ uitæ ꝑfectionẽ aliorũ merita trãscẽdẽtes illi assumũť ad ordinẽ principatuũ, Gre. Sũt nonnulli,q̃ ẽt electorũ hominũ merita transcendũt,cũq; bonis meliores sint,sortẽ suã nisi inter principatuũ numerũ acceperũt. Vel põt dici,ꝙ ad ordinẽ principatuũ assumunť illi q̃ bñ rexerunt suã principalẽ ꝓuinciã. Ad ordinẽ Archãgelorũ assumunť q̃ bñ rexerunt suã terrã & suã ecclam. Ad ordinẽ uero angelorũ assumunť q̃ bñ rexerunt suã ꝑsonã. Alij uero assumunť ad ordinẽ mediæ hierarchiæ. Et istorũ tria sunt genera Quidã.n.sunt de aliorum corporib.& aĩabus peccata & dęmones expellentes. Et isti assumunť ad ordinem ptãtum. Grego. Sunt nonnulli q̃ ẽt de obsessis corporibus malignos spiritus effugant & expellunt, quo isti meritum suum nisi intra ptãtum numerum sortiuntur. Quidam uero sunt signa & miracula operantes. Et isti assumunť intra ordinẽ uirtutũ Gre. sunt q̃ mira signa ualenter operanť. quo isti nisi ad supernarum uirtutum sortẽ cõgruunt. Quidã uero sunt oĩbus in se uitijs dñantes. Et isti assumuntur intra ordinem dominationum. Greg Sunt nonnulli qui in seipsis cunctis uitijs dominanť, quo ergo isti nisi intra numerum dominationum currũt. Alij aũt assumũť ad ordines supremę hierarchiæ. Et istorũ tria sunt genera. Quidã.n.sunt ualde spirituales,& iõ de alijs iudicãtes. De quib. dr̃: Spiritualis hõ oĩa iudicat,& ipse a nemine iudicatur. Et isti assumunť ad ordinẽ thronorum. Greg. Sunt nonnulli q̃ sibimet uigilanti cura dominanť.& hoc in munere uirtutis accipiũt,ut iudicare se & alios recte possint,quorũ mẽtib.uelut ĩ throno dñs ꝑsidens,aliorũ facta examinat,q̃ ergo isti nisi throni sui cõditoris sũt. Quidã sũt Dei & ꝓximi charitate flagrãtes. Isti assumunť intra ordinẽ cherubin. Gre. Sũt nõnulli q̃ tãta Dei & ꝓximi dilectione pleni sunt,ut iure cherubin nominenť. Quia plenitudo legis est charitas. oẽs q̃ Dei & ꝓximi charitate ꝑ cętere 1.Cor.2

tis pleni sunt, fortē in cherubin pceperūt. Sūt nāq; q̄ dā ī igne amoris cōuersi, & in solo Dei desiderio anhelātes, isti assumunť intra ordinē seraphin. Gre. Sūt nōnulli q̄ supernę cōtēplationis facibus accēsi, in solo cōditoris desiderio anhelant, & quos uerbo tāgūt ardere ꝑtinus in Dei amore faciunt. Quid ergo istos nisi seraphin dixerim, quorū in ignē cor cōuersū lucet & urit. Tertio uidēdū est qualr mittunť. Seraphin
Esa. 6. q̄dē mittunť ad cordiū inflāmationē. Volauit ad me unus angelus de seraphin. Cherubin mittunť ad sciētiæ eruditionē. Hoc significatū est in angelo q̄ habe
Apo. 10 bat librum in manu. Throni mittunť ad iudicij informationem. Hn̄t nanq; ipsi throni iudices informare
Act. 7. ut legē intelligāt. Accepistis legē in dispositione an-
Gen. 16 gelorum. Dominationes mittunť ad sensuum dn̄io rōnis subiugationem. Hoc significatum est, Vbi angelus dixit Agar ancillæ, ut ad dn̄am suam rediret, & se sibi humiliaret. Virtutes mittunť ad miraculorū opa-
Apo. 20 tionē. Hoc significatum est in angelo Raphaele qui Thobiā illuminauit, & filium a deglutione piscis eripuit. Ptātes mittunť ad tētationum & dęmonum repſ-
Dan. 10 sionē. Hoc significatum est, in angelo q̄ sua cathena dæmonē & sua potētiā colligauit. Principatus mittūtur ad principum instructionē. Hoc significatū est, Vbi ponunť tres principes, s. Persarum, Græcorum, & Iudæorum. Archangeli mittunť ad singulorum rectorum eruditionem, & maiorum reuelationem. Vnde Archangelus Gabriel Zachariā docuit, & natiuitatē Christi nunciauit. Angeli uero mittunť ad singulariū
Luc. 16. ꝑsonarum defensionem, & minorum reuelationē, & animarum deportationē. Factum est ut moreretur mēdicus & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ.

Sermo cclviij. De glorioso Hieronymo sermo i. De quatuor uijs, per quas ambulauit, quidque ei in unaquaque euenerit.

Sap. 10. IVstum deduxit dominus per uias rectas. Præsēs uerbum potest exponi de B. Hieronymo qui uere iustus

ſtus erat. & multas uias fecit, in quibus uijs dñs eum deduxit. Prima uia eſt qua de patria ſua Romã uenit, & ibi ſibi quatuor acciderunt. Primo ibi aſſecutus eſt oĩum ſcĩarum magnã perfectionẽ. Nã in grammatica magr̃m habuit Donatum. In rhetorica: Victorinum, qui tantæ famæ ac ſcĩæ extitit, ꝙ imaginem in foro Romæ ſibi promeruit. Secundo magnam promotionem, qa cum ipſe eſſet triginta annorũ cardinalis pſ̃byter eſt ordinatus, & mortuo Papa dignus sũmo pontificio ab oĩbus acclamatur. Tertio paſſus eſt magnã perſecutionem, quia cum ipſe quorundã clericorum & monachorum uitia rep̃henderet, ipſi ei inſidias parauerunt, & per ueſtẽ muliebrẽ ei turpiter illuſerunt. Vñ Seuerus ait de S. Hieronymo. Iugis aduerſus malos fuit pugna. Oderunt eum hæretici, quia eos impugnare nõ deſinebat. Oderunt eum clerici, quia eorum uitã inſectabatur & crimina. Sed reuera oẽs boni eum admirant̃ & diligunt. Iſtas nãque perſecutiones ferebat patiẽter. Vñ dixit. Malefici in me garriũt, ſed ſcio ad regnũ cęlorũ pueniri p infamiã & bonã famã. Ferebat gratãter. Vñ in epiſtola ad Aſellam ſic ait. Gratias ago Deo, q̃a ſum dignus habitus quẽ oderit mundus, & pati pp Chriſtum. Ferebat deſiderãter, & idcirco dicebat. Vtinã ob dñi mei nomen infidelium turba me perſequeretur, utinã in opprobrium meũ ſolidus inſurgeret hic mũdus, ut tñ merear a Chriſto laudari, & ſuæ pollicitationis ſperare mercedẽ. Grata quidẽ & deſiderata tẽtatio eſt, cuius p̃miũ a Xp̃o ſperat̃. Iõ aũt iſtas pſecutiones ſuſtinuit patiẽter, gratanter, deſiderãter, qa ſciebat uerũ Xp̃ianũ pſecutiones pati dẽre. Vñ ipſe ait in epiſtola ad Hæliodorũ. Erras frater erras ſi putas Xp̃ianũ unq̃ perſecutionem nõ pati, tũc maxime oppugnaris ſi te oppugnari nõ sẽtis. Quartoromę paſſus ẽ a Deo magnã flagellationẽ, ſicut ipſe refert in ep̃la ad Euſtochiũ, cũ ipſe eſſet adoleſcẽs, ſeculares ſcĩas nimis ardẽter legebat Et circa hoc ſicut ibi dẽ refert in quatuor peccabat. Primo qa totũ tp̃s tali

lectioni dabat, de die Tulliū, de nocte legēs Platonē. Secūdo quia lecturus Tullium ieiunabat: lecturus autē euangelium nō abstinebat. Tertio quia post lachrymas pniæ legebat libros secularis scientiæ, cum potius tunc sacri libri fuissent legendi. Quarto quia stilum sacræ scripturæ uilipēdebat, & sibi Tullianā eloquentiā præponebat. Ideoque dominus eum graui infirmitate percussit. Et cū sibi exequiæ pararentur, subito ante tribunal iudicis est perductus, ubi a iudice cuius eēt cōditionis est interrogatus, q Christianū se esse rñdit. cui iudex ait. Mentiris. Ciceronianus es tu, & nō Christianus. Tandem promittens q de cætero literas seculares non legeret, ad corpus reductus est. Vñ dicit idem sup ad Gal. Plus quā quindecim anni sunt ex quo nunq̄ in manus meas gētiliū literarū auctor ascendit. Sed quid obrepit, dū loquimur uelut antiqui per nebulā somnij recordamur. Secunda uia est qua de Roma Constantinopolim est pfectus. ubi Gregoriū Nazanzenum magistrū habuit, & doctorē. Hic nanque est ille Gregorius de quo loquit idem Hier. in plogo super apologeticū, q duæ speciosæ puellæ sibi legenti, una in dextera, & alia in sinistra appa uerūt quas ipse toruo uultu q̄ essent pcunctabatur, & inquirebat. At illæ familiarius eum repugnautē amplexantes, & tenentes dū surgere uellet & abire, dixerūt, Ne moleste feras, & accipias iuuenis. Tibi nāq; familiares sumus, & una ex nobis sapia, altera castitas dr, & missæ sumus a Deo habitare tecum, quia iucūdum nobis, & mundum in tuo corde habitaculum præparasti. Et quia Gregorius Nazanzenus ista duo excellenter habuit, s. sapientiam, & munditiam, ideo B. Hieronymus ista duo ab eo didicit. Vnde ipse seuerus ait de Hieronymo. Non solum latinis & græcis, sed ēt hæbraicis literis ita instructus fuit, ut se illi in omni scientia nullus audeat comparare. Etiam B. Hieronymus habuit carnis munditiam, quia uirgo dicitur extitisse. Quia enim in sacræ doctrinę, & diuinę scriptu

ræ studio tã studiosus erat, ideo abhorrebat carnis uitia & uoluptates q̃ hmõi uiciorum causæ sunt. Vnde ait ad Rusticũ monachum. Ama sciẽtiam scripturarũ, & carnis uitia nõ amabis. Tertia uia fuit, qñ de Cõstãtinopoli ciuitate in Syriam est profectus, ubi heremũ petijt. Et ibidẽ quatuor annorum spacio in arctissima pœnitentia se afflixit. Sicut ipse ostẽdit in epistola ad Eustochium. Ibidem nãq; durũ habuit habitaculum. Vñ ait: Quotiens cõstitutus in illa uasta solitudine, q̃ exusta ardoribus solis horrendũ p̄stat monachis habitaculũ, putaui me Romanis ĩteresse delitijs, & seruiri delicatis cibarijs Romanorũ, dum uescebar de herbis mõtanis. Durũ habitũ. Vñ ait: Horrebãt sacco mẽbra deformia squalida cutis sinũ ęthiopice carnis obduxerat. Durũ lectũ, vñ subdit: Si, qñ repugnantem somnus imminens oppressisset, humi uix ossa hærẽtia collidebã. Durũ cibũ & potũ, vñ subdit: De cibis uero & potu taceo, cũ ẽt languentes aqua frigida utant, & coctum aliquid accepisse luxuriæ sit. Et tamẽ post talẽ & tantam asperitatem uir sãctus in carne sua aliquã adhuc sentiebat rebellionem. Vñ subiungẽs ait: Pallebãt ora ieiunijs, & mens desiderijs æstuabat, & tamẽ in frigido corpore solita libidinũ incẽdia pullulabant. Sed ista incendia per quatuor refrenabat sicut in eadẽ epistola ostendit. Primo p lachrymosam orationem, vñ ipse ait: Itaq; omni auxilio destitutus ad Iesu iacebã pedes, rigabam lachrymis, crine tergebam, per laborũ occupationem. Vnde ait ad Rusticũ. Cum essem iuuenis, & incentiua uiciorum crebris ieiunijs frangerẽ, tamen mens cogitationibus ęstuabat, ad quã edomandam cuidam hæbręo me in discipulũ tradidi, ut discerem hebraicum alphabetum. Per carnis macerationẽ, unde ipse ait: Repugnantem carnem hebdomadarum inedia refrenabã. Per scripturarũ feruentẽ amorẽ. vñ qđ in se expertus fuerat hoc Rustico monacho dicebat. Ama sciam scripturarũ, & carnis uicia nõ amabis. Quarta siquidem uia fuit, q̄ peracta a pęnitentia ad

Ei⁹ pęnitentiam

Tẽtationes per 4. refrenabat.

Bethleem rediuit. & ibi monasteriũ cõstruxit, in quo ꝑ quinquaginta sex annos totã uitã suã circa quatuor expẽdit. Primo circa scripturarũ diuinarũ interpretationem, & expositionem. Isido in lib. etymologiarũ. Hieronymus trium linguarũ peritus extitit, cuius siquidã interpretatio cæteris antefertur interpretationibus, quoniã & uerborũ tenacior est, & ꝑspicuitate sententiæ clarior, utpote a Christiano interprete uerior. Aug. cõtra Iul. Nõ cõtemnendũ arbitreris sanctũ Hieronymũ q græco, hebraico, & latino eruditus eloquio, in locis sctis, & literis sacris usq; ad ętatẽ decrepitã uixit. Scdo circa hospitũ susceptionẽ: unde ait cõtra Iul. In monasterio hospitalitati ex corde intendimus, & oẽs ad nos ueniẽtes præter solos hęreticos, lęta frõte suscipimus, atq; ueniẽtiũ pedes lauamus. Tertio circa corporis sui macerationẽ, nã adeo se affixit ieiunãdo, orãdo, & scribẽdo, ut ĩ suo stratu iacẽs fune ad trabẽ suspẽso, manibus erigeret supinus, ut officiũ monasterij exhiberet. Quarto circa officij ecclesiastici ordinationẽ. Damasus. n. Papa ad ꝑces Theodosij imperatoris rogauit Hiero. ut officiũ ordinaret diuinũ, q psalterium per ferias distinxit, & uersiculũ illũ Gloria pñi &c. in Nicena cõditũ synodo, in fine psalmorũ dicẽdũ instituit, & epistolas, & euãgelia prouide per anni circulum dicendum ordinauit, quod quidem officium dicendum, & legendum Papa approbauit, & ab omni ecclesia seruandum mandauit.

Vitã circa 4. expendit.

Sermo cclix. De eodem sermo ij Quomodo monachus perfectus: Cardinalis reuerentissimus, & doctor egregius extitit.

ECce quam bonũ, & quã iucũdũ habitare fratres in unũ &c. Sup hoc uerbum sic dicit Aug. Iste uelut dulcis sonus, & suauis melodia toti orbi notissimus, ut tuba spũs scti diuisos corpore cõgregauit in unum & monasteria plurima peperit. B. autẽ Hierony. fuit monach⁹ ꝑfectus, & quãtũ ad hoc sibi cõuenit, qđ dr:

Ps. 132.

Ecce quàm bonum &c. Fuit etiam cardinalis reuerentissimus, & quantum ad hoc sibi competit, qđ dicitur: Sicut unguentũ in capita &c. Fuit & doctor egregius, & quantum ad hoc sibi competit, quod subditur: Quoniam illuc mandauit dominus benedictionẽ &c. Circa primum est notandum, ꝙ tria sunt quæ faciũt monachum pfectum, scilicet uitæ bonitas, ideo dicitur: Ecce quàm bonum, & mentis iucunditas, ideo subditur: Et quàm iucũdũ, & cordium unitas, Ideo subditur: Habitare fratres in unũ. Quando igitur in ipsa religione est bonitas, & sanctitas, & unitas, tũc ipsa religio est Deo gratũ habitaculum. Vbi sunt duo uel tres congregati &c. Est angelo magnum solatium. Præuenerunt principes. i. angeli cõiuncti psallentibus. i. religiosi Deum laudantibus, in medio iuuencularũ. i. feruentium animarũ, tympanistriarum. i. corporum mortificatorum. Est homini magnum præsidium. Frater q iuuatur a fratre quasi ciuitas firma. Melius est duos esse simul quàm unum &c. Est etiã diabolo magnũ tormentum. Vnde dicitur de congregatione sanctorum. Terribilis ut castrorũ acies ordinata. Iucunditas aũt in religione causatur a grata societate. In tribus bene placitum est spiritui meo, q̃ quidem sunt probata grata coram Deo & hominibus, concordia fratrũ, amor proximorũ, uir & mulier sibi bene cõsentientes. Tũc nãq; est grata societas, quãdo fratres exterius inter se habent concordiam, & pacificam cõuersationẽ, & intus habent ueram & nõ fictam dilectionẽ. Et ideo dicitur, cõcordia fratrum, & amor proximorum. Et quãdo prelati habent ad subditos magnã beneuolentiã, & subditi ad prelatos ueram obedientiam. Et iõ subditur, & uir & mulier sibi bene consentientes. Per uirum nanq; intelligitur prelatus, qui debet subditos suos docere legem. Et per mulierem intelligunt subditi q debent prælatis suis humiliter obedire. Vnitas autẽ in religione causatur ex eo, ꝙ materia diuisionũ inde aufertur. Diuisiones enim & discordię causant

Monachum pfectũ, tria faciunt.

Mat. 18.

Psal.

Pro. 18.

Eccl. 3.

Eccl. 35

1.Thi.6 ex auaritia. Radix omnium malorum est cupiditas.
Pro. 13. Causantur ex superbia. Inter superbos sp iurgia sunt.
Iac. 4. Causantur pp carnalem concupiscentiam. Vnde bella & lites in uobis, nonne ex concupiscentijs uestris? quæ militant in membris uestris. In religione autē est uotum paupertatis, & iō non dēt ibi esse aliqua diuisio ex radice auaritię. Est uotum obedientiæ. Iō non dēt ibi esse diuisio ex radice superbię. Est uotum castitatis, ideo non dēt ibi esse diuisio ex radice carnalis cōcupiscentię. Istam unitatē B. Hieronymus habuit, quia paupertatem & humilitatem tenuit, & castitatem seruauit. Secundo fuit cardinalis reuerentissimus, iō sibi competit, quod dr̄: Sicut unguentū in capite &c. Caput quidem est summus pontifex in quo est unguentum, i. auctoritas & uelle dn̄i: Et dr̄ auctoritas prælatorum unguentum, quia, sicut quoddā unguentum est dulcoratiuum, quoddam est mortificatiuum, & utrunq; est sanatiuum. Sic & ptās prælatorū dēt esse dulcoratiua quo ad bonos, & mortificatiua quo ad malos, & sanatiua quo ad omnes. Quia ſm B. Aug. siue plectendo siue ignoscēdo, hoc solum inde agitur ut uita hoīum corrigatur. Istud caput hēt barbam, uestimentū, & oram uestimenti. Barba eius sunt cardinales sibi cęteris prælatis uiciniores. Est aūt barba ſm gl. indicium discretionis, maturitatis, uirilitatis, & alacritatis, quia ipsi cardinalis circa cās sibi cōmissas dēnt esse discreti, in discreta causarum examinatione: maturi, in matura causarum ponderatione: uiriles, in digna correctione: alacres in benigna exhortatione, ut illos quos puniunt benigne ad patientiam exhortentur. A capite igitur primo fluit unguentum in barbam, qa summi pōtificis auctoritas primo relucet in ipsis, deinde fluit in uestimētum. i. in alios p̄latos q post ipsos sunt maiores, & ecclesiam dēnt ornare per honestos mores. Deinde fluit in oram uestimenti, i. in alios prælatos minores & inferiores. Et qa Hieronymus fuit cardinalis, iō fuit barba summi pon-

Barba, qd denotet. (margin note)

pontificis in quam fluit unguentum auctoritatis & iurisdictionis. Tertio fuit doctor egregius, quod notat cum dicitur. Illic, id est in B. Hieronymum mandauit dominus benedictionem. Sancti enim doctores hñt benedictionem gratiæ. Qui abscondit frumentũ maledicetur in populis, benedictio super caput uendentium. Habuit etiam uitam æternę glorię. Qui ad iustitiam erudiunt multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Sed reuera ista duo non habent omnes doctores, sed tantum illi qui docent uerbo & exemplo. Sũt nanque quidam doctores delicati, quorum tria genera B. Hier. distinguit. Quidam enim sunt doctores gulosi, qui tamen docere uolunt abstinentiam, de his ad Aeliodorum dicit. Delicatus magister est qui pleno uentre de ieiunijs disputat. Alij sunt formidolosi qui tñ uolũt alios animare ad pugnam. Alij sunt delitiosi, qui tamen uolunt in cruentato milite reprehendere formidinem & ignauiam. Alij sunt luxuriosi, q tñ reprehendunt in fornicatione concubitum. De his doctoribus prædictis ait ad Pammachium. Delicata doctrina est pugnanti ictus dictare de muro. & cum unguentis ipse delibutus scit cruentum militem accusare formidinis. Hieronymus uero non fuit magister delicatus, quia non fuit gulosus, sed magnę abstinentiæ. Vnde dicit ad Eustochium. Repugnantem carnẽ ob dogmata inedia subigebam. Nec fuit formidolosus, sed magnę constantiæ, quia nec laudibus mouebatur per ineptam lętitiã, nec uituperationibus per impatientiam. Vnde dicit in prologo super Isa. Nec affectamus laudes hominum, nec uituperationes expauescimus. Nec fuit delitiosus, sed uita austerus. Vnde ait ad Eustochium de se, & de fratribus suis qui secum degebant: De cibo, & potu taceo, cum etiam languentes monachi aqua frigida utantur, & coctum aliquid accipere luxuria sit.

Pro. 11.

Dan. 12

Doctorũ dñia.

Sermo cclx De eodem Sermo iij Quomodo spirituali amicitia cum Augustino fuerit coniunctus pluribus signis aperitur.

Eccle.6. AMici fideles protectio fortis, qui autem inuenit illũ inuenit thesaurum &c. Amici fideles, & in amicitia fortes, & oĩ thesauro preciosiores, fuerunt Hiero.& Aug Dicit aũt Hier. in prologo sup biblia. Vera.n.illa necessitudo est,& Christi glutino copulata, quã non utilitas rei familiaris, nõ præsentia corporum, nõ subdola & palpans adulatio, sed Dei timor & diuinarũ scripturarum studia conciliant. Isti ergo sacri doctores in uera amicitia sunt cõiuncti, nõ pp aliquam tpalem utilitatem, qa ueritatẽ puram sp sibi mutuo scripserunt, sed pp Dei timorem & diuinarũ scripturarum amorem. Quod.n.fuerunt amicitia spirituali cõiuncti per multa signa apparet. Primum nanq; signum ueræ amicitię est, qñ amicus suum amicum iratum mox reconciliat. Istud signum B. August. ad S. Hiero.habuit scribens ei. Siquid uere me tenere, uel scio, uel credo, uel etiam puto in quo tu aliter sentis, sine tua iniuria conabor asserere. Quod autem pertinet ad offensionem tuam, cum te indignatum sensero, nihil aliud quam ueniam deprecabor. Secundum est, qñ amicus ab amico reprehendi affectat. Istud signum habuit Aug. ad Hiero. scribens ei, lędis enim me si tacueris errorem meum, quem forte inuenies in libris & dictis meis. Nam & ego amicissimam reprehensionem tuam si tranquillus accepero, non dolebo, melius nanque tumor capitis dolet cum curatur, nam dum ei parcitur non sanatur; hoc est, quod acute uidit qui dixit, utiliores esse plerunque inimicos urgentes, quam amicos obiurgare metuentes. Illi enim dum rixantur dñt uera quæ corrigamus. Isti uero minorem quã oportet exhibẽt iustitiæ libertatem, dum amicitiæ timẽt exasperare dulcedinem. Quapropter & si es ut tibi uideres lapsus forsã senectute corporis

non

non vigore animi, tñ in area dñica fructuoso laborè desudas; ecce præsto sum. Si quid perperam dixi fortius fige pedem, non mihi debet esse molestum pondus ætatis tuæ, dummõ contegat palea culpæ meæ. Tertium est, qñ amicus oẽm occasionem inimicitiæ & offensionis uitat & resecat. Istud signum habuit B. Hiero. ad sanctum Aug. scribens ei. Superest vt diligas diligentem, & in scripturarum campo iuuenis senem nõ puoces, nos nostra habuimus tempora, & cucurrimus quãtum potuimus, nunc te currente & longa spacia transmeante nobis det ocium. Quartum est ꝙ amicus amico oĩa secreta reuelet. Istud signum habuit B. Hieronymus ad August. scribens. De amicitia omnis tollenda suspitio est, & sic cum amico quasi cũ altero se loquendum. De isto etiam signo scribit B. Augu. econuerso ad Hiero. Cum hominem charitate christiana flagrãtẽ atq; mihi fidelem amicum fratrẽ meum sentio, quicquid ei cõsiliorum meorum & cogitationum cõmitto, sed non homini cõmitto illi in quo manet ut sit talis. Deus. n. charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Quintũ signum est, qñ amicus amicum absentẽ & ignotum facie amat. Et istud signum B. Aug. ad Hiero habuit scribens. Si. n. propterea te non nouimus, quia faciem corporis tui non uidemus, hoc mõ nec ipse te nosti. nam tu quoque faciem tuam non uides. Si autem tibi non ob aliud notus es nisi ꝙ nosti animum tuum, & nos eum non mediocriter nouimus ex literis tuis, quib. Deum benedicimus, qui nobis & omnibus, qui tua legunt, talem dedit. Sextum signum est, qñ amicus amici absentiam moleste portat. Istud signum August. ad Hiero. habuit scribens. Nihil equidem molestius fero in omnibus angustijs meis quas patior, quã tã longinquã tuę charitatis absentiã, cum si fieri posset quotidie te præsentem habere vellem. Septimum signũ est, qñ amicus de amico frequenter loquitur, & libenter eum nominat. Istud signum Hierony. ad Augu st.

habuit

habuit scribens. Omni tempore beatitudinem tuā, et ꝙ decet honorare, veneratus sum, inhabitantem in te dilexi dominum saluatorē. Sed nunc si fieri possit aliquid addimus & plenius, ut absque tui nominis mentione, ne vnam quidem horam prętererire patiamur.

Sermo cclxi De eodem Sermo iiij. Quomodo lucidam sapientiam, famam, conscientiam atque vitam habuerit, insinuantur.

Luc. 11. NEmo accēdit lucernā & ponit in abscōdito &c. Sicut peccator dr̄ tenebra, quia oīa q̄ in eo sūt tenebrosa sunt, sic vir iustus dr̄ lucerna fulgida, quia omnia quæ in eo sunt luminosa sunt. Ideo in præsenti euangelio de B. Hiero. quatuor ostendūtur. Primo nanq; habuit lucidam sapientiam & doctrinam, quod notatur in hoc ꝙ ipse vocat̄ lucerna accensa. Ista.n. lucerna radios suæ sapīæ non abscondit neque occultat, sed per totū mundum diffundit, iō subdit̄. Vt luceat omnibus, q in domo sunt. Quā sine fictione didici, & sine īuidia cōico, & honestatē illius nō abscōdo. Prius.n. dicit se didicisse, & postea cōicasse. Didicit aūt ipsā multiplr̄. Primo audiēdo. Audiuit.n. Donatū in grāmatica. Victorinum in Rhetorica. Grego. Nazēzenū in Theologia. Vn̄ ipse d̄t ad Hæliodorū. Dū essē iuuenis miro feruebā discēdi ardore, nec iuxta quorundā p̄sumptionē ipse me docui. Audiēdo ēt plus proficimus quā legendo, vnde ipse dicit sup ad Gal. Scriptura ædificat lecta, sed magis ꝓdest si de lectis vertatur in voces. Scd̄o didicit legendo. August. contra Iulianū. S. Hieronymus oēs vel pęnè oēs, qui ante ipsum de doctrina ecclesiastica scripserunt, legit: ipse Hiero. dicit contra Iouinianum. Operis ac studij mei est multos legere, ut ex pluribus diuersos flores sic carpam, quæ bona sunt electurus. Iō dicit ad Nepotianū. Diuinas scripturas sępius lege, immo de tuis manib. sacra lectio numquā deponat̄. Tertio didicit

Sap. 7.

Sapīam qūo didicerit.

dicit meditando,quia die ac nocte meditabatur. In lege domini meditabitur die ac nocte. Comede uolumen istud. Cibus etenim, qñ comeditur masticatur, deinde sic in stomachum trahitur, vnde digestus in membra deriuatur,sic tandem incorporatur &c. Sancti doctores uerbum Dei masticãt frequẽti meditatione, & trahunt in stomachum memoriæ & deriuãt in subditis suis per assiduitatem doctrinæ, & eis incorporant per exemplum vitæ. Quarto didicit conferendo. Vnde ait ad Augustinũ in epistola. Tristes hæc dictauimus,vt mereremur complexus tuos & collatione mutua doceremus aliquid vel disceremus. Quinto didicit,& abstinendo, quia magnam abstinentiam faciebat, & corpus suum ieiunijs macerabat, quia sicut ipse dicit ad Hæliodorum. Pinguis venter non gignit tenuem sensum. Sexto didicit vsq; ad senectutem sacris literis insistendo, vnde de eo dicit Augustinus, ꝙ in locis sanctis & literis sacris vsq; ad decrepitam ætatem uixit. Nam sicut ait idẽ Hiero. ad Aug. Ad discendum quod opus est nulla mihi ætas sera uideri potest,quia & si senem magis deceat docere quã discere,magis aũt decet discere q̃ ignorare. Quanto aũt Hierony. senior erat, tanto solidiores sententias proferebat, vnde ait ad Aug. Memento uulgaris prouerbij, ꝙ bos lassus fortiter figit pedem. Secundo habuit lucidam famam,quod notatur per hoc quod dr̃, Lucerna super candelabrum posita. Esse autem super candelabrum ecclesiæ tribus modis potest intelligi. Vel quantum ad officium, quia est doctor uniuersalis. Vel quantum ad uitæ meritum,quia fuit eminentis uirtutis. Et propter ista duo toti mundo erat notissimus. Vnde dicit de eo Augustinus. & ipse tanquã lampas ab oriente in occidentem instar solis resplẽduit. Vel potest accipi quantum ad gradus sublimitatem, quia fuit in ecclesia Dei presbyter cardinalis. Tales enim sunt in ecclesia sancta sublimandi, qui uita & doctrina sunt lucidi. Sicut enim Deus luminaria

Psal. I.
Eze. 3.
Notandum.

ria in cœlo posuit, & bruta animalia in terra dimisit. Sic & doctores luminosi essent in ecclesia promouẽdi. Et brutales hoĩes relinquendi. Tertio habuit lucidam intentionem & conscientiam cum dr̃: Si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum lucidum erit. Et dr̃ ibi corpus uniuersitas operum. Sicut n. corpus iuris dr̃ vniuersitas legũ, & corpus ciuitatis uniuersitas ciuium, & corpus naturale vniuersitas membrorum; sic corpus morale dicitur uniuersitas operum. Si igitur oculus intẽtionis fuerit purus & rectus, om
Pro. 10. nia opera eius erunt pura & recta Isti aũt oculo intẽ-
Eze. 23. tionis quatuor sunt nociua. s. fumus superbiæ. Sicut
Psalm. acetum dentibus, sic & fumus oculis &c. Fluxus hu-
Psalm. morum luxuriæ. Sicut fluxus equorum fluxus eorum. Puluis auaritiæ. Oculos suos sta declin in terrã. Ignis iracundiæ. Supercecidit ignis & non uiderunt solẽ. Nullo tñ istorum modorum oculus B. Hierony. lędi potuit, nec fumo superbię, qa ualde humilis fuit, nec puluere auaritiæ, quia omnia terrena contempsit, nec igne iracundiæ, quia patiens fuit, nec etiam fluxu luxuriæ, quia uirginitatem seruauit. Et quãuis dicat in epistola ad Pammachium. Virginitatem in cœlũ effero, nõ, quia habeo, sed magis miror ꝙ non hẽo. Creditur tñ ꝙ ex humilitate hoc dixerit, & forte uirginitatem, iõ se hr̃e nõ reputabat, quia carnis incentiua sæpe perpessus, fuerat: Vnde ait in epistola ad Rusticum monachum. Væ nobis, qui quotiens concupiscimus, totiens fornicamur. Et contra Iouinianũ sic ait: Illa virginitas hostia Christi est, cuius nec mentẽ cogitatio, nec carnem libido maculauit. Ex quibus uerbis satis colligitur ex quo sensu dixerit se uirginitatem nõ hr̃e. Quarto habuit lucidã uitã cum dr̃: Si ergo totum corpus tuum lucidum fuerit &c. Illa namque opera sunt lucida q̃ ab omni amore terreno sunt purgata. Sunt aũt quædam terrena in quibus hõ hẽt solum administrationem, sicut bona ecclĩastica, & ista relinquere est pfectio magna. Quædã uero sunt quæ

homo

homo possidet per hæreditariã successionẽ, sicut sũt bona paterna, & ista relinquere est perfectio maior. Quædã uero sũt q̃ possidet per proprium studium, sicut sũt bona proprijs laboribus acquisita, & ista relinquere est perfectio maxima. Beatus uero Hiero. tãtæ perfectionis fuit, ꝙ reliquit bona ecclesiastica, qa cũ esset cardinalis, officio, & beneficio cessit. Reliquit paterna bona, quia omnem hæreditatem deseruit, & ob amorem apostolorum Romã uenit. Bona uero ꝓprijs manibus acquisita si habuisset reliquisset. Vñ dicit in prologo Iob. Si aut fiscellã iunco texerem, aut palmarũ folia cõplicarẽ, ut in sudore uultus mei uescerer pane meo, nullus reprehenderet. Nunc autem, quia iuxta sententiam saluatoris uolo operari cibum qui non perit, error mihi geminus crescit & infigitur.

Sermo cclxij. De sancto Francisco confessore Sermo 1. Quo ad animam, & quo ad corpus sanctus fuit.

QVi sanctus est sanctificetˀ adhuc &c. Sancti uiri quantumcumq; sũt sc̃ti in corde, nihilominus sc̃tificari uolunt in corpore. Emundemus nos ab omni inquinamento carnis & spũs. Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. Ista duo excellẽter habuit B. Frãciscus, s. corpus sc̃tm̃ & aĩam, ut de eo ueraciter dici possit. Qui sc̃tũs est. s. in anima, sanctificetˀ adhuc in corpore. Primo siquidẽ habuit corpus sc̃tm̃, qa omnia quæ in ipso fuerunt sc̃tã erãt. Incipiamus igitˀ a capite & descẽdamus usq; ad pedes, uidebimꝰ, ꝙ a planta pedis usq; ad uerticẽ nõ erat in eo nisi sc̃titas. Sancti siquidem fuerunt capilli beati Francisci. Cum enim domus cuiusdam minaretˀ ruinã, ille modicũ de capillis eius accepit, & in scissuras posuit, & domus firmata permansit, quã nimirum sancti uiri capillus stabiliuit fragilis. Secundo fuerunt sancti oculi eius de qbus ipse deuotas lachrymas emittebat, & tãtas & tã assiduas ut infirmitatẽ incurreret oculorum.

Apo.22

2.Cor.7

Psal.

Et cum moneret ut sibi a fletu parceret, respondebat. Non est ob amorem luminis, quod commune hēmus cum muscis expellēda internę uisitatio lucis. Tertio sanctę erāt aures eius quæ uocem diuinā & iubilationem angelicā audire meruerunt. Tribus nāq; uicibus uocem diuinā audire promeruit. Prima erat uox paternæ increpationis, quam in Apuliam profectus audiuit: Quis pōt tibi melius facere, dn̄s an seruus, diues, an pauper? Ex tunc aūt amor terrenorum sibi uiluit, & in amorē Dei totus exarsit. Secūda fuit uox magnę eruditionis quā audire meruit in hæc uerba. Frācisce amara pro dulcibus sume, & teipsum cōtēne, si me cupis & uelis agnoscere. Et istā uocem nō surda aure audiuit, sed oīa aduersa gratanter sustinuit & de suo corpore non curauit. Tertia fuit uox magni amoris q̄ uocem audire meruit, qn̄.s. crucifixus sibi de cruce locutus est dicens: Francisce uade repara domum meam, q̄ ut cernis tota destruitur. Ab illa aūt hora in amorē & compassionem crucifixi eius aīa fuit totaliter liquefacta. Sanctus ēt Ftanciscus audiuit angelicā iubilationē. cum.n. semel ęgrotaret angeli sibi dulcissimū edidere cōcentum, ex qua iubilatione eius aīa magnū recepit gaudiū, & corpus magnū alleuiamentū. Quartum fuit sanctum os eius. Verba enim quæ de ore Frācisci procedebāt tantę fuerunt uirtutis, ꝙ si quem benedicebat benedictus erat. Sicut bene patet in illo q uxorem suam a salubri proposito impediebat, cui sanctus uir suā benedictionem misit dicens: Fili nunc tēpus est misericordiæ, & postea tēpus est æquitatis. Ad quod uerbum ille fuit protinus immutatus. Sed & si quē maledicebat ille erat maledictus, unde cum quædā sus agnum mansuetissimum comedisset, illi maledixit, & statim illa sus mortua fuit. Etiā cū q̄dam puella fuisset lumine oculorū priuata, & uir Dei de sputo suo eius oculos liniuisset, illa puella ꝓtinus est curata. Quinto fuerūt sāctæ manus eius, q̄ fuerūt stigmatibus cōsecratæ. ita, ꝙ ea q̄ tāgebat scā erāt. Nā sępe pa-

Tribus uicibus diuinā uocē audiuit.

nis ab eo tactus infirmos comedẽtes ſanabat. Quidã .n cũ inter niues gelidas deficeret, manib B. Frãciſci cõtrectatus, mox fuit ĩ corde & corpore mirabiľr inflãmatus , nec mirũ ſi illę manus frigidos inflãmãt q̃ ignitos carbũculos.i. Chri ſtigmata deferebãt . Sexto ſanctæ fuerũt ungues eius. Cũ. n. qdã frater tẽtaret, de unguib. ſcti pris Frãciſci hẽre cupiebat, qđ ille in ſpiritu recognoſcẽs dixit ei , ueni fili præcide mihi ungues. Ille aũt cũ lętitia iuſſa cõplẽs ꝓ reliqjs p̃ſciſſuras ipſas ſeruauit, & oĩ tẽtatione fugata multã cõſolationẽ recepit. Septimo ſctã fuit ſcriptura eius . Cũ.n. qdã frater tẽtaret cogitauit ꝙ ſi de ſcriptura B. Frãciſci aliqd acciperet, oẽm tẽtationẽ uincere poſſet . qđ ille in ſpũ recognoſcẽs fratre illo uocato, quaſdã laudes ei ĩ cedula ſcripſit & ſibi dedit, & oĩs tẽtatio ab eo receſſit. Octauo ſctã fuit chorda eius. Cũ.n. qdã chordã qua uir Dei fuit accinctus cũ deuotione ſeruaret, chordã illã ſæpe in aquam intingebat, & oẽs infirmi ex illa aqua potãtes efficiebãtur ſani. Nono fuit ſctm̃ corpus eius, tũ qa fuit lateris uulnere dedicatũ, tũ qa erat duob. enſib. crucis p̃munitũ qa erat oĩ puritate mundũ. Vñ cũ quadã uice in carne ſua uideret motus aliqs pullulare caſtitatis amator, chorda ſe fortiſſime uerberauit dicẽs: Eia frater aſine ſic oportet te manere ſic ſubire flagellũ. Decimo ſctĩ fuerunt pedes eius: qa fuerũt Xpi ſtigmatibus cõſecrati . Vñ cum oues & boues ĩ ꝓuincia Reatina peſtis cõſumeret , qdã aquã cũ qua pedes ipſiꝰ loti fuerãt, cũ deuotione reſeruãs, aĩalia illa aſpſit, & mox oĩs peſtilẽtia ab illis aĩalibus euanuit. Scđo aĩa eius fuit ſcã . Vñ cũ aĩa de eius corpore exiret uiſa eſt in ſpecie ſtellæ, cuius magnitudo inſtar lunæ, lux uero inſtar ſolis eſſe uidebat. Iſta ſtella fuit aĩa B. Frãciſci, q̃ inſtar lunæ erat magna pp immenſum amorem , quia ſcđm Bern. Qui charitatem magnam habet , eſt beatus & magnus , qui uero paruam habet charitatem, paruus eſt, qui nullam , nullus eſt. Inſtar ſolis erat lucida propter Dei cognitio-

nem. Et instar stellæ fuit incorrupta pp cogniti & dilecti ppetuā retētionē, hoc significatū est φ qbusdā fratrib. apparuit in specie currus ignei mirādi splendoris, sup quē glob. igneus lucidus splēdebat, q solis habens splendorē, noctem cōuertit in diem. Iō autem apparet in curru igneo. Quia eius aīa posita est in fornace charitatis accēsæ. Iō globus lucidus, qa immersa est in lumine diuinæ sapiētiæ. Iō instar solis, quia tota deificata est, & iō secura est de ęterna possessione.

Sermo cclxiij De eodem Sermo ij Quomodo Angelicus, virtuosus, & diuinus homo extitit.

Apoc. 7 Vidi alterū angelum ascendentem ab ortu solis habentē signum Dei viui &c. Christus ante primū aduentum qui erat aduentus mīæ, præmisit angelum. s. B. Ioannem Baptistam. Ante vero scdm aduentum suæ iustitiæ præmisit alterum angelum. s. B. Frāciscū. In pmissis aūt verbis tria de B. Francisco oñdunt. Primo φ erat hō angelicus cum dr: Vidi alterum angelum. In angelo siqdē sunt quatuor cōmendabilia, de quib. dicit propheta: Qui facit angelos suos spūs &c. s. obedientiæ uelocitas. Iō dicit angelos suos. i. nuncios, magna puritas, Iō subdit, spūs, magna humilitas. Iō dicit, & ministros suos, & feruēs charitas. Iō dicit, ignē vrentē. Propter ista quatuor B. Franciscus angelo assimilatur. Primo pp obedientiæ promptitudinem. Quatuor siquidem Deus B. Francisco præcepit. Primo vt aduersa lætanter acciperet. Scdo vt semetipsum contemneret dicens, Francisce amara pro dulcibus sume, quo ad primum. Et teipsum contemne si me cupis agnoscere, quo ad fm. Tertio ut suam ecclesiam repararet cum sibi dixit: Francisce uade repara domum meam. Quarto ut in se tm̄ & non in aliquo hoīe speraret dicens: Quis pōt tibi melius facere dñs an seruus, diues an pauper? Ad ista quatuor pcepta q ei Deus pręcepit, ualde obediens fuit. Primo, qa aduersa

Angelo assimilatur propter 4.

uersa lætãter sustinuit, vñ ipse dixit. Tm̃ est bonũ qđ expecto ꝙ oĩs pœna me delectat Dr̃ ẽt de eo ꝙ malebat de se audire uitupiũ q̃ laudis p̃coniũ, & cũ pueri post eum currerẽt, & lutũ ꝓijcerent, ipse sp̄ ad oĩa patiẽs fuit. Opprobria exprobrãtium ceciderũt sup̄ me. Psal. 68
Scđo seipsum cõtẽpsit, qa se maximũ pc̃tõrem reputa uit. Vñ cuidã suo fratri ĩterrogãti, quã opinionẽ de se hrẽt, rñdit: Videor mihi esse pc̃tõr maximus. Xp̃s uenit in hũc mundũ peccatores saluos facere, quorũ pri mus ego sum. 1. Thi. 1
Tertio ecclesiã Dei uerbo & exẽplo reparauit. Scias qũo oportet te in domo Dei conuersari &c. Ibid. 3.
Quarto spem suam in solo Deo posuit. Vñ sępe dicere consueuit cũ ꝓpheta. Iacta cogitatum tuum in dño, & ipse te enutriet. Psal. 54
Scđo assimilat̃ angelo pp̄ suã puritatẽ. Laborauit nãq; diabolus in cor B. Francisci quadruplicẽ suggestionẽ immittere. Aliqñ suggestionẽ fraudulentię, ut eũ a feruore spũs reuocaret dicẽs: Nullus est pc̃tõr cui pęnitẽti Deus nõ indulgeat, sed nimis se affligenti mĩam denegat. Ipse aũt istã suggestionẽ uicit p̄ sapĩam & discretionẽ, sciens ꝙ ꝑ hoc ip sum uolebat a feruore reducere. Nolite oĩ spiritui cre dere, sed probate spũs si a Deo sunt. 1. Io. 4.
Aliqñ suggestionem concupiscentiæ, sed istã suggestionẽ deuicit per carnis mortificationẽ, nã mõ cum chorda grauiter se uerberabat, mõ se in niuem magnam proijciebat, mõ cibos ne palatũ allicerẽt, aqua frigida uel cinere per miscebat. Mortificate membra uestra q̃ sunt super terrã. Col. 3.
Aliqñ materiam auaritiæ, qñ in uia sacculum plenum pecunijs repperit, sed nullo mõ accipe curauit. Tãdẽ a socio molestatus apiri iussit, & ecce serpẽs inde exiliẽs cum ipso euanuit. Oĩa arbitror ut stercora ut Christum lucri faciam. Phil. 3.
Aliqñ materiã impatiẽtiæ, sicut qñ ipsum grauiter uerberauit. Patientia Dei est uobis necessaria, nec mirum si diabolus nunq̃ in cor eius intrare potuit, quia fortissime munitũ fuit. Heb. 10
Quidam. n. uidit B. Franciscum fortissimis ensibus duobus in modum crucis signatum, quorum unus a capi

te ad pedes, alius autē a manu ad manum tendebatur. Si enim diabolus uolebat in illū intrare a superiori parte per fraudulentiā, ibi incidebatur ense sapiētiæ, si ab inferiori per cōcupiscentiā, ibi incidebatur ense castitatis & cōtinentiæ, si uero a dextris p prosperitatem & auaritiā, ibi incidebatur ense frugalitatis & tēperātię, si a sinistris per aduersitatē & impatientiam, ibi incidebatur ense magnanimitatis & patiētię. Tertio assimilatur angelo per excellentē humilitatē propter quā quadruplicem meruit exaltationem. Primo exaltatus est in ecclesia, quia factus est eius sustētator. Vnde summus pontifex cum lateran. basilicā subito minari ruinā conspiceret, uidit B. Franciscum eā suo dorso supposito sustentare. Ciuitas parua & uiri pauci in ea. Viri qdē multi sunt in ecclesia numero, sed pauci in ea sunt merito. Venit contra eam rex magnus, i. diabolus &c. Scdo exaltatus est in fama, quia toti mūdo fuit admirabilis & præclarus. Est homo abundans pauptate, & oculus Dei respexit illū in bonis. Tertio exaltatus est in doctrina, quia factus est fructuosus p̄dicator. Sapīa humiliati, s. B. Francisci exaltabit caput illius, & in medio magnatorum idest prædicatorum considere eum facit. Quarto exaltatus est in gloria, quia factus est ciuitatis cęlestis summus inhabitator. Sicut patet in uisione habita de sede sublimi. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Quarto assimilatur angelo pp feruētem amorem Ipse.n. totus fuit Dei amore plenus, quod patet per quatuor signa. Primo p corporis eleuationem, quia sæpe cum oraret uisus est totus a terra subleuari. Ista namque subleuatio corporis mentis eleuationem significat. Secundo per corporis calefactionē. Interrogatus enim quo modo tā tenui tunica posset a frigore arceri, respondit. Si ignis spiritus sancti interius nos calefaceret, caro nr̄a exterius frigus non sentiret. Inflammatum est cor meum & renes mei commutati sunt. Tertio per mentis eleuationem. Sancti enim uiri in mentis excessum rapti, exterius

[Margin notes: Exaltatio eius quadruplex. — Eccl. 9. — Eccl. 11 — Eccl. 11 — Iob. 22. — Psal. 72]

terius insensibiles redduntur, quia ab amoris violentia totaliter interius absorbentur. Vnde quadā vice cum S. Franciscus a populo comprimeretur, insensibilis per oīa videbatur, Scio hominē in Christo siue in corpore siue extra corpus &c. Quarto p ignis exterioris extinctionē. Martires enim Dei iō sępe vim ignis non sentiebant, q̄a ignis amoris ipsos frigidos reddebat. Ideo B Franciscus Soldano dixit, ꝙ cum sacerdotibus suis ignē intraret, & ille quē Dei clemētia ꝓtegeret, verā fidem haberet. Sciebat enim ꝙ ignis exterior cessisset ardori fidei, & igni amoris interni. Origenes. Mirabile genus medicamēti, vt ignis ignibus extinguatur. Scd̄o fuit hō virtuosus, quod notatur cum dicitur: Ascendentē ab ortu solis. In hoc enim, ꝙ ascēdit cum sole: notatur, qđ totus fuit illuminatus, inflāmatus, & deificatus. Primo ascēdit totus illuminatus ideo totū mundū tenebrosum illuminauit. Vidi aliū angelum ascendentē ab ortu solis &c. Et sequit: Et terra illuminata est a gloria eius. Terra nāq; est obscura, sicca & frigida. Et significat mundū, ubi sūt multi obscuri, idest erronei, multi frigidi, i. negligētes & tepidi, multi duri, i. obstinati. Terra erat inanis, quo ad tepidos, & uacua, quo ad duros, & tenebræ erāt sup faciem abyssi, quo ad obstinatos. Venit eīn sanctus Frāciscus portans secū tres radios, scilicet radiū doctrinarum per quē illuminauit obscuros, radium exēplorum p quē inflammauit tepidos, & radium miraculorum p quē cōuertit obstinatos. Tripliciter sol exurēs montes &c. Ipse n. excussit ignorantiam in erroneis radio doctrinarū: negligentiā in tepidis radio exemplorum, & duritiā in obstinatis radio miraculorū. Secundo ascendit totus inflāmatus, habuit. n. carbones accensos in ore, q̄a habuit ignita uerba. Surrexit Helyas quasi ignis. In corde, q̄a habuit ignita desideria. Nonne cor nostrū ardens erat in nobis &c. In corpora, quia habuit ignita stigmata Ecclesiastici. 38. Vapor eīn urit carnes eius. In sua actione, q̄a habuit ignita

2. Co. 12
Apo. 18
Gen. 18
Eccl 43
Eccl. 48
Luc. vl.

Ioã. 37. opera. Nonne vestimenta tua calida sunt &c. Tertio ascendit totus deificatus. Ex eo.n ꝙ cũ sole ascendit, eius similitudinem induit per stigmata quæ portauit.
Mat. 16 Siqs vult venire post me abneget semet. & tollat cru. suam & se. me. Tertio fuit homo diuinus. Et hoc tan-
Can.4. gitur cũ dr̃, habentẽ signum Dei viui. Istud signũ por
2.Cor.4 tauit in corde ꝑ amoris vulneratione, Vulneratus charitate ego sum &c. In corde ꝑ maceratio nem. Semper mortificationẽ Iesu in corpore vestro circunferẽtes.
Can.8. In parte ꝑ stigmatũ impræssionẽ. Pone vt signaculum me super cor tuũ. Hoc refertur ad vulnus cordis per amorem, vt signaculum super brachium tuum hoc refertur ad vulnus stigmatum per impressionem quia fortis est mors dilectio, hoc refertur ad vulnus corporis ꝑ macerationem. Sancti enim viri per dilectionem quam in se feruẽter gerunt, omnia vitia in se extinguunt.

Sermo cclxiiij. De stigmatibus S Francisci Sermo iij.

Gal.6. EGo.n. stigmata domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. In his verbis quæ ad honorem beati Frãcisci leguntur, tria implicant᷑. Primũ est qꝛ stigmata portauit, quod fuit indicium maximę charitatis. Quinq; enim fuerunt in corde eius q̃ fuerũt causa stigmatum in eius corpore. Primum fuit vehemẽs imaginatio, quòd aũt imaginatio imprimat patet per
Quæ fuerint stigmatum cã. duo exempla quæ ponit Hiero. in glo. Vnum est quòd dum quædã mulier æthiopem peperisset, & ex hoc a viro suspecta haberetur, inuentũ est hoc sibi accidisse ex quadam imagine ęthiopis quã ipsa cõspexit. Aliud
Gen.36. exemplum est quòd cum quædam mulier filium parẽtibus oĩno dissimilem peperisset, & ex hoc suspecta hr̃etur, inuentum est ꝙ talis imago in cubiculo habebat᷑. Dicit enim philosophus in lib. de animalibus: ꝙ cum quædã gallina gallũ vicisset: gallinæ ex imagine. s. victoriæ crista & calcanea sunt exorta. Sãctus ergo Frãciscus ĩ visione sibi facta imaginabat᷑ seraphin crucifixum, & tã fortis imaginatio extitit ꝙ uulnera

passionis

passionis in carnē suā impressit. Scdm fuit uehemens dilectio: ꝙ enim amor habet uirtutem imprimēdi. dicit Hugo de S. Victore: Scio aīa mea ꝙ quicquid diligis in eius similitudinem transformaris. Quia igitur amor passionis dñicæ in corde B. Francisci ardebat fortiter & feruēter: iō in carne suā faciebat mirabilia. Nunquid pōt homo ignem abscondere in sinu suo, vt vestimenta non ardeant? Tertium fuit uehemens admiratio: ꝙ enim admiratio imprimat, ostēdit Aug. cōtra Iulianum adducens exemplum ouium Iacob: ꝙ ex quadam admiratione uirgarum fętus varios cōcipiebant: videbat aūt Franciscus seraphin crucifixū, & admiratione & stupore nimio replebatur. Hæc erat uisio discurrēs in medio aīalium: splēdor ignis, & de igne fulgur egrediens. Quartum fuit uehemēs meditatio: qđ aūt meditatio imprimat sufficienter, patet. Vbi dr: Frequens meditatio carnis afflictio est. In meditatione mea exardescit ignis. Istam meditationem habuit Franciscus, qui Christi passionem quotidie meditari non cessauit. Meditaberis sedens in domo tua. Quinto fuit uehemens ipsius compassio: ꝙ aūt cōpassio imprimat patet: quia gallina ad pullos suos tanta cōpassione afficitur, ꝙ tota infirmari vr̄. Sic Franciscus ad Christi passionem tanta compassione mouebatur: ut cum eius passio in mentē ueniret, totus liquefieret: ac uix lachrymas cōtineret. Aīa mea liquefacta est, ut dilectus locutus est &c. Scdo per hoc quod portauit stigmata dñi ostēdit, ꝙ fuit præconium maximæ familiaritatis. Christus enim dedit B. Francisco stigmata tanquā arma sua, uexilla sua, sigilla sua, & testimonia sua. Ipse nanq; erat miles Christi, signifer Christi, legatus Christi, & p̄co Christi. Quia igit̄ erat miles Christi, ipse Christus dedit̄ sibi stigmata tanquā arma sua. Hoc patet ex eo ꝙ visus est munitus duobus ensibus in modum crucis. Ita ꝙ diabolus non poterat intrare in cor suū, nec a superiori parte per aliq̄ uanā spē, nec ab inferiori p aliquē inordinatum amorē, neq; a dex-

Prou. 6. Ezec. 1. Eccl. 11. Psal. 38 Deut. 6. Can.

tris

tris p aliquã inordinatã lætitiã, nec a sinistris per ali quem inordinatum dolorẽ: Scd̃o fuit signifer Chr̃i, iõ dedit sibi stigmata tanquã uexilla sua. Ad vexilli si quidem regalia hostes terrent, q fugerãt reuertunt, principes aĩantur, & cæteri cõgregant. Legit ꝙ qdã ex reuelatione diuina vidit crucẽ aureã ex ore Francisci ꝓcedentẽ, cuius summitas cœlum tangebat; cuius brachia uidebant usq; ad fines mũdi extendi. Per hoc ꝙ summitas cęlos tãgebat significabat ꝙ angeli ad uisionẽ stigmatum trahebantur in magnã admirationẽ. p brachiũ inferius significabat ꝙ dæmones du cebant ad magnã cõfusionem. Per brachiũ sinistrũ ꝙ ꝓtendebat ad aqlonẽ, significabatur ꝙ peccatores in Dei amore frigidi prouocabant ad cõuersionem. Per brachiũ dextrũ ꝙ ꝓtẽdebat ad austrum significat ꝙ fideles in Dei amore feruẽtes inducebantur ad deuo tionem. Tertio qa erat legatus Dei iccirco dedit sibi stigmata tãquã signa sua, ipse qdẽ tãquã legatus Chr̃i bullã summi pontificis secũ ferebat. Vñ & in uita sua signo thau litteras sigillare cõsueuerat. Tãquã legatus signa põtificialia secũ deferebat. Vñ qdam in eius frõte uidit signũ thau uarietate colorũ distinctũ, ꝙ eius frontẽ miro uenustabat ornatu. Tanquã legatus peccata remittebat. Vñ cuidã cũ baculo q figurã thau in se hẽbat, apostema fregit, & sanatus fuit. Tãquã legatus bñdictionẽ dabat. Vñ appropinquãte hora mor tis in modũ crucis manib. cãcellatis frẽs bñdixit, tãq̃ legatus synodo ĩtererat. Vñ cũ quadã uice a ꝓuincia li capl̃o corporal̃r defuisset, uisus est a quodã ibi cõsistere in spũ, & ĩ modũ crucis fratres bñdicere. Quar to, qa erat p̃co Dei dedit ei stigmata, tãquã signa uel testimonia sua, ut ab oĩbus p̃co Dei cognosceret, &
Hie. 15. verba illius quasi ex ore Dei reciperent. Si separaueris preciosum a vili quasi os meum eris. Vñ cum quidam rustici eum interrogarent quis ipse esset, & ipse se Dei præconem esse diceret, eum in niues proiecerunt, dicentes: Iace ibi rustice p̃co Dei. Tertio oñditur

tur p hoc, ꝙ stigmata in corpore suo portauit, ꝙ fuit argumentum omnimodę ueritatis. Quod multipliciter ostendi pōt. Primo ex seraphica uisione. Vidit.n. B. Franciscus Christi passionem meditando, reuolui unum de seraphin sex alas hn̄tem, & inter alas erat effigies Christi crucifixi. disparens aūt in corde suo mirabilem reliquit ardorem, & in corpore suo stigmatū impressionem. Secundo ex sanguinis emissione: Ex dextero.n. latere tanq̃ lancea transfixo sępe sanguis exibat, qui tunicam & fęmoralia respergebat. Aliàs.n. sanguinem nō emisisset si uera stigmata non fuissent. Tertio ex sensibili dolore. Cum.n. quidam frater scapulas eius confricaret, & vulnus lateris sic tetigisset, B. Franciscus ad eius tactum dolorem sensit, & maxime exclamauit. Aliàs enim dolor ibi non sentiretur, nisi uera stigmata haberentur. Quarto ex multorum fideli attestatione, quia multi tam in uita quam in morte ista stigmata uiderunt, tetigerunt, & osculati fuerunt. Quod audiuimus, & quod uidimus oculis nostris &c. Quinto ex multorum miraculorum ostensione, nam ex signis ipsis modo certificat dubios, sicut patet in Papa Gregorio, mō iuuat deuotos, sicut patet in milite sibi deuoto, qui letaliter fuit vulneratus, mō cōuertit incredulos, sicut patet in clerico de eius stigmatibus dubitanti, & manu sua vulnus recipienti. 1. Io. 1.

Sermo cclxvi. De eodem Sermo iiij De quatuor virtutibus in eo repertis.

VEnite ad me oēs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. In præsenti euangelio quatuor personæ inuitātur, vt ad Christum veniāt. s. fatigati, i. auari, qui sunt in continuo labore, onerati, i. superbi, qa superbia nimis est pōderosa, famelici, i. luxuriosi, & separati, idest sine iugo disciplinæ diuisi. Dicat ergo B. Frāciscus, vos fatigati labore auaritię venite ad me pauperem, & refouebo uos. Vos onerati pondere Mat. 11

superbiæ

superbiæ uenite ad me humiles & alleuiabo uos. Vos aũt famelici fame cõcupiscentię uenite ad me amore Dei flagrãtẽ,& ego reficiã uos. Vos diuisi a iugo disciplinę, uenite ad me iugum obedientiæ ferentẽ,& ego pacificabo uos. Habuit igit Frãciscus paupertatem, p quã fatigatos labore auaritiæ refouebat. Eius autẽ paupertas fuit spontanea. Cum n. quadam die euãgelium legeretur, in quo dñs discipulos sine auro & argento & calciamentis mittebat, continuo ad oĩa implenda se accinxit. Secundo fuit extrema, quia nudus ad conuersionem uenit, quia ẽt cum vestibus patris auaritiæ resignauit,& nudus de nudo exiuit, qa nudus sup nudã humũ se poni fecit. Tã extrema fuit qđ non solum paup, sed pauptas poterat appellari, sicut patet in tribus mulieribus quę ipsum taliter salutauerunt. Tertio eius paupertas humilis & deuota, libẽtius vtebat eleemosynis ostiatim quęsitis, quã sponte oblatis, dicẽs illum panẽ esse angelicũ, quia dabatur inspirationibus angelorum Panẽ angelorum mãducauit hõ. Secundò habuit humilitatem profundam per quam oneratos præ supeibia alleuiabat. Cuius humilitatis sunt qnq; gradus. Primus est laudes hoĩum fugere. Malebat. n. de se audire uituperium, quàm laudis pręconium. Vñ cuidã fratri pceperat, vt cum populus eum laudaret, ipse in eũ uerba uilitatis inferret. Scđs gradus est humilia sentire de se. Vnde a quodam fratre interrogatus quã opinionẽ haberet de se, respondit: Videor mihi esse maximus peccator. Tertius est in hac uita sp se timere. Vñ cum ab aliquo populo beatificaretur, dicebat. Noli me laudare tanq̃ securum, adhuc filius & filias habere possum, reuertens ad seculum, nemo laudãdus cuius incertus est exitus. Quartus est inferioribus obedire. Voluit enim magis subesse quã præesse. Vñ generali cedens officio guardiani parebat uoluntati,& socio suo cum quo ire solitus erat, obedientiã pmittebat. Quintus gradus est de opprobrijs hoĩum non curare. Vñ cũ tpe hiemali indutus pãniculis oĩoni tre-

Marginalia: Eius paupertas. — Psal. 77 — Humilitatis gradus quinque.

ni tremebūdus insisteret, dixit ei qdā ut de suo sudore unam sibi numatam uenderet, ille rn̄dit: Non tibi, sed dn̄o meo vendo. Tertio habuit Dei amorem feruentem per quem cōcupiscentiæ famæ oneratos spiritualiter reficiebat. Cuius amor feruidus patet p orationes feruidas quas faciebat. Eius namq; orōnes fuerunt multæ dulcedinis, feruoris, uirtutis, ptātis, & gratiæ. Tātæ dulcedinis, ut in eo facerent mentis excessum & eleuationē. Tanti feruoris, ut in eo induceret corporis eleuationem. Tātę uirtutis ut in hoībus facerent magnā immutationem. Vn̄ cum pro quodā abbate oraret, ille subito tantam sensit immutationē & dulcedinem mentis, quātā in uita sua non fuerat expertus. Tantæ potestatis ut diabolo faceret magnā cōfusionem. Cum.n. ciuitatē Assisii & totā illā regionē draco uideret absorbere, ille orauit, ac statim euanuit draco. Tantæ gratiæ ut sibi impetraret peccatorum remissionem. Cum n. quadam die peccata defleret, a spū sc̄tō certificationē accepit, q̄ dn̄s sibi peccata sua dimisit. Quarto habuit pfectam obedientiam p quā illos q erant sine iugo disciplinę pacificauit. Cuius obedientia tanta fuit, q̄ non tm̄ obediebat suo superiori, i. Deo, non solum suo æquali, idest cuilibet alteri prælato, sed suo inferiori, quia guardiano suo obedientiam promittebat, &, quia sic obediens fuit, iccirco oīa elementa & oēs creaturæ sibi obediebant. Aer namque induit nouam claritatem, qa cū ipsum & socium suum caligo tenebrosa inuolueret, ad eius orōnem tādem tāta claritas radiauit, quod ipsos usq; ad hospitium lętos pduxit. Ignis induit nouā lenitatē, quia cum ipse ex nimio oculorum dolore infirmitatē incurrisset, & oporteret sibi cū igneo ferro cocturam fieri, ille ferrum candēs signauit, q̄ nullum dolorem sensit. Aqua induit nouam tranquillitatem, qa cum q̄dā nautæ naufragiū formidarēt inuocato eo, trāquillitas est secuta. Aqua etiā induit nouum saporem, qa ad eius orōnem in uinum optimum est cōuersa. Terra

Ei⁹ orationes.

Oīa sibi obediebant.

ra induit nouã fertilitatem, qa p eius merita sępe fertilitas magna fuit. Eius ẽt oratione terra fontẽ aq̃ dedit. Obediebant etiã ei cęteræ creaturæ, s. creaturæ q̃ habent tm̃ esse, sicut patet in lapide quo caput mulieris cõtriuit; q̃ habent uiuere, sicut patet in petroselino miraculose inuento; q̃ habent sentire, sicut patet in auibus in quib hõ pp peccatum triplex amisit dñium qa aues audita uoce fugiunt, & se contractari nõ permittunt, & uiso homine a cantu desistunt. Sed reuera ei obediebãt, qa uocatæ ueniebant, & se ab ipso tangi pmittebant, & iussę cãtabãt, & iussę subticebant, sicut in legenda continet᷑. Obediebãt ẽt ei creaturæ q̃ habent discernere, s. hoĩes non solum uiui, sed ẽt mortui, qa plurimos suscitabat. Obediebãt ẽt ei creaturæ intellectuales. s. angeli, nõ solum boni q corã ipso in infirmitate posito dulciter cãtauerunt, sed mali q ad eius imperium sæpe fugerũt. Vñ cum ciuitas reatina intestino bello periret, uidit supra portam dæmones exultantes, unde socius de eius mandato clamauit. Ex parte Dei omnipotentis, & iussu serui eius Francisci discedite dæmones uniuersi, & statim dæmones fugerunt, & sunt fugati, & ciues pacificati.

Sermo cclxvi. De S Dionysio martire Sermo j. De quatuor ternarijs de quibus in præpositis uerbis fit mentio.

Act. 17. QVidã uiri adhærentes Paulo crediderunt, in quibus Dionysi⁹ areopagita &c. In ista colluctatione quã habuit Paulus cum Dionysio, Stoicis, & Epicuris quatuor ternarij ponunt᷑, sicut ex ipso textu manifeste hr̃. Primus ternarius est, qa ibi sunt qdã irridẽtes, qdã dubitãtes, & qdã credẽtes. Irridẽtes erãt qui dicebant, quid uult semini uerbius iste dicere? Dubitantes qui dicebant, audiemus de te hoc iterum. Dionysius autem non erat de numero irridentium, sed de numero dubitantium, & tandem factus est de numero credentium. Vnde August. in quodam sermo

ne

ne tractās uerba p̄dicta. Inter irri dētes & credentes medij sunt dubitātes. Qui irridet cadit, q̄ credit stat; & q̄ dubitat ille fluctuat. Audiemus te inquit de hoc iterum, incerti an casuri essent cū irridentibus, an staturi cú credētibus. hodie aūt iste ternarius multū uiget. Sūt nāq; multi irridentes. Stultus irridet disciplinam patris sui, & tales à Deo irridebuntur. Qui habitat in cęlis irridebit eos &c. Sūt ēt multi dubitātes, q̄ nec cadūt cum irridētibus, nec stant cū credētibus, sed fluctuant cū hæsitantibus. Qui hæsitat similis est fluctui maris, q̄ vēto mouet̃, & circunfert̃. Pauci aūt hodie sunt ueri credētes, q̄ s. hēnt fidē cum spe uera, & cū dilecti one sincera, & cū operatione sollicita. Filius hoīs veniēs, putas inueniet fidē in terra? Scd̄s ternarius est, q̄a ibi erāt quidā Epicuri, quidā Stoici, & q̄dam Christiani. Isti aūt in aliquibus cōueniebāt, & in aliquibus discōueniebant. Cōueniebāt nāq; in appetitu btītudinis, sed discōueniebāt in mō appetēdi. Appetit⁹. n. fęlicitatis oībus est cōis. Aug. Oēs philosophi disputādo, studēdo, & uiuēdo petierūt apprehēdere uitā btām. Appetitus aūt vitæ beâtæ philosophis, & Chr̄ianis; & bonis, & malis est cōis. Discōueniūt aūt ī mō. Epicuri nāq; ponūt summū bonū ī voluptate corporis. Stoici uero in uirtute animi, sed Christiani in dono & gr̄a Dei. Est & alia cōueniētia, & dr̄ia quā ponit Beda īter Epicuros, Stoicos, & Xp̄ianos. Nā Epicuri ponūt fęlicitatē hoīs ī solo corpore cōsistere. Stoici ī sola aīa, sed Paulus & Xp̄iani ponūt ī corpore & aīa, nō in p̄nti, nec ex se, sed ex gr̄a Dei. Epicuri igit̃ vt dicit B. Aug. in p̄dicto sermone dn̄t: Comedamus & bibamus: cras. n. moriemur. Chr̄iani uero nō dn̄t comedamus, & bibamus, sed potius dn̄t aut dicere dēnt, Ieiunemus, donemus, & oremus: cras. n. moriemur. Aut si hæc tria nolūt dicere, saltē dicāt duo, s. ista duo, donemus, & oremus, potius q̄ ieiunemus. Stoici aūt dicere p̄nt uirtutē animi a nobis hēamus, & possideamus: cras. n. moriemur, credebāt. n. uirtutes

Pro. 15.
Psal. 2.
Iacob. 1
Luc. 18.
Notandum.

Phil. 3. tutes polititas a se hre, & sic se beatos esse. Hodie autem sunt multi Epicuri, de quibus dr: Quorum Deus uenter est, & gloria in cõfusione eorum q terrena sapiunt. Sunt et hodie multi Stoici q & de se & sua uirtute cõfidunt. Qui cõfidunt in uirtute sua & in multitudine diuit. sua glo. Pauci uero hodie reperiunt ueri Christiani. Sunt.n. ueri Christiani qui corpus suum macerãt, ne sint Epicuri, & in Deo spem suam ponunt, ne sint Stoici. Aug. Virtutẽ qrebas dicit: Beatus populus cuius non uoluptas carnis, non uirtus ppria, sed cuius est dñs Deus ipsius. Hæc.n. est doctrina Christianorum incõparabiliter pferenda doctrinis, immũditis Epicurorum & superbijs Stoicorũ. Tertius ternarius est, qa ibi erãt qdam curiosi qui sp uolebãt audire uel dicere aliquid noui, quidã superstitiosi qui dediti erãt cultui idolorum, quidam uero malitiosi, qui doctrinã B. Pauli dæmonibus attribuebant. Hodie et iste ternarius multũ uiget. Sũt.n. multi curiosi q supuacua inquirũt & se relinquũt. Bern. Stude cognoscere teipsum, quia melior es si teipsum cognoscis, quã si te neglecto cognosceres cursum syderum, uirtutes herbarum, ac complexiones hoïum, & naturas aïalium, & heres sciam oïum cęlestium atq; terrestriũ. Sũt et multi superstitiosi, ẽm Isid. Superstitio dr quasi super statuta, quia tales statuta maiorum despiciũt, & sua anteponunt. Sunt etiam multi malitiosi qui scri-

Esa. 5. pturam sacram dicunt esse diabolicam. Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum. Sed B. Diony. licet aliquando fuerit curiosus scientiam philosophicam sectando, aliquando superstitiosus superstitiosum cultum idolorum tenendo, non fuit tamen malitiosus, sed auditor deuotus, doctrinam B. Pauli deuote suscipiendo. Quartus ternarius est, qui consistit in bñficijs à Deo receptis. quem ponit Paulus dicẽs: In ipso uiuimus, mouemur, & sumus. A Deo siquidẽ recepim⁹ esse naturæ, uitã grãe, & motũ operationis bo-

Gen. 1. næ. Fecit Deus hoïem de limo terrę, ecce esse naturę.

Et

Inſpirauit in faciē eius ſpiraculum vitę,ecce eſſe gratię,& poſuit ipſum in paradiſo vt operaretur & cuſtodiret illum, ecce motum operationis bonę.

Sermo cclxvij De eodem ſermo ij. Quomodo à Deo cum ſocijs fuerit illuſtratus, munitus, & ad illuminationem datus.

REfulſit ſol ĩ clypeos aureos,& ęreos,& reſplēduerũt mõtes ab eis &c.Ex his verbis de B.Dionyſio & ſocijs eius tria oſtendunť.Fuit.n.primo a Deo valde illuſtrat⁹,cũ dr̄:Refulſit ſol. Et hoc triplici radio. 1.Ma.6. Primo radio cęleſtis ſapientiæ quam acquiſiuit ꝑ diligentē exercitationem & ſollicitudinem. Adeo quidē fuit diligēs,ꝙ ſicut ipſe innuit in epiſtola ad Apolophanē de Athenis vſq; ad helyopolim Ægypti ſtudio acquirendæ ſciētiæ profectus eſt.Didicit ꝑ Gerothei & Pauli eruditionem.Vñ in li.de di.no. poſt quam ſe accuſauit quare poſt Gerotheũ ſcripſit, ait: Et iniuriã facimus,& magiſtro & amico exiſtēti, & nos ex eius eloqijs poſt diuinũ Paulum introducti. Didicit ꝑ aſſiduam orationem. Vñ in lib.de di.no. Oportet enim orationibus prius ad ipsũ ſicut boni principē ꝓduci & magis propinquantes in hoc doceri,optima dona circa ipsũ collocata. Scđo fuit illuſtratus radio reuelationis diuinę quę fuit triplex. Prima eſt,quia ēt ſpũ prophetiæ claruit.Prophetauit.n.Ioanne euangeliſta in exiliũ relegato, qđ inde eſſet reuerſurus.Vñ ait in epiſtola quam ſibi miſit dicēs:Gaude vere amabilis.& infra. Ex cuſtodia q̄ eſt in Pathmos dimitteris, & ad terrã Aſiã reuerteris.Et facies ibi bonas Dei mutationes,& his qui erunt poſt te trades.Scđa eſt qua aſſumptionis beatę Marię interfuit,ſicut ipſe ĩ li.de di. no. inſinuare videť loquens ad Timotheum.Nos inquit vt noſti, & ipſi & multi ſanctorum fratrum conuenimus ad viſionem corporis vitę principis,& q̄ Deũ ſuſcepit, aderat aũt & frater Dei Iacobus & Petrus ſumma ꝓuectiſſima theologorũ ſummitas.Tertia eſt qua

Illuſtratus fuit triplici radio.

ordines officia & dignitatis angelorũ perfecte agnouit. Paulus.n.in tertium cœlum raptus, qui hæc oĩa cognouit ipsũ edocuit. Tertio fuit illustratus radio orationis deuotæ, de qua sic dicit in lib. de diui.no. Nosipsos ergo extendamus orationibus ad diuinorum & beatorum radiorum altiorem inspectum. Per orationes enim sursum ad diuinorum cognitionem trahimur, non Deum ad nos trahentes, sed nosipsos ad Deum extendentes. Et ostendit hoc Dionysius triplici exemplo. Primo exemplo cathenę luminosę extentæ, & funis, & nauis ad petrã impingentis. In primo exemplo tria ponit. Assimilat.n. orationem cathenę luminosæ & desuper extentæ. Oratio.n.dr̃ cathena inquantum per ipsam ad Deum trahimur. Dr̃ luminosa inquantum per ipsam illuminamur. Dr̃ extenta inquantum desuper nobis a Deo infunditur. In secundo exemplo similiter tria ponũtur, s.nauis, funis, & petra. Nauis est anima nostra, funis oratio deuota, petra autem Christus. Per funes ergo orationũ trahimus animam nostrã ad petrã, s. Xpm, nõ ipsum Christum ad animam nostram. In tertio exemplo similiter tria ponuntur, s.nauis, petra, & impulsus ad petram. Anima enim nostra in petram impingit, qñ peccatum mortale committit, & quãto impingit fortius, tanto se a Deo elongat amplius. Secundo ipse cum socijs suis fuit valde munitus quod notatur cũ
Eph. 6. dr̃: In clypeos aureos & æreos. Ipse.n. fuit clypeus Dei inquantum habuit fidem Dei. In omnib. sumẽtes scutum fidei. Tunc autem iste clypeus est aureus, qñ fides est cum charitate, & tunc est æreus qñ non aliqua passione frangitur. Tali clypeo fuit munitus B. Dionysius. Fuit.n.diuersis supplicijs examinatus, sed semper mansit inuictus, Fuit ter militum manibus flagellatus instar Beati Pauli, qui dicit: Ter virgis cęsus sum. Fuit super cratem ferream assatus instar Beati Laurentij. Fuit ad ferocissimas bestias proiectus instar Danielis & Ignatij. Fuit in clibanũ iactatus ĩstar

trium

trium puerorū. Fuit crucifixus instar Christi. Fuit capite truncatus instar Pauli. Sed tñ flagella amiserunt virtutem sæuiendi propter virtutum munitionem. Per arma iustitiæ à dextris & à sinistris. Cratis ferrea amisit uirtutem comburendi, & hoc propter ignitam dilectionem Origenes. Mirabile genus medicamenti, vt ignis ignibus extinguatur. Bestiæ amiserunt virtutem sęuiendi, & hoc propter crucis oppositionem. Mox.n.vt crucem opposuit eas mansuetissimas fecit Bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Clibanus amisit virtutem vrendi, & hoc propter auræ spiritus sancti refrigerationem. Fecit medium fornacis quasi vētum roris flantem. Patibulum crucis amisit virtutem cruciandi, & hoc propter dominicæ passionis recordationem Gregor. Si passio Christi ad memoriam reducitur, nihil est quod non ęquo animo toleretur. Gladius amisit virtutem occidendi. Gladius.n.ipsum non occidit, sed per amorem ad vitam perduxit. Tertio fuit cæteris ad illuminationem datus, quod notatur cum dicitur. Et resplenduerunt montes ab eis. Est enim datus fidelibus ad illuminationem & consolationem, propter beneficia quæ impendit. Adiuuat.n. deuotos, punit indeuotos, recipit pœnitentes conuersos. Deuotos quidem adiuuat in uita, in morte, & post mortem. In uita sicut patuit in Dagoberto rege Francorum sibi deuoto, quem sæpe ab ira patris eripuit. In morte sicut patet cum legati Michaelis imperatoris libros Dionysij de nouo translatos Ludouico misissent, decem & nouem infirmi curati sunt, quorum aliqui erant ad mortem dispositi. Post mortem sicut patet in suprascripto Dagoberto, cuius anima à dęmonibus liberauit: indeuotos etiam punit, sed pænitentibus parcit, sicut patet in Clodoueo rege, qui brachium Dionysij frangens, in amentiam versus est, sed postmodum penituit, & sanitatem recepit.

2.Cor.6
Iob.5.
Dan.3.

Sermo cclxviij De eodem sermo iij Quo ad perfectionem suam, conuersionem, peccati vitationem, passionem, & quo ad glorificationem commendatur.

Sap. 3. IVstorum aīæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum malitiæ &c. Quia Deus B. Dionysiū & socios suos manu suæ grāæ conuertit iuxta illud:
Psa.133 Emitte manum tuā de alto &c.cōseruauit iuxta illud:
Ioā. 10. Nō rapiet eas qsquā de manu mea; coronauit iuxta
Sap. 5. illud. Accipiet regnum decoris, & diadema speciei de manu domini. Iō verba præmissa de ipso & socijs eius recte exponunť. In qbus uerbis describiť quantum ad qnque. Primo quātū ad uitę pfectionē cū dť:
Eius iustitia, Iustorum aīæ. Fuit.n.iustus qa vnicuiq; ius suum reddidit, s. Deo, proximo, & sibi. Fuit.n.ordinatus quantū ad Deū per intimam contemplationem. Ascendit .n.ad Deum per tres gradus contemplationis, quos ipse distinguit in li.de di.no.s. per sensibilium manuductionē, p intellectualē operationem, & per immediatā & fęlicem vnionem. Ipse quidē ante suā cōuersionē fuit magnus philosophus, postmodū factus est verus Christianus, postmodū a B. Paulo & Gerotheo in diuinis factus est ualde pfectus. Inquātū igiť fuit philosophus ascendebat in Deū p creaturarū manu-
Rom. 1. ductionē. Inuisibilia.n.Dei à creatura mundi p ea q̄ facta sunt intellecta conspiciuntur. Inquātum factus est Christianus ascendebat p intellectualē operatio-
Psa.118 nē. Da mihi intell.vt discā man.tua. Inquantū fuit in diuinis ualde perfectus, ascendebat per immediatam
2.Cor.3 vnionē. Nos aūt reuelata facie gloriā Dei speculan-
Prou. 4. tes De isto triplici gradu dť: Iustorū semita quasi lux splēdens pcedit & crescit vsq; ad pfectum diē. Primo nāq; iustus de Deo incipit habere aliquē splendorē, qn in creaturis respicit. Deinde procedit ad maiorē cognitionem, qn in aīo ipsum quærit, tandem crescit usque ad perfectum diem, qn se sibi totaliter p amorem

rem unit: Scdo fuit ordinatus q̃tum ad proximum p compassionem. Displicebat n. sibi, qñ aliquis erat nimis austerus. Erant duo sancti viri qui nimis erant austeri, s. Carpus & Demophilus. Vnde uolẽs ipsum Demophilum ad cõpassionẽ inclinare, epistolã sibi scripsit, in qua de ipso Carpo exẽplũ mirabile recitauit. Notandum.
Cum. n. quidam infideles quẽdã Christianum peruertissent, tantã Carpus turbationem habuit, φ infirmitatẽ incurrit quotidie rogãs Deũ ut ipsos puniret. Ecce in domo sua q̃dã fornax apparuit, & iuxta illã illi duo valde tremuli stantes, qui retro a q̃busdã impingebãtur & ante a serpentib: de fornace surgentibus trahebãtur. Respiciensq; Carpus uidit cœlũ apertũ & Iesũ cũ multitudine angelorũ, sed adeo delectabat̃ in punitione istorũ, φ vix respicere ualebat ad cęlũ. Tãdẽ Iesus ad ipsum descendens hoĩes eripuit & Carpo dixit: Percute me, paratus sum. n. adhuc pro hominibus saluandis pati, & hoc mihi amicũ, φ non peccent homines. Ecce tria verba mirabilis pietatis. Vnum, qñ dixit pcute me, vt illorũ uindictã in seipsum retorqueret: Aliud, qñ dixit, φ si possibile esset adhuc pro. hoĩbus saluãdis pati paratus esset. Tertiũ, qñ dixit, φ valde sibi amicũ est ut hoĩes abstineãt a peccatis. Tertio fuit ordinatus q̃tum ad se per magnæ sanctitatis perfectionem pp quam honoratus fuit a Christo, ab angelo, & a mũdo. Christus nanq; ad ipsũ in carcere descendit, & missam celebranti panẽ obtulit dicens. Accipe hoc chare meus, quia mecum erit merces tua mãgna. Angeli honorauerunt, & quantum ad corpus, qñ corpus Dionysij caput inter sua brachia, angelis cum laudibus præcedentibus, fere per duo miliaria deportauit. Et q̃tum ad animam, quia multis laudibus animã eius & sociorum angeli deportauerunt ad cęlum. Totus etiam mundus ipsum honorat. Vnde dixit sibi Christus. Memoria tua erit in laude. Sapientiam sanctorum narrant populi &c. Secũdo describitur quantum ad suam cõuersionem. Cum dicitur in manu Dei Eccl. 44

sũt. Prius q̃dẽ erat in manu sinistra, sed postmodũ, in manu dextera Dei uenit, qñ de statu infidelitatis Xp̃s ipsum cõuertit. Cuius cõuersionẽ tria cãrũt. Primũ est obscuratio. Vidẽs. n. Dionysius eclypsim factã in passione dñi nõ esse naturalẽ, tum, q̃a luna erat in p̃fecta distãtia a sole, tum, q̃a eclypsis lumẽ nõ aufert ab oĩb. partibus terræ, tum, q̃a p̃ tres horas durare nõ põt. Dixit, Aut ordo naturæ p̃uertit, aut elemẽta mentiunt, aut Deus naturę patitur, & elementa sibi cõpatiuntur. Scdm est Pauli p̃dicatio. Quidã viri adhærẽtes Paulo crediderunt. in quibus Dionysius Areopagita &c. Tertium est cuiusdã cæci illuminatio sicut in legẽda hr̃.

Conuersionem tria cau sarunt.

Act. 17.

Tertio describitur seu cõmendatur q̃tum ad peccati uitationẽ cũ dr̃. Et nõ tanget illos tormentũ malitiæ. Malitia post suã cõuersionẽ ipsũ nõ tetigit, sed sp̃ se in puritate seruauit, ꝙ triplici exẽplo ondit. Primo, q̃a se à minimis impuritatib. emũdauit. Vñ dicit ĩ eccle. hierar. Et. n. accedentes ad diuinũ sacrificiũ mundari cõuenit ẽt ab infimis animi fantasijs. Scdo, q̃a se ad puritatẽ sępe inducebat. Vñ dicit in li. de di. no. Sãctitas, vt ſm nos dicat esse ab oĩ munditia libera & p̃fecta, & oĩno ĩmaculata mũditia. Sicut. n dr̃: Ex abundantia cordis os loquit. Tertio, q̃a tp̃alia cõtẽnebat, vbi supra dicit. Si illi quos dicis sanctos diligũt ea q̃ sũt sup̃ terrã, inhærẽtes materię corruptibili ab oĩ diuino amore ceciderũt, & nõ noui quõ sancti uocent. Quarto describitur quantũ ad suam passionẽ cum dr̃: Visi sunt oculis insipientium mori. Bñ dr̃, Visi sunt insipientibus, quia in veritate corã ipsis sapiẽtibus non sunt mortui, sed uiui Quod patet, q̃a sancto Regulo ep̃o Arelateñ. missam celebranti tanquam tres columbæ apparuerunt, habentes in suis pectorib. literis sanguineis noĩa ipsorum scripta. Ideo autem apparuerũt in specie columbæ sanguine tinctę, ad innuendum ꝙ iuerunt ad cęlum per gemitũ pñiæ, p̃ simplicitatẽ innocẽtię, & p̃ sanguinẽ passionis p̃prię. Quinto describitur q̃tũ ad suã glorificationẽ, cũ dr̃: Illi aũt sunt in

Matt. 6.

pace,

pace, de qua pace dr̄: Sedebat populus meus ī pulchri tudine pacis, in tabernaculis fiduciȩ, in requie opulē ta. Eorum nanque pax est pulchra, secura, & opulēta. Tunc. n. est pulchra, qn̄ fit hostibus superatis. Iugum Esa.9.
. n. oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrū ex a-
ctoris eius superasti. Tunc est pax secura, quando fit Esa.52.
hostibus exterminatis. Præcipita mortem in sempi- Leu.25.
ternum. Dabo pacem in finibus uestris: tunc est opu-
lenta, quando sit hominibus expoliatis, Tunc n. expo Exo. 12
liabuntur Ægyptij, ditabuntur Hebrȩi. Expoliaue-
runt Ægyptios.

Sermo cclxix. De sancto Luca Sermo j. A nostræ salutis procuratione, à multiplici illuminatione, à spirituali curatione, atque à laudabili conuersatione commendatur.

SAlutat uos Lucas medicus charissimus. Ad honorē salutātis ꝓsequimur istud verbū salutationis. Vbi beatus Lucas a quatuor cōmendatur. Primo a nostrȩ Col.4.
salutis procuratione cū dr̄: Salutat uos salutē æternā exoptat. Quā siqdē salutē dupliciter procurauit. Pri mo uerbo euangelicȩ cōscriptionis. Vn̄ pōt sibi cōue nire, qđ legitur: Sapientiā scribe in tpe uacuitatis. In humano siqdem gn̄e triplex erat uacuitas. De qua dr̄: Terra aūt erat inanis, & uacua &c. Vacua qdē erat affe ctiua Dei dilectione. Vn̄ dr̄ inanis, operatiua, merito ria actione Iō dr̄, & uacua, & intellectiua Dei cognitione. Ideo dr̄: Et tenebræ erant super faciem abissi. Cōtra istam triplicem uacuitatem. Lucas triplicē scripsit sapīam, scilicet euangelicā ut illuminaret, intellectiuam ad Dei cognitionem. Repleta est terra sciē- tia domini &c Apostolicā, idest actus apostolorū, ut animaret operatiuā ad meritoriam actionē. In ipsis nanq; actibus ostenditur qualiter apl̄i fuerunt fortes ad operādū, & ad qđlibet aduersū sustinendū. Exēplū accipite fratres lōganimitatis, laboris, & patiētiæ &c. Epistolarē idest epistolam ad hebræ. Nā sicut dr̄ in ꝓ

(Margin: Salutem nostram dupliciter procurauit. — Eccl.38 — Gen.1. — Esa.11. — Iacob.5)

logo sup epistolā ad hebrę. Illā scriptā lingua hebrai ca apostolus misit cuius sensū,& ordinē retinens Lucas post mortē apostoli eā gręco sermone cōposuit. In illa aūt epistola intēdit apostolus iudęos a legalibus obseruātijs auertere,& ad legē charitatis,& amorē Xpi ipsos inflāmare. Secundo nr̄am salutē ꝓcurauit exēplo salutifere informationis. Tria nāq; habuit per quæ nobis fuit in exemplum s. innocētiā veram. Hiero. Seruiēs Deo fuit sine crimine. Pęnitētiā durā: Vnde dicitur: Crucis mortificationē in suo pectore ꝓ tui nominis amore portabit, & finalem ꝑseuerantiā. Hiero. 84. annorum obijt in Bithinia plenus spū sancto. Ecce quā sc̄tē incępit, qa ab innocentiā, quam laboriose prosecutus fuit, qa cū pęnitentia dura, quam fęliciter cōsumauit, quia cū spús sancti abundantia. Habemus ergo in eo exemplū innocentię quantū ad vitā incohandā, pnīę quantū ad vitā prosequēdā, & ꝑseuerantiæ quantū ad vitā cōsummandā. Scd̄o cōmēdat a multiplici illuminatione cū dr̄: Lucas, qa a luce dr̄: Est.n. quadruplex lux, q̄ ipsū illuminauit. Prima ē lux spiritualis, q̄ est diuina sapiētia q̄ ipsum illuminauit ab interiori. Proposui pro luce habere illā. Impleuit eā dominus spiritu sapientiæ, & intellectus. Amb. Lucas omnes sapientiæ virtutes sua historia compræhendit. Docuit quippe naturalia, dum vnigenitū Dei filiū ostēdit, & in eius aduentu cęlorū virtutes moueri ꝑdixit. In cuius passione tenebræ factæ sūt. Docuit et moralia, vt inimicū diligere, verberātē nō repercutere, mutuū gratis dare. Docuit rōnalia dū q fidelis est in minimo, & in maiori esse ostendit. Scd̄a lux est carnalis, quæ est conuersatio lucida, quæ ipsum illuminauit ab exteriori. Luceat lux vestra corā hominibus &c. Misimus fratrem nostrum, idest Lucam secūdum glo. cuius laus est in euangelio per oēs ecclesias. Misimus inquit fratrē nostrum idest spāli nobis familiaritate coniunctum, cuius laus nō est in mūdo sed in euangelio per ecclesias, nō ꝑ synagogas. Ostēditur

Lux quadruplex cū illuminauit

Sap. 7.

Eccl. 15

Matt. 5.

2. Cor. 8

ditur igitur, ꝙ Lucas fuit celebris famæ, tum, quia familiaritate apostolica decoratus, tum, quia apud oẽs fideles acceptus. Tertia est lux intellectualis q est virginalis munditia, q̃ ipsum illuminauit ab inferiori. O quã pulchra est casta generatio cum claritate, quæ pro tanto dicitur intellectualis: quia hoc est angelicũ non humanum. Lucas aũt (teste Hieronymo) virginitatem perpetuã custodiuit. Cuius virginitas quatuor conditiones laudabiles habuit Fuit nanq; integra in carne. s. & mẽte. Hieronymus: Sine crimine in uirginitate pmanẽs dño maluit deseruire. Fuit laboriosissime acquisita. Vnde dr̃ in oratione. Sãctæ crucis mortificationem, &c. Fuit longanimiter conseruata. Hierony. Neq; vxorem unquam habens, neque filios. 84. annorũ obijt in Bithinia. Fuit oleo spiritus sãcti enutrita. Hieronymus. Obijt plenus spiritu sancto. Istud oleum fatuæ virgines nõ habuerẽt: ideo defecerunt, Quarta est lux cęlestis, quæ est spiritus sancti influentia, quæ ipsum illuminauit à superiori, de qua dr̃: Circunfulsit eum lux de cęlo. Illam lucem habuit B. Lucas, qui teste Hieronymo, sancto instigante spiritu euangelium suum scripsit De ista luce dicitur in psalmis. Signatum est super nos lumẽ vultus tui domine. Spiritus enim sanctus, & aĩam illuminat, idcirco dr̃ lumen; & animam sigillat, ideo dicitur, signatum est, & aĩam Deo assimilat, ideo dicitur. Vultus tui domine; & animam lætificat, ideo dr̃, dedisti lætitiam in corde meo Sic, & B. Lucam illuminauit per cęlestem sapĩam. Sigillauit per integritatem perfectam. Assimilauit per charitatem accensam; & lętificauit per iucũditatem internam. Tertio commendatur à spirituali curatione, cum dr̃ medicus. Quia. n. erant quatuor infirmitates, ideo in suo euãgelio posuit quatuor medicinas dicens: Beati pauperes, qm̃ uestrum est regnum cęlorum. Et. n. primus modus curãdi p minutionem, & isto mõ curatur infirmitas auaritiæ. Istũ modum tãgit cũ dicit: Beati pauperes &c. In minutione aũt sanguis,

Sap. 4.

Eius virginitatis. 4. cõditiones.

Act. 9.

Psal. 4.

4. Eius medicinæ.

guis, putridus ex toto est abijciendus, supfluus diminuēdus, necessarius retinēdus. Sanguis putridus sunt
Luc. 19 diuitiæ iniuste acquisitæ, q̄ sunt ex toto abijciendę. Si q̄d aliquem defraudaui reddo quadruplum. Sanguis supfluus sunt diuitiæ ex supfluitate possessę Istæ sunt diuitiæ diminuendæ, & pauperibus erogādæ. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperib. Sanguis necessarius sunt diuitiæ ad necessitatem retentæ. Habētes alimenta, & quibus tegamur his contenti sumus.
1. Thi. 6
Secundus modus curādi est p dietæ obseruationē, per quā sanat infirmitas gulæ, quod notatur cū dr̄: Beati qui nunc esuritis &c. Qui abstinens est, adijciet uitā.
Eccl. 27
Luc. 21. Attendite ne grauent corda uestra crapula, & ebrietate. Tertius modus curandi est per sudorem quo sanatur infirmitas ineptę letitiæ, quod notatur cum dr̄: Beati, qui nunc fletis. Sudat enim oculus per lachrymationem, cor per dolorem. Pungens oculum deducit lachrymas, & qui pungit cor profert sensum. i. sensibilem dolorem. Quartus modus est p amaræ potionis sumptionem, per quam sanatur infirmitas luxuriæ, & istum modum tāgit cum dr̄: Malitia unius horæ obliuionē fecit luxuriæ magnæ. Istas quatuor medicinas medicus Christus assumpsit in se. Quibusdā .n. in manibus & pedib. minutionem fecit: xl. dieb. & noctibus, dietam seruauit, & sudorem sanguineū sudauit, fel & acetum ad bibendum sumpsit Quarto cōmendatur laudabili cōuersatione, cū dr̄ charissimus. Ipse enim fuit charus regi, tum, quia fuit eius discipulus ſm quosdam unus de lxxij. tum, quia fuit eius notarius euangelium scribendo. Fuit charior sponsæ regis, tum, quia eius secretarius. Secreta. n paranymphalia q̄ angelus & sola uirgo sciebant, solus Lucas disseruit; tū, q̄a eius pictor egregius, quia ſm Dama. imaginē eius depinxit q̄ Romæ hr̄, tum, quia eius historiographus, describens historiam eius annunciationis, conceptionis, & natiuitatis. Fuit charissimus principi regis, idest paulo, tum, q̄a eius adiutor deuotus,
Eccl. 22
Eccl. 11

tus,

tus, quia secundum Hier. ipsum vsque ad consummationem secutus est, tum quia eius comes indiuiduus. Ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ, hoc secundum glo. de Beato Luca accipitur. 1.Cor.8

Sermo cclxx. De eodem Sermo ij. Mentis eleuationem quo ad Deum, peccati immunitatem quo ad se, & charitatem quo ad proximum habuisse perhibetur.

LVcas est mecum solus, &c. Lucas interpretatur eleuans uel consurgens. In præmissis autẽ uerbis de B. Luca tria ostenduntur Primo ꝙ habuit mẽtis eleuationẽ, quo ad Deũ, cũ dr̃, eleuãs. Ipse.n. à terra se totaliter eleuauit, & in Deũ penna cõtẽplationis volauit. Sex nanque in se habuit ꝑquę ipse se sic a terrenis eleuauit, & sic alte uolauit. Primo ꝑ corporis attenuationẽ. Vñ dr̃ in sermone qui ꝑ ecclesias legitur. Martyriũ suo corpori assiduis lamẽtationibus, crebrisque vigilijs mẽbra sua macerans ipse induxit. Secũdo per plumare. i. uirtutũ varietatẽ. Vñ dr̃ ubi supra. Lucas inter angelorum, & apostolorũ choros atq; candentiũ uirginũ lilia, & immarcessibiles rosarum martyrũ flores coruscat. Dr̃ nanq; coruscare inter angelos, & uirgines, quia uirgo extitit, inter martyres, q̃a afflictionẽ corporis sibi indixit; inter apostolos, quia euãgelista & nũcius Dei fuit. Tertio per alarũ magnitudinem q̃ sunt oratio & eleemosyna. Supponẽdo aũt opinionẽ B. Greg. ꝙ fuit socius Cleophæ, ipse deuotã orationẽ fecit qñ dixit. Mane nobiscũ dñe, qm̃ aduesperascit, & eleemosynã impendit, qñ ipsum ad hospitiũ inuitauit. Quarto per uenti spũs sancti impulsionem, vñ dr̃ de ipso, & aliis sanctis aĩalibus. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur Quinto per escæ præparationem. Auis.n. q̃ ad destinatam escam pergit citius volat Iuxta illud Sicut aquila uolans ad escam. Esca ad quam Lucas festinabat fuit ardens, ad quam per ardentia desideria currebat. Vnde dixerũt ipse, & Cleophas: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? Secundo

2.Thi.4

Per sex fuit ĩ diuinã cõtẽplationem eleuatus.

Eze. 1.

Iob. 9.

Luc.vlt.

cundo habuit peccati immunitatem quo ad se, quod notatur in illa interpretatione qua dr̄, consurgens, quia ab oī peccato surrexit. Peccatum nanque propter suam ponderationem, surgere, non permittit. Cuius ponderositas monstratur, tum quia ad aliud trahit. Greg Peccatum quod per pęnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit, tum quia peccatū in infernum demergit. Submersi sunt quasi plumbum in aquis uehementibus, tū quia Deum fatigat & premit. Laboraui sustinens. Patet eius ponderositas etiam ex eo, quia cum Deus habeat immensam fortitudinē. Si fortitudo quæritur, robustissimus est, cœlum habet firmissimā soliditatem. Tu forsitan cum illo fabricatus es cęlos qui solidissimi quasi ęre fusi sunt, terra perpetuam stabilitatem. Terra autem in æternum stat, & tū peccatum adeo ponderosum est, quod nec Deus ipsum portare potuit cum tota sua fortitudine. Vos estis mihi onus, proijciam uos. Nec cęlum cum sua soliditate. Videbā Sathanam quasi fulgur de cœlo cadentē. Nec terra cū tota stabilitate &c. Dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os deuorauit eos. Tertio habuit magnā charitatem q̃tum ad proximum, quod notatur cum dicitur, est mecum solus. Magna charitas, quia cęteris apostolis deserētibus, ipse solus non nos deseruit, sed nobiscum quadrupliciter remansit, s. per desiderabilia sua, per uerba sua, per exempla sua, & per adiutoria sua, ipse enim dum uiueret quatuor præconia habuit. Fuit nanque charissimus, & fuit medicus Salutat uos Lucas medicus charissimus. Fuit fama & opinione pręclarus Misimus fratrem nostrum, .s. Lucam secundum glo. cuius laus est in euangelio, per omnes ecclesias. Fuit & fidelis socius. Ordinatus ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ. Quia igitur fuit charissimus remansit nobiscum per desideria sua, desideria siquidem ardentia habuit qui dixit. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis &c. Et si tam ardentia desideria habuit in hac uita misera, multo fortius

Marginal notes: Eccl. 15 — Esa. 1. — Iob. 9. — Ibid. 27 — Eccl. 1. — Hie. 18 — Luc. 10. — Nu. 16. — Remanet nobis quadrupliciter. — Col. 4. — 2. Cor. 8 — Ibidem

tius nunc hēt in uita beata ubi nostrā salutē desiderat. Vñ recte mō sibi conuenit illud quod dixit apostolus Salutat uos Lucas, idest salutem æternā optat &c. Col.4.
Deus autem desideria sanctorum cito exaudiuit. Desi Psal.9.
derium pauperum exaudiuit Secundo quia fuit medicus remansit nobiscum per uerba sua per q̄ & animas langentes curat, & nostram tarditatem confirmat, & uiam cęlestis patriæ demonstrat De primo dicit Hie. Omnia uerba sua animæ languentis sunt medicina. De duobus sequentibus dicitur in sermone qui p ecclesiam legitur. Beatus Lucas uelut insignis lucifer ab orientalibus relucens, nobis lumen fidei & cęlestis itineris callem patenter demonstrat. Tertio quia fuit fama præclarus, remansit nobiscum per exempla sua. Nos n. in hoc seculo debemus uiuere sobrie quantū 1.Tit.4
ad nos & pie quantum ad Deum, & iuste, s. quātum ad proximum. Ad ista tria sanctus Lucas nos suo exēplo informat. Ipse enim uixit sobrie quantum ad se, quia crucis mortificationē in suo corpore portauit, & uirginitatem seruauit. Vixit pie quantum ad Deum, qa circa pietatem cultus diuini & fidei excellenter claruit. Vixit iuste quātum ad proximū, qa suo superiori dedit reuerentiā, sicut Paulo cui sp in omnibus obediuit; & suo æquali dedit concordiā, sicut Cleophæ socio suo, cū quo Emaus cōcorditer iuit & concorditer redijt, & suo inferiori, idest nobis dedit doctrinā, quia per euangelium fidē docuit, & per actus apostolorum mores instruxit. Quarto qa fuit fidelis socius remansit nobiscum per auxilia sua. Ipse n. & alij sancti per orationes & merita sua nos adiuuat: Hic est a- 1. Mac.
mator fratrum & populi Israel. Hic est qui multum 15.
orat pro populo & uniuersa ciuitate. Vnde legitur q̄ cum Christiani a thurcis essent obsessi, apparuit eis quidam uir lucidus & coruscans dicens se esse Lucam euangelistam, pręcipiens christianis ut contra hostęs ad bella procederent. Sed cum illi repudiarent, ante eos se posuit, & uictoriam magnam fecit.

Sermo cclxxi De eodem sermo iij. Quomodo assimilatur.

Apo. 4. SEcundum aĩal simile vitulo. Inter cætera sctã aĩalia sanctus Lucas p uitulum siue bouem est designatus Est nãq; bos quãtũ ad quatuor cõmendabilis. Primo q̃tum ad sacrificium, qa Deo in templo in sacrificium immolabatur, sic B Lucas dr̃ bos rõne sacrificij, qa circa templũ sp immolatus fuit, & in principio sui euangelij, & in medio & in fine. In principio agendo de Zach immolatione, præcursoris in templo annunciatione, & Mariæ purificatione. In medio agendo de Christo duodeno in templo remanente & in templo prædicante. In fine suum euangelium p discipulos in templo Deum laudantes consumante. Homo.n. iustus dẽt esse bos rõne sacrificij, qa corpus suum debet macerare ne lasciuiat in principio, in medio, & in fine, idest in iuuentute, virilitate, & in senectute. Secundo bos commendabilis est quãtum ad suum incessum, quia non saltando vadit, sed mature incedit Grego. super illud Planta pedis quasi planta pedis vituli, s. mature incedentis fortis & diuisa. Ex quo habet quod Lucas in suo euangelio incessit mature, fortiter, & diuisim. Mature quidem primo intro duxit præcursorem regis, postea incepit a conceptione regis. Et de conceptione processit ad natiuitatẽ, & de natiuitate ad infantiam, quando dixit: Postquã completi sunt dies octo vt circuncideretur puer. De infantia ad pueritiam. Cum dixit: Remansit Iesus &c. De pueritia ad iuuentutem. Erat Iesus incipiens quasi annorum 30. Deinde ad suam consummationem incessit fortiter. Alij euangelistę fortiter incęperũt, sed nõ fortiter finierunt Matthęus.n. & Ioannes nihil agũt de ascẽsione. Marcus nihil agit de iudiciaria potestate. Lucas autem tam in euangelio, quã in actib. ista plenius prosequit, Incessit ẽt diuisim, qa narrationem præcursoris & regis non commiscuit, sed diuisim posuit. Agens enim de annunciatione

Bos cõmẽdabilis est quo ad quatuor

Eze. 1.

Luc. 2.

Ibid. 3.

præcurſoris, accedit ad annunciationem regis. Agēs de natiuitate præcurſoris, accedit ad natiuitatem regis. Agēs de p̄dicatione præcurſoris accedit ad prędicationem regis. Homo ēt iuſtus dēt eſſe bos rōne inceſſus, quia dēt procedere mature, opera ſua mature perficiendo. Quia ſicut dr̄: Subſtātia feſtinata minuetur, quæ aūt paulatim colligitur multiplicatur. Fortiter in bonis operibus perſeuerando. Manus fortium dn̄abitur. Diuiſim bona à malis, & magna à minorib. ſeparando Si ſeparaueris precioſum a uili quaſi os meū eris. Tertio bos commendabilis eſt quantum ad mānſuetudinem, quia iugo preſſus, ſtimulo agitatus, clamoribus laceſſitus, nō murmurat, nō reclamat. Sic Lucas & alij ſancti uiri, preſſi iugo pniæ, agitati ſtimulo perſecutionis tyrānicæ, laceſſiti clamoribus iniurię, non murmurant in ore, ſed patientiam ſeruāt in corde. Iuxta illud quod cantat eccleſia. Non murmur reſonat, non querimonia &c. Quarto bos commendabilis eſt quantum ad laborem & utilitatem. Eſt.n. aīal ualde laborioſū & utile. Sic ipſe B. Lucas fuit laborioſum & vtilis p quatuor officia q̄ habuit. Primo.n. fuit pictor imaginum. Vnde dixit Dama. Accepimus Lucam euangeliſtam pinxiſſe dn̄m & matrem eius, & eorum imagines habere Romanorum famoſam ciuitatem. Eccleſi.38. Aſſiduitas eius variat picturam, cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ, & vigilia ſua pficit opus. Secundo fuit medicus corporum & animarum. Hierony. Actus apoſtolorum nudam vn̄r ſonare hiſtoriam ſed ſi nouerimus eorum ſcriptorem eſſe Lucam, eſſe medicum, aduertimus omnia uerba illius animæ languentis eſſe medicinam. Vnguentarius faciat pigmenta ſuauitatis &c. Tertio B. Lucas fuit cōpilator librorum. Compilauit.n. euangelium, actus apoſtolorum, & epiſtolam ad hebræos prout ab ore ſancti Pauli audiuit. Eccleſia.12. Quæſiuit uerba utilia quantum ad euangelium ꝙ compoſuit, & ſcripſit ſermones rectiſſimos quantum ad actus apoſtolorū quos

Pro. 13. Ibid.12 Hie.15. Quatuor eius officia. Eccl.38

quos compilauit, ac veritate plenos, quantum ad epistolam ad Hebræos quam transtulit. Quarto fuit notarius plurimorum s. Christi cuius genealogiam, cōceptionem, natiuitatem, infantiam, Prædicationem, Passionem, ac resurrectionem, ascensionem fideli stilo conscripsit. B. Mariæ virginis, quia scripsit eius secreta. Fuit notarius apostolorū, qa scripsit eorū acta. Fuit specialis. n. notarius Pauli, quia prosecutus est eius gesta. Nec mirum si notarius tot & tanta scribere sciuit, quia ad hoc quatuor magistros habuit. Primus fuit Spiritus Sanctus. Hiero. Sancto instigante spiritu in Achaiæ partibus scripsit euangelium. Secundus fuit B. Virgo Maria quæ uerba angeli & pastorum cōseruabat, & ei manifestabat Obuiabit illi. s. Lucæ quasi mater honorificata Tertius fuit cętus apostolrum, vñ dixit in prologo suo. Sicut tradiderunt nobis qui à principio viderunt & ministri fuerunt sermonis. Quartus specialiter fuit apostolus Paulus. Hier. in libro de viris illustribus, Quidam suspicantur quotiescunq; Paulus dixit, secundum euangelium meum, de Lucæ significare volumine.

Quatuor eius magrī. Eccl. 15

Sermo cclxxij In die Simonis & Iudæ sermo j Quales quo ad se, quo ad bonos, quo ad persecutores, & contra dæmones fuerint.

1. Ma. 2. Simon frater vester scio ꝙ vir consilii est, ipsum audite, & ipse erit vobis pr̄, & Iudas machabęus fortis uiribus à iuuentute sua, sit nobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi &c. De istis B. Apostolis Simone & Iuda quatuor considerantur q̄ in p̄missis uerbis notantur. Primo quales fuerunt quantum ad se, quia fuerunt magnæ sanctitatis, qđ hr̄ ex interpretatione. Iudas. n. interpretatur glorificans. Simon obediens. Ipsi. n. Deum glorificauerunt per conuersationis honestatem: Luceat lux uestra coram hominibus vt uideant &c. Vnde legitur in historia, quòd cum Iudas ad Abagarum regem venisset, vidit rex in

Matt. 5.

vultu

cultu eius quendã mirum & diuinum splendorẽ. Ille enim splendor signabat eius opera luminosa. Habuerunt ẽt perfectam obedientiam,&,quia Deo obediebant,iõ omnes creaturæ eis obedientes erant. Habuerunt enim posse super elementa,sicut super aquã aerẽ & ignẽ. Nã mare septuaginta mortuos reddidit,quos Symon suscitauit. Aer cũ esset serenus,in eorum morte,tẽpestatę magna conuersus est. Ignis cęlestis,pontifices idolorum cõbussit. Habuerunt posse super dæmonia:quia de corporibus hominum ea eiecerunt. Super corpora,quia ea curabant. Super animas,quia eas a peccatis & ab errore purgabant. Secundo considerãdũ est quales fuerunt ad bonos & fideles. Fuerunt nãque magnæ charitatis,& iõ dicitur,frater uester Magnæ sapientiæ. Ideo subditur,uir consilij est. Magnæ pietatis,& iõ dicitur: Et ipse erit uobis pater. Eorum autem charitas sapĩa & pietas manifestatur quantum ad quatuor. Aliqñ enim subueniebant in corpore & in anima sanitatem integram conferendo, sicut patet in Abagaro rege,cui Iudas sanitatem corporis & aĩæ impetrauit. Aliqñ in rebus & personis bella compescendo,sicut patet in duce Babilonię cõtra indos pgẽte,quos orationibus mediãtibus pacificarunt,sicut patet ẽt in ciuitate Edissa,ubi epistola saluatoris legit, & hostes inde fugiunt,aut componuntur. Aliqñ subueniebãt in fama & innocentia, ipsam conseruãdo,sicut patet in quodã diacono infamato quẽ ab infamia defenderunt. Aliqñ in tribulatione magna morbos & pestilẽtias auferẽdo,sicut patet ꝙ cum duę tigrides per terrã discurrerent, & oẽs occiderent apostoli eas mãsuetissimas reddiderunt. Tertio considerãdum est quales fuerunt quantũ ad persecutores, quod notatur cum dr̃,fortis viribus. Debent nanque sancti viri q̃tũ ad persecutores tria habere.s.firmam eloquentiam,sapientiam, constantiam, & de his tribus dicitur: Ego enim dabo uobis os,ecce eloquẽtiã,& sapientiam cui non poterunt resistere, ecce sapientiam, oẽs aduersa-

Eorum virtutes

Luc.2.

rij uestri, ecce constantiam. Isti. n. apostoli habuerunt firmā eloquentiā, vñ cū dux eos interrogasset de eorū gñe & cōditione, & cā aduentus, rñderūt. Si genus quęris, hebræi sumus, si cōditionē q̄ris, serui Xpi Iesu: si uero cām, cā salutis uestrę huc venimus. Scđo habuerunt magnā sapīam. Magna siq̄dem sapiētia fuit, ꝙ magos & pontifices idolorum sciuerunt cōfundere p beneuolentiā & iustitiam. Magna beneuolentia ꝙ cū dux pōtifices idolorū uellet incēdere, ꝓhibuerunt dicentes: Nos missi sumus nō uiuentes occidere, sed mortuos uiuificare. Itē cum angelus dixit eis unum ex duobus eligite. Aut horum repentinum interitū, aut nr̄m martyrium, rñderunt ei: Oramus Dei mīam, ut istos cōuertat & nos ad martyrij palmā pducat. Habuerūt ēt magnā iustitiā, qa cum magi serpentes uenire fecissent, ipsos in eos cōuerterunt q eorū carnes lacerabant. Tertio habuerunt magnā cōstantiā. Potius. n. uoluerunt mortē sustinere quā fidē deserere, seruantes illud: Nolite timere eos qui occidunt corpus, aīam aūt occidere nō possunt. Quarto considerādum est quales fuerunt cōtra dæmones, quia fuerunt magnæ ptātis, qđ notat̄ cum dr̄: Et ipse aget bellum populi. Dæmones. n. tunc quatuor modis hoīes īpugnabāt. Primo p fraudulētiā dādo falsa rñsa. Sed apostoli horū fraudulētiā & deceptionē detegebāt, mō. s ne p simulachra loquant̄ ꝓhibendo, mō ut rñsa dent pmittendo. Vident uana & diuināt mēdacia dicētes ait dñs, cum dñs nō miserit eos. Scđo p violentiā ad diuersa supplicia trahēdo, sed apostoli eorum uiolētiā refrenabāt. Vñ dux tātā eorum potētiam uidēs, ait: Dijs nr̄is potētiores uos video. Tertio p p̄stigia p q̄ hoīes ludificabāt, hoīum corda & sensus fallēdo, sed apostoli ipsorum dæmonum p̄stigia destruebant. Vñ cum magi quibusdam aduocatis abstulissent loquelā, gressum & uisum, apostoli signum crucis in ipsorum frontibus fecerunt, & magi talia ulterius facere nō p̄sumpserunt. Quarto per simulachra fingentes

Marginal notes: Mat. 10 — Dæmonis bella 4. — Eze. 13.

res in eis esse diuina numina, sed apostoli illa simula chra frangi faciebant. Vnde ad eorum præcepta duo æthiopes nigri & nudi de simulachris exeuntes ea penitus confregerunt.

Sermo cclxxiij De eodem sermo ij. Quomodo quinque modis in Christo manserunt.

MAnete in me & ego ĩ uobis. Isti sctĩ apostoli Symon, & Iudas in Christo mãserũt ꝑ uerã fidẽ & dilectionẽ sincerã, & Chrs in eis mansit suam cõferẽdo grãm, & mõ in eis manet suam eis exhibẽdo ꝑsentiã. Notandum aũt ꝙ Chrs est uitis & nos palmites, Est radix, & nos rami. Est sol, & nos radij. Est fundamentũ, & nos sumus eius ædificiũ. Est ẽt ipse Chrs caput, & nos sumus eius membra. Est ergo sensus ꝑsẽtis thematis. Manete in me sicut palmites manent in me, & sicut rami in radice, & sicut radij in sole, & sicut ędificium in fundõ, & sicut mẽbra in capite suo. Istis quinq; modis apostoli in Chro mãserũt. Primo mãserunt in Christo sicut palmites in uite accipientes ab ipso fertilitatẽ. Vñ dicit: Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum. Palmites aũt manẽtes in uitæ primo producũt gẽmas, deinde flores, deinde folia & deinde vuas. Sic sctĩ in Chro manentes producunt gemmas. i. cogitationes bonas. Deinde flores. i. odoriferas uoluntates. Deinde folia, i. salutifera verba. Deinde vuas, i. operationes bonas. Ista autẽ nõ habent a se, sed a vite. Nec bonas cogitationes. Nõ ꝙ sufficientes simus cogitare &c. nec bonas volũtates, nec bonas oꝑationes. De his dr: Deus est q̃ oꝑať in nobis & velle & ꝑficere ꝓ bona volũtate, nec bonos sermones, Nos ĩ manu illius & sermones nri. Scdo manserũt in Christo sicut rami in radice accipiẽtes ab ipso boni oꝑis viriditatẽ. Grego. Nihil viriditatis hẽt ramus boni operis nisi mãserit in radice charitatis. Tales. n. qui habent charitatem sꝑ sunt virides, qui a si patianť aduersa, ibi sunt virides ꝑ patientiã, si succedũt prospera, ibi virescũt ꝑ tẽperantiã. Nã ſm Aug. Hõ

Ioã. 15.

2. Cor. 3
Phil. 2.
Sap. 7.

aliqñ est bonus inter bona, & aliqñ est bonus inter ma la, aliqñ malus inter mala, aliqñ malus inter bona. Habens. n. charitatem inter bona est bonus, qa bonis scit uti ad temperantiam, & est bonus inter mala, quia malis scit uti ad patientiam, sed nõ habẽs charitatem est malus inter mala, quia aduersa faciunt eum peiorem, & est malus inter bona, qa ꝓspera eum faciunt elatiorẽ. Tertio manserunt in Christo sicut radij in sole, accipientes, ab ipso sapiẽtiæ claritatẽ p quã totã ecclesiã illuminauerunt. Vñ de eis cantat, quorum doctrina fulget ecclesia ut sol & luna. Dicit autẽ B. Augu. ꝙ luna tripliciter obscurat. Aut qñ eclypsat, aut qñ nubibus tegitur, aut qñ renouatur. Ecclesia q̃dẽ triplicẽ statum habet. s. primitiuum, modernum & ultimum. In primo statu. s. tpe martyrũ luna fuit eclypsata. luna aũt qñ est eclypsata, tota sanguinolẽta esse vr. Sic ẽt ecclesia primitiua catholica vr sanguinolenta. i. sanguine martyrum rubricata. In statu autẽ moderno obscuratur per nubes. i. per carnales cupiditates q̃ dñr nubes, & qa mentẽ obnubilãt, & quia ẽt cito ꝑtrãseũt.
Psa. 146 Qui operit cœlum nubibus &c. Tpe autẽ antichristi obscurabit p renouationẽ Tunc. n. obscurabitur, quia
Psal. 10 multis ꝑsecutionibus deprimetur. Vt obscurent in obscura luna & rectos corde. i. in obscura ecclesia ẜm literã Aug sed tñ postmodum renouabitur, quia de fide trãsibit in spẽ, de speculo enigmatis ĩ faciẽ claritatis. Quarto mãserũt ĩ Xpo sicut ædificiũ in fundõ accipiẽtes ab ipso stabilitatẽ, ita ꝙ nõ timuerũt uẽtũ. i. tẽtationẽ immissã a diabolo q̃ est in aere caliginoso, nec pluuiã. i. ꝓbationẽ immissã de cęlo, nec flumina.
Matt. 7. i. ꝑsecutionẽ immissã ab hoĩe terreno. Descẽdit pluuia &c. Quinto mãserunt in Christo sicut membra in capite suo, accipientes ab ipso sensũ & motũ, i. influẽtiã gratiarum & uirtutum. Membra autem influentiã a capite nõ suscipiunt, aut qñ sunt p̃cisa, aut qñ sunt
Eccl. 10 putrida, aut qñ sunt paralysi resoluta. Præcisi autem a Deo & hoĩb sunt superbi. Odibilis corã Deo & homini-

minibus est superbia. Putridi uero sunt inuidi. Putredo ossium est inuidia. Paralytici autẽ sunt auari, quia habent cor constrictum ex frigiditate charitatis, & humidum ex abundantia iniquitatis. Abundabit iniquitas & refrigescet charitas multorum. Pro. 12. Mat. 24

Sermo cclxxiiij. Eodem die, sermo iij. Quod Christum propter quatuor diligere teneamur.

MAnete in dilectione mea &c. Dñs apostolos sæpe ad dilectionẽ admonet. Inter cæteros autem isti duo, s. Simeon, & Iudas in dilectione sua usque ad mortẽ mãserunt, qa ꝑ Xp̃i amore mortẽ sustinuerũt. Sic ẽt & nos debemus in dilectione Xp̃i remanere, & Xp̃m diligere multiplici rõne. Primo ꝑꝑ tãti amici fidelitatẽ. Sũt. n. qdã infideles amici q̃ non diligũt uere in uita, alij qui nõ diligũt in morte, alij q̃ statim obliuiscuntur post mortẽ. Xp̃s autem & in uita ueraciter diligit. Ego diligentes me diligo. Et in morte diligit fortiter, quia ab hoste defendit. Amicus fidelis protectio fortis. Et post mortẽ diligit utiliter, qa ad regnũ cęlorũ ꝑducit. Tenuisti manũ dexterã meam, s. in uita me cõseruando, & in uolũtate tua deduxisti me, in morte me custodiẽdo, & cũ gloria suscepisti me ad regnũ tuum perducẽdo. Secundo Xp̃s est diligendus ꝑꝑ amicitiæ utilitatẽ. Pater meus diliget eũ & ad eum uenemus &c. Venit autem pater memoriam confirmando, uenit filius intelligentiã illuminãdo, uenit spiritus sanctus uoluntatẽ inflãmãdo. De eius utilitate dicit Aug. Attende quanta est charitas, quæ si desit frustra hñt cætera, si adsit hñt oĩa. Idem. Vbi charitas adest, quid est quod deesse possit? Vbi deest qd est quod possit prodesse? De eius ẽt utilitate dr̃: Diligentibus Deum oĩa cooperantur in bonum. Etiam peccata ſm gl. occasionaliter, qa tales fiunt humiliores, sicut patet in Petro. Vñ Aug. Audeo dicere superbis esse utile cadere in aliqd peccatũ apertũ. vñ sibi displiceant, qui iã sibi placẽdo ceciderant. Salubrius. n. sibi Petrus Io. 15. Prou. 8. Eccl. 6. Psal. 72. Io. 14. Rom. 8.

displicuit qñ fleuit, quã placuit qñ negauit. Fiunt ẽt cautiores sicut patet i Dauid Hier. Aues cęteraq; aïa lia in easdẽ pedicas retiaq; nõ incidũt. Fiunt ẽt feruẽ tiores sicut patet in Magdalena. Ambr. Sctĩ dñi si aliqñ cadũt feruẽtiores resurgũt. Fiũt ẽt deuotiores, qa cũ maiori deuotiõe Deo seruiũt, ex eo ꝙ ipsos eripuit a morte culpę, resuscitauit ĩ uitã grę, & liberauit a pę

Eccl. 51 nis gehẽnę. Vñ talis aïa gras Deo agit dicẽs: Laudabit usq; ad mortẽ aïa mea dñm &c. Tertio Deũ dẽm̃ diligere pp debitum, quia pp hoc hõ factus est ut diligat Deũ Aug. Propterea facta est creatura rõnalis, ut summũ bonũ ĩtelligeret; ĩtelligẽdo amaret, & amãdo possideret; & possidẽdo frueret. Istud debitũ cum minis Deꝰ a nobis reqrit. Aug. ĩ li. cõfes. Quis sũ ego dñe ut me amare te iubeas; & nisi hoc faciã irasceris mihi & minaris ĩgẽtes miserias &c. Quarto dẽmus eũ dilige

Dilectio Xpi erga nos — re pp exẽplũ. Ipse. n. nos dilexit amore recto, discreto & pseuerãti. Amore recto nõ hñdo respũm ad suã utilitatem, sed ad nostrã. Sic & nos dẽmus Christum diligere pp se solum. Sed multi sunt qui diligunt eũ amore obliquo uolẽtes simul diligere Deũ & mũdum, qđ fieri non potest, sicut ostendit B. Aug. triplici exẽ

Notandum. — plo. s. uasis, sinus, & manus. De primo sic dicit super Ioan. Si habitat in te amor mundi non est quo intret amor Dei, uas es, sed plenus es, funde ꝙ habes ut recipias qđ non habes, funde amorem seculi ut implearis amore Dei. De scđo sic dicit: Deus in sinu cordis tui paratus erat dare indulgentiã, excusas, claudis sinũ & includis peccatum excludis medicinã peccati. De tertio sic dicit: Nõ põt quis amare qđ ęternum est nisi desiteterit amare qđ tpale est. Amorẽ hoïs sic puta quasi manum aïæ. Si. n. manus aliqđ tenet, aliud tenere non põt, ut aũt tenere possit qđ datur, dimittat illud qđ tenet. Scđo nos dilexit amore discreto, qa naturã nrãm assũpsit, & culpã cauit. Bern. Xps in carnis assumptione cõdescẽdit mihi, in culpę uitatione cõsuluit sibi. Isto amore dẽmus diligere proximum, nos, & Deum.

Cha-

Charitas.n. habet zelum mortē & alas. vnde Amb.in lib.de Isaac. Zelum n.charitas habet, quoniā p zelū quē hēt, nec suis parcit. Et mortē hēt charitas, qa sicut mors est finis, ita & charitas. Ex qbus verbis hr̄ q̄ illi q hēnt charitatē dn̄t hr̄e zelū ad pximū, vitia arguē do, ad seipsū mortē, vitia & oēm amorē mundi extinguēdo. Ad Deū alas ignitas; ad ipsū p amorē ardē ter currēdo. Tertiò dilexit nos Christus amore pseue ranti, s. in principio parētelā nobiscū cōtrahendo. In charitate ppetua dilexi te, iō attraxi te miserans. In medio nobiscū familiariter cōuersādo. Post hęc ī ter ris visus est, & cū hoībus cōuersat⁹ est: In fine p nobis moriēdo. Cū dilexisset suos, q erāt in mundo, in finē dilexit eos, sic & nos dēmus Chr̄m diligere in princi pio, i. in adolescētia nr̄a, & in medio, i. in iuuētute, in fine, i. in senectute. Oī tēpore diligit, qui amicus est.

Hier. 4.
Bar. 3.
Ioā. 13.
Pro. 18

Sermo cclxxv In festo omnium sanctorum Sermo primus.

Quod quadruplici de causa hoc festum institutum est.

Mementote quomodo salui facti sunt patres nostri &c. Sicut dicit Beda. Festiuitas omnium sanctorū triplici de causa celebratur, vnde ait: Festiuitates sctōrum patres celebrari sanxerunt, vel ad incitādum ad imitationē, vel vt nos eorū meritis sociemur, vel ut eorū orationibus adiuuemur: Et ideo valde utile est, vt qualiter sctī sunt saluati, nobis ad memoriā reducatur. Hæc autem solemnitas q̄ fit ad honorē omniū sanctorū quadruplici de causa instituta est. Prima sumitur a parte basilicę cōsecratę, q̄ quidē consecrata erat omnibus idolis; sed postmodum consecrata est oībus sanctis. Aliqui igitur sunt q faciunt festū put cōsecrata est oībus sctīs, aliqd put cōsecrata est oīb⁹ idolis. Primo festum angelorū faciūt humiles Angeli. n sūt tātę humilitatis, q̄ nobis tā abiectis ministrare dignant. Oēs sūt administratorij spūs & c. illi ergo faciūt festū angelorū q p humilitatē honorāt Deum. Magna potentia Dei solius & ab humilib⁹ honorat:

1. Mac. 6.
Heb. 1.
Eccl 3.

Iob. 43. Ecõtra vero festũ, luciferi faciunt superbi. Ipse est rex
super omnes filios superbiæ. Secũdo festũ patriarcha
Eccl.44. rũ faciũt misericordes & pij. Hi sũt viri misericordiæ
quorũ pietates nõ defuerũt. Ecõtra festũ mamonę fa-
Matt. 6. ciũt auari Nõ potestis Deo seruire & mãmonę. Tertio
festum prophetarũ faciunt despecti, q ad instar reorũ
se despiciũt propter Deũ. Circuierũt in melotis & in
Heb. 11 pellibus &c. Festum autem beelfegor, q interpretatur
Deus vestitus faciũt vanagloriosi. In vestitu ne vana-
Eccl. 11 glorieris vnquã. Quarto festũ apostolorũ faciunt fra-
Psal. 18. ternã salutẽ zelãtes. In oẽm terrã exiuit sonus eorũ, &
in fines orbis ter. &c. Ecõtra vero festũ beelzebub, qui
interpretatur Deus muscarum, faciunt detrahentes, q
ad immũda, i. ad aliorũ defect⁹ sp volãt, aliquãdo me
Mat. 10 lioribus detrahẽtes. Si patrẽ familias beelzebub voca
uerũt, quãto magis domesticos eius? Quinto festum
martyrũ faciũt patiẽtes, de qbus dr: Nõ murmur reso
nat nõ quærimonia &c. Ecõtra vero festũ martis, qui
Iac. 4. est Deus belli faciũt iracũdi & impatientes. Litigatis
2. Cor. & belligeratis &c. Sexto festũ cõfessorũ faciũt abstinẽ-
6. tes. In fame & si. & ieiu. mul. &c. Ecõtra festũ bel q in- beel
Dan. 4. terpretatᷓ deuorator faciũt gulosi & epulis seruiẽtes.
Phil. 3. Nõ tibi vr̃ bel Deus viuẽs, an non vides q̃ta comedat
1. Thi. 4 & bibat quotidie. Quorũ De⁹ vẽter est. Septimo festũ
virginũ faciũt puri & cõtinentes. Sciat unusquisq; ue
strum uas suã possidere in sanctificatione & honore.
Econtra festũ. Asmodei faciunt uoluptatem sectãtes,
Tho. 4. Ille enim dæmon odit matrimonia & diligit adulte-
Sap. 2. ria. De talibus dr: Nullum pratum sit quod nõ pertrã-
seat luxuria nostra. Secũda causa institutionis sumitᷓ
a parte nostræ insufficientię. Sancti. n. sunt quasi in
finiti, & quia nõ possemus omnium sanctorum festũ:
specialiter facere, hodie facimus cõiter. Vñ dictũ est
Leu. 26 Comedetis uetustissima uterũ, & nouis supeniẽtibus
ueterã abijcietis. Vetustissima ueterũ sunt tres in trini
tate personę, quę principio carẽt & fine, q̃ debemus co
medere cũ auiditate & deuotione, reuerẽtiã exhibere

vt sibi per amorem incorporari possimus. Vetera aũt sunt patres veteris testã quos possumus abijcere, i. ab eorũ festiuitatibus abstinere. Noua uero sunt patres noui testã quos dẽmus per anni circulũ recolligere, & eis laudes impẽdere, nõ tñ singulariter, qa ipsi qua si infiniti sunt. Sicut.n. dicit Hier. in epla ad Heliodorum, & Cromatiũ, nullus dies est qui nõ ultra quinq; milliũ martyrũ reperiri possit ascriptus excepto die cal. Ianua. Romani.n. pceperãt ne tũc aliqs interficeretur: tum qa erat prima dies anni, iõ deferri sibi uolebant, tũ quia Iano qui erat primus rex Italiæ dedicata erat: tũ quia illa die multa pstigia exercebant, tum quia tunc suos cõsules pmutabant. Tertia rõ sumit a parte nr̃æ negligentiæ. Nos.n. sæpe festa sanctorũ negligenter egimus, aut pp humanã fragilitatẽ, aut pp ignorantiã, & obliuionẽ, aut pp negligentiã, & remissionẽ, aut pp negociorũ secularium nimiã occupationem. Et ista quatuor tangit Rabanus dicẽs Decretum est vt hac die oĩum sanctorũ memoria habeat, vt quicquid humana fragilitas per ignorantiã seu negligẽtiam seu occupationẽ rei secularis in solemnitatibus sctõrum minus pfectè peregisset, in hac sctã obseruatione soluat. Quarta rõ sumit a parte nr̃æ indigẽtiæ. Nos.n. suffragijs indigem⁹, & quia hodie honoramus oẽs, oẽs aduocatos hẽmus. Et quia impossibile est orationes multorũ non exaudiri, impossibile erit eorũ pces a Deo non admitti. Iõ regina virginũ hodie ab oĩbus sanctis associata incedit, & pro nobis intercedit, sicut in quadam visione monstratũ erat. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaur. cir. varietate. Istã nanq; associant apostoli cum uestibus deauratis, martyres cum vestibus purpureis, confessores cum vestibus hiacinthinis, virgines cum uestibus candidis.

Sermo cclxxvi. Eodem die sermo ij. Quomodo omnes Sancti multiplici iure cœlestem sunt gloriam consecuti.

ASsuerus qdẽ tertio anno Imperij sui fecit grãde conuiuiũ cunctis principib. & pueris suis fortissimis Hest. I.

Dicit Hieron. nullus dies est plusquã quinq; millia martyrum non habeat.

Romani primo Januarij ... pcipiebãt ... occidere Martyres quare.

Historia de intercessione oium sctorum pro nobis et pcipue Virginis.

colores vestimentorum q sunt ...

ſimis, Perſarũ, & Medorũ, inclytis & p̃fectis ꝓuincia rũ. Aſſuerus, q̃ interpretat̃ beatus, ſignificat Xp̃m q̃ eſt gloria & beatitudo ſanctorũ. Primus annus ipſi⁹ fuit tp̃s legis moſaycæ in quo fecit cõuiuiũ ualde paruũ. Secũdus annus fuit tp̃s gr̃æ in quo fecit cõuiuiũ ſemi plenũ. Tertius annus eſt ſtatus gloriæ in quo fecit cõ uiuiũ plenum atq; ꝑfectũ. Faciet aũt principibus. i. pa triarchis & prophetis, q̃ fuerũt in Dei acie primi du- ces, vel principibus, i. apoſtolis, q̃ principant̃ ĩ cęlo ĩ
Pſal. 46. mũdo & ĩ ĩferno. Principes populorũ cõgregati ſunt. Et pueris ſuis, i. virgininib. a puritate dictis, & fortiſ- ſimis Perſarũ, i. martyrib. Perſæ. n. interp̃tat̃ ſua latera diuidẽtes, q̃ martyres habuerũt ſua latera diuiſa. i. cor pora lacerata, & Medorũ inclytis, i. cõfeſſorib. Medi . n. interp̃tant̃ adęquati, q̃a adęquauerũt magnitudinẽ fidei, ſpei, charitatis, & operationis, & fuerũt ĩcliti in ſcĩa vita & fama, & p̃fectis ꝓuinciarũ, i. angelis, quo- rũ q̃dã principant̃ ꝓuincijs, q̃dã locis, & q̃dã ſingu- larib. ꝑſonis. Oẽs ergo iſti cęleſtẽ gloriã cõſecuti sũt & multiplici iure. Angeli q̃dã ꝑ feudatariã poſſeſſio nẽ. Quãuis. n. ſuã beatitudinẽ & cõfirmationẽ meruer- runt ex eo ꝙ alij ſuperbiẽtib. ad Deũ totaliter ſint cõ uerſi nihilominus tñ tenent̃ ſeruare feudũ & tributũ & regi & familiæ regis, q̃a tenent̃ Deo aſſiſtere & no
Dan. 7. bis miniſtrare. Milia miliũ miniſtrabãt ei, ecce tribu- tũ familiæ regis. Et decies cẽtena milia aſſiſtebãt ei, ecce tributũ regis, iſtud aũt tributum nos debemus ꝑ ſoluere, ſ. de corpore mortificationẽ, de aĩa deuotam orationem, & de rebus ad pauperes liberalem largi- tionem. *Secundo* patriarchæ & prophetæ ipſã aſſecu ti ſunt per ædificationẽ. Ædificauerunt. n. ſibi cœleſtẽ manſionem de auro dilectionis diuinæ. de argento dilectionis proximi, & de lapidibus præcioſis, i. de operibus meritorijs. De iſto ędificio aũreo, argẽteo &
1. Cor. 3 precioſo dr̃: *Siquis ſuperædificat ſuper fundm̃ hoc* aurũ, argẽtũ, & lapides p̃cioſos &c. Eleemoſyna. n. dũ dat̃ eſt quaſi terra, plũbum, & ſaxũ. *Sed ibi terra con*

uertitur

uertit in aurũ, plũbũ in argẽtũ, saxũ in lapidẽ p̃ciosũ. Aug. sup Ps. Laudas mercatorẽ q̃ vẽdit plũbũ & emit aurũ, & nõ laudas illũ q̃ erogat pecuniã & acq̃rit iustitiã. Tertio apostoli ipsam assecuti sũt per emptionẽ. Mat. 19
Ecce nos reliq̃mus oĩa, ecce preciũ. Et infra, cẽtuplũ accipietis, & vi. ęt pos. ecce cõparatũ præmiũ. dẽt aũt emi ad instar agri thesauri, & Margaritæ. Instar agri, Ibid. 13
q̃a reqrit aĩum bñ cultum. Sed de multis dr̃ illud. Per agrum hoĩs pigri transiui, & ecce to. repl. vrticæ &c. Pro. 24.
Instar thesauri, q̃a requirit magnum desiderium. Si q̃sieris eã quasi pecuniã & quasi thesaurũ effode eã &c. Ibid. 2.
Instar Margaritæ quia requirit magnum studium. Vñ dr̃ ibi, Simile est. n. re. cæ. ho. ne. quærenti bo. mar. &c. Quarto ipsam assecuti sunt martyres p̃ uiolẽtiã & direptionẽ. Regnum cœlorum vim patit̃, & violenti rapiunt illud. Rapuerunt. n. de manibus Dei regnũ cęlo Mat. 11
rum, desiderabilẽ thesaurum, & uitã beatorum. De his tribus dicit Ambro. Aggrediamur dñm, & more latronũ suis eum spoliari nitamur, cupimus sibi auferre regnũ, thesaurũ, & vitã. Sed ille tã diues est ut non abnuat, nõ resistat. Aggrediamur cũ inq̃ nõ fuste, nõ ferro, nõ saxo, sed mansuetudine, bonis operib. & castitate. Quinto assecuti sunt eã cõfessores p̃ hr̃ditariã successionẽ, fuerunt. n. pacifici, & iõ filij Dei. Beati paci- Mat. 5.
fici, qm̃ filij Dei uocabuntur, & q̃a filij, ideo hæredes Rom. 7.
Dei. Si filij & hæredes &c De ista hæreditate dr̃: No- Psal. 36
uit dñs dies immaculatorum & hæreditas eorũ in æternum erit. Illam enim hæreditatem habebunt tm̃ legitimi ex immaculato thoro p̃creati, ideo dr̃: Nouit dñs dies immaculatorum: & erunt in hæreditate perpetuo conseruandi, iõ subditur: Et hęreditas eorum in æternum erit, & erũt a principe in iudicio in possessione mittẽdi qñ, s. mali cũ sua confusione de ista hæreditate excludent̃, iõ dr̃: Nõ confundentur in tpe malo, Et erũt bonis oĩb. saturãdi, s. qñ mali fame moriunt̃, iõ subdit̃: Et in dieb. famis saturabunt̃. Mali aũt pp̃ crimẽ læsæ maiestatis erũt exhr̃dãdi, iõ subditur:

Peccato-

Peccatores peribunt. Sexto assecuti sunt eã virgines ꝑ
Esa. 61. gratuitam donationẽ. Sunt.n. sponsę Christi, & ad spõ
sum spectat suæ sponsæ oĩa gratis dare. Dabo eis coro
nã pro cinere, oleũ gaudij ꝓ luctu, palliũ laudis pro
spiritu męroris. Virgines.n præ cæteris sanctis tres ꝓ-
rogatiuas habebunt. Primo coronam aureolam, ex eo
ꝙ carnem suã mortificauerunt, & quasi vsq; ad cinerẽ
consumpserunt, iõ dicit: Dabo eis coronã ꝓ cinere.
Secundo habebunt cœlestẽ melodiam quã solæ cãta-
bunt, ex eo ꝙ pro absentia sponsi gemuerunt, ideo dr̃,
oleum gaudij pro luctu. Tertio habebunt vestem can
didam, ex eo quod vestem nigram mæroris indue-
runt, ideo subditur, palliũ laudis pro spiritu męroris.

Sermo cclxxvij. De eodem sermo iij. Omnium Sanctorum or dines congregat Ecclesia, vt eis laus impendatur.

Ioel. 3. VOcate cætum, cõgregate populũ, sanctificate ec
clesiam, coadunate senes, cõgregate paruulos, &
sugentes &c. vsq; ibi de thalamo suo &c. Sancta ma-
ter ecclesia ordines oĩum sanctorum hodie cõgregat
vt eis laudẽ impẽdat, qui in verbis præmissis denotã
tur. Primus est ordo trinitatis, qui notatur cũ dr̃: Egre
diatur sponsus &c. Sponsus autem Christus, in noĩe
Xpi cubile quadruplex aũt Christi ſm Aug. tota trinitas intelligitur. nam cũ
Christus, dicitur intelligitur & ungens pater, & un-
ctus filius, & ipsa vnctio Sp̃s sct̃us. Sp̃ualiter aũt Chri
stus est sponsus qui hẽt quadruplex cubile.s. patris si-
nũ, virginis uterũ, crucis patibulũ ipsũ monumentũ.
Egrediatᷣ ergo spõsus de isto cubili suo ut associetᷣ ꝑ-
Mich. 5 senti solẽnitati. De primo.n. cubili egressus est p ęter
nã originem. Egressus eius ab initio a diebus æterni-
Psal. 18 tatis. De secundo egressus est per tp̃alem generatio-
Abac. 3. nem. Ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo.
De tertio Egressus est pp nostram saluationem. egres-
sus es in salutem populi &c. De quarto Egressus est
per gloriosam resurrectionem. Hieremię 4. Ascendit
leo de cubili suo & cæt. Ex his ergo quatuor trahitur
quadru-

quadruplex rõ, quare iste sponsus sit a nobis honorã dus, s. qa est rex nr̃, frater noster, iudex & glorificator noster. Nã inquãtũ ægressus de sinu patris est rex nr̃, inquãtũ egressus de utero matris, est frater nr̃, inquã- tũ de patibulo est iudex noster, & inquãtũ de monu- numẽto est glorificator noster. De his quatuor legit: Ecce rex tuus, quo ad primũ, uenit tibi, ut. s. carnẽ assu mat, quo ad 2m, iustus, quo ad tertium, & saluator, quo ad quartum. Secundus est ordo uirginis, qui notat cũ dr̃: Et sponsa de thalamo suo. Virgo. n. beata non est in ordine Trinitatis, quia ibi non sunt nisi tres perso næ, nec in ordine sanctorum angelorum, sed sup eos, & iõ facit ordinem per se. Dicitur autem sponsa, quia Deus matrimonium cõtraxit cum ea, qꝫ fuit initiatum per uerba de futuro, qñ dixit ei angelus: Ecce conci- pies & paries filium &c. Fuit ratificatum per uerba de præsenti, qñ uirgo respondit. Ecce ancilla dñi. Et fuit consummatũ, qñ filius Dei in thalamo uirginali no- stram naturam sibi uniuit. In isto matrimonio fuit bo num fidei, quia uirginitatem illibatam uirgo sp ser- uauit. Fuit bonum prolis, quia Dei filium de suis ui- sceribus generauit. Fuit bonum sacramenti, quia nun quam a filio suo diuisa uel separata fuit. In isto etiam matrimonio fuit coniunctio animorum per mutuam charitatem. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, Fuit coniunctio corporum per naturæ unitatem, qa caro Christi est caro matris. Fuit indiuisibilitas habita tionis amborum, quia sicut in uita dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. Stabat iuxta crucem Ie- su mater eius &c. Ista sponsa habuit triplicem thala- mum, s. uterum speciosum, in quo habitauit diuina sapiẽtia. Animũ uiscerosum, in quo habitauit uniuer- sa ecclesia, & locũ glotiosum in quo habitat sublima- ta. Ex his ergo trahitur triplex rõ quare uirgo beata sit a nobis honoranda, s. quia sponsa ęterni regis aduo cata humani generis, & regina totius curiæ cœlestis. Nam inquantum in eius utero habitauit sapientia diuina

Zac. 9.
Canti. 6
Ioã. 19.

diuina facta est sponsa regis. Inquantum in eius aīo uisceroso habitauit uniuersalis eccl'a, facta est aduocata humani generis. Inquantum in loco glorioso habitat sublimata, facta ē regina curiæ cęlestis. De his tri-
Apo.12 bus dr̄: Mulier amicta sole &c. Sole qdem amicta fuit qñ Dei filium generauit. Et lunā sub pedibus habet, quia ecclesiam sub defensione tenet. Duodecim stellę sunt nouem ordines angelorum, & tres hominum, s. martyres, confessores, uirgines, qui sunt corona eius, quia oīum est regina. Tertius est ordo angelorū, qui notatur cum dr̄: Vocate cætum. Vñ cantat. Cætus oēs
Angelorum officium triplex. angelici. Iste autem cætus ſm Dionysi. triplex habet officium. s. illuminandi, purgandi, & perficiēdi. Et ex his trahitur triplex ratio quare sunt honorandi. s. qa sunt nostri illuminatores, purgatores, & perfectores. De his tribus grāe referunt Deo a propheta dicente: In conspectu angelorum psallam tibi &c. Et subdit. Super mīa tua, qua. s. a peccato seu culpa me purgas; & ueritate tua, qua. s. per sapientiam me illustras, qm̄ magnificasti super oē nomen sanctum tuum. i. qm̄ in tua gratia me magnificas, perficis, & consumas. Quartus est ordo Patriarcharum & prophetarum, qui notatur cum dicitur: Coadunate senes. Qui dicuntur senes propter reuerendam paternitatem, qua nos ge-
Tho. 8. nuerūt in fide, Filij quidem sanctorū sumus. Propter
Sap. 8. sensus maturitatē. Cani sunt sensus hoīs. Propter con
Ibid. uersationis grauitatē. Ætas senectutis uita immaculata. Ex his ergo tribus trahit triplex rō, quare a nobis sunt honorandi, s. quia fuerunt genitores nostri in fi-
Eccl.44 de uera, maturi in sapientia, & honesti in uita. Laudemus uiros gloriosos, & parentes nostros. In hoc. n. ꝙ dicit uiros, notat sensus maturitas, in hoc, quod dicit gloriosos, notat cōuersationis honestas, ī hoc, ꝙ dt parētes nostros, notat ipsorū reuerēda pr̄nitas. Quintus est ordo apostolorum, qui notatur cum dr̄: Sanctificate, idest sanctam ostendite ecclesiam. Sanctificatū autem p̄supponit sanctum. Congregatio igit aposto-

lorum dr̃ ecclesia sancta,& sanctificata. Ecclesia,q̃a
ipsam plãtauerunt.Ego plantaui,apollo rigauit.Sctã, 1.Cor.3
quia vitam sanctam habuerunt, terrena contempse-
runt,& fenestras sensuum custodierunt.Qui sunt isti Esa.40.
q̃ p̃ nubes uolant & quasi &c.Sãctificata,q̃a in aduen
tu spiritus sct̃i cõfirmati fuerunt. Ego cõfirmaui &c. Psal.74.
Ex his ergo trahit̃ triplex rõ quare sunt honorãdi, s.
q̃a in fide nos plãtauerunt suis doctrinis,informaue-
runt suis exẽplis,& corroborauerunt suis miraculis.
De throno.i de apostolis in quibus Deus sedet ꝓcce Apo.4.
dunt uoces.s.p̃dicationum,& fulgura.s.lucidorũ exẽ
plorũ,& tonitrua.s.terribiliũ miraculorũ. Sextus est
ordo martyrum,qui notat̃ cum dr̃: Congregate popu
lum. Dñr.n.populus a depopulãdo, quia depopulati
sunt diabolum mundum & corpus ꝓprium. diabolũ
in resistẽdo.Resistite diabolo & fugiet à vobis.Mun- Iac. 4.
dum.i.p̃secutores mundi patiẽdo.Melior est patiens Pro. 16.
viro forti &c.Corpus proprium feriẽdo.Castigo cor- 1.Cor.9
pus meum & in seruitutẽ redigo &c.Ex his ergo tra-
hit̃ triplex rõ quare sunt à nobis honorãdi. s. q̃a oẽs
hostes uicerunt triplici gñe uictoriæ.s. p̃ modũ resi-
stẽdi,patiẽdi,& feriẽdi.Sct̃i p̃ fidem uicerunt regna. Heb.11
Et subdit̃:Obturauerunt ora leonum, ecce uictoria p̃
modum resistendi,lapidati sunt secti sunt &c.ecce ui
ctoria per modum patiendi. Circuierunt in melotis
& in pellibus caprinis &c. ecce uictoria per modum
se feriendi. Septimus ordo est confessorum, qui no-
tatur cum dr̃:Et sugentes ubera. Ex uberibus triplex
liquor effunditur.s.lac,butyrum,& sanguis.Sancti ita
que ex uberibus diuinę pietatis suxerunt lac.i.intelli
gẽtiã diuinæ scripturæ. Suget lac gẽtium &c. Butyrũ Esa. 60.
deuotionis internæ. Qñ lauabã pedes meos butyro. Iob. 29.
Et sanguinem,i.memoriã passionis diuinæ: vt intin- Psal.67.
gat̃ pes tuus in san.Ex his ergo trahit̃ triplex rõ qua-
re sunt à nobis honorandi, s. quia fuerunt doctores
nr̃i,intercessores nr̃i,& inflammatores nr̃i. Nam in-
quãtum suxerunt lac sacrę scripturæ,facti sunt docto
res

res nri, inquantū suxerunt butyrum deuotionis internæ facti sunt intercessores nri, inquātum uero suxerunt sanguinem passionis Dnicæ facti sunt inflāmatores nri, nā, qa erant inflāmati, iō alios inflāmabāt. Octauus est ordo uirginum, qui notatur cum dr: Cōgregate paruulos a puritate dictos. Est nanq; in eis
Mat. 25 triplex puritas, quæ notat' in parabola de uirginibus, s. uasis, liquoris, ac lucis. Puritas uasis est mūditia corporis, puritas liquoris est mūditia gratiæ spiritualis, puritas lucis est honestas conuersationis. Ex his ergo trahit' triplex ratio quare sunt honorandi, s. qa sunt socij Christi, templum spiritus sancti, & filij Dei Nā inquantum habuerunt puritatem uirginalis sanctita-
Apo. 14 tis & pudicitiæ facti sunt socij Chri. Hi sequuntur agnū quocunq; ierit. Inquātum habuerunt puritatem spūalis munditiæ, facti sunt templum spiritus sancti.
1. Cor. 6 Nescitis, quia templum Dei estis. Inquātum hēnt puritatem cōuersationis sanctæ facti sunt filij Dei. Vñ postquā dñs dixit: Sic luceat lux uestra coram hominibus &c. subdit: Et glorificent patrē uestrum qui in
Apo. 14 cœlis est. De his tribus dr: Hi. n. empti sunt ab hominibus primitiæ Deo & agno, ecce, qa sunt socij Xpi. Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium, ecce, quia sunt filij Dei. Sicut. n. diabolus est pater mendacij, ita Deus est pater ueritatis. Sine macula sunt ante thronum Dei, ecce, quia sunt templum spūs scti.

Sermo cclxxviij De eodem Sermo quartus. Beatitudo uera quoad quatuor describitur.

Psalm. BEati qui habitant in domo tua dñe, in sęcula sęculorū laudabunt te. Omnes hoīes naturaliter appetunt beatitudinem, sed circa ipsam beatitudinē diuersi diuersimode errauerunt. Quidam circa beatitudinis subiectum, quorum qdam dixerunt subiectum beatitudinis esse solū ipsam animā, sicut Stoici, q posuerūt btītudinē in sola animi uirtute cōsistere. Alij in solo corpore sicut epicuri q̄ posuerūt btītudinem

esse in uoluptate carnis. Sed propheta quantum ad subiectũ beatitudinis dicit, ꝙ totus hõ in aĩa. s. & in corpore sit beatus iõ dicit, Beati qui habitant. Si. n. cõsisteret in sola aĩa, uel in solo corpore, tunc dixisset beatæ animę, uel btã corpora. Alij uerò errauerũt circa beatitudinis locum, ponẽtes beatitudinem tm̃ in hoc mũdo. s. in diuitijs, delitijs, & honoribus. Sed ꝓpheta dicit de loco. In domo tua domine. Alij errauerũt circa beatitudinis duratione dicẽtes, animam beatitudinẽ cõsequi, sed tamen ꝙ post multorũ annorum curriculam, animæ iterum ad corpus reuertentur, & miserijs mundi iterum subijcient. Et in istum errorẽ incidit Origines. Sed ꝓpheta dicit de duratione, in sæcula sęculorum. Alij errauerũt circa beatitudinis occupationem, sicut iudęi & saraceni, qui dicũt beatos uacare cibis & potibus, & fęminarum coniunctionibus. Sed ꝓpheta dicit de occupatione eorũ, Laudabũt te. Ex his ergo ostendit, ꝙ propheta, quantũ ad quatuor describit beatitudinẽ. Primo quãtum ad beatitudinis subiectum cum dicitur, Beati. Totus. n. hõ & in corpore & in anima beatus erit. Corpus namque in pñti quadruplicem habet defectum. Est. n. mortale, obscurum, põderosum, & grossum. Et quãtum ad hos quatuor defectus glorificabitur, & quatuor dotibus uestiet, & hoc insinuat apostolus dicẽs, Seminat cor &c. Tota. n. passibilitas trãsibit in immortalitatẽ, iõ dicit, Seminatur in corruptione surget in incorruptione. Tota obscuritas transibit in claritatem, ideo subditur: Seminat in ignobilitate surget in gloria. Tota ponderositas trãsibit in agilitatẽ, ideo subditur: Seminatur in infirmitate surget in uirtute. Tota grossities trãsibit in sublimitatẽ, iõ subditur: Seminatur corpus aĩale; surget spirituale. Anima similiter beatificabitur quantũ in intellectiuam, affectiuam, & appetitiuam. Intellectiua siquidẽ delectabitur in Dei ueritate. Sciẽtia autem nostra in præsenti habet triplicem defectum. Est enim obscura; Videmus nunc per speculũ in enigmate; Et in pse

Corporis glorificatio. 2. Cor. 15.

Animæ beatitudo. 1. Cor. 13.

cta. Nűc cognoſco ex parte. Et à ſenſibilibus accepta. Cũ eſsẽ paruulus loquebar ut paruulus &c. Tunc aũt ſciẽtia noſtra erit clara. Tunc autem facie ad faciem. Erit perfecta, iõ infert. Tunc aũt cognoſcã, ſicut & cognitus ſum. Erit ab ipſo Deo infuſa, iõ ſubiungit. Qñ aũt factus ſum uir, euacuaui q̃ erãt paruuli. Affectiua noſtra delectabit̃ in Dei bonitate. Triplicẽ nãq; defectũ hñt bonitates, q̃ ſunt in creaturis. Sunt.n. accidentales; ideo ſæpe eis ſpoliantur Sunt particulares, quia nulla creatura eſt quæ habeat oẽs bonitates, ſed ſunt in eis ſparſæ & diuiſæ. Sunt ẽt mixtæ, qa nullã hẽt purã bonitatẽ, iõ affectus noſter delectari nõ põt in creaturarum bonitatibus, ſic accidentalibus, ſic particula-
Mat. 20 rib. & ſic mixtis. In Deo aũt eſt bonitas eſſentialis, iõ
Sap. 7. dr̃: Nemo bonus, niſi ſolus Deus: Vniuerſalis. Venerunt autem mihi oĩa bona pariter cum illa &c. Pura. Aug. Quanta ibi erit fælicitas, ubi nullum erit malũ, nullum latebit bonum. Appetitiua delectabit̃ in Dei ſocietate. Si.n. aliquis ualde ſitiens guttas lambit, non ſatiat̃, ſed ſitis magis augetur. Si calix menſuratus ſibi ꝓponatur, ſemiplene ſatiatur; ſed ſi in fonte ponitur, perfectè ſatiat̃. Peccatores.n. in creaturis quaſdam
Pſal. 71. delectationes lambunt. Inimici eius terram lingent;
Pſal. 58. ideo nõ ſatiantur, ſed miſerabili fame torquent̃. Famem patientur, ut canes. Boni autem in p̄ſenti diuinas delectationes recipiunt, ſed menſurate, iõ appeti
Eph. 4. tus eorum non perfecte quietatur. Vnicuique ueſtrũ data eſt gratia ſm menſuram donationis Chriſti. Beati autem ſunt in fonte Dei, ideo nõ poſſunt ſitire, Agnus qui in medio throni eſt deducet eos ad vi. fon.
Apoc. 7 aqua. Beati ẽt sũt in cœnaculo Dei, iõ nõ poſſunt eſurire. Pſal. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sunt in
Eccl. 15 theſauris Dei, iõ poſsũt pęnuriã ſuſtinere. Iucunditatem, & exaltationem theſaurizauit ſup eum. Sunt in plenitudine gaudiorũ Dei, iõ non poſſunt aliq̃d tri-
Mat. 25 ſtè ſentire. Intra in gaudium dñi tui. Secundo deſcribit beatitudinẽ quantum ad locum, cum dicit, in do-

mo

mortua. Tūc aūt domus est pulchra, qñ est bñ ordinata. De ordinatione aūt domus Dei dr̄: Ego.n. sternā p ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphyris, & ponā iaspidē propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & oēs terminos tuos in lapides desiderabiles. Per lapides.n.ordinate stratos intelligunt̄ patriarchæ; & pphetę, q̄ fuerūt ordinati q̄tum ad Deū p uirtutē cōtēplationis, q̄tum ad seipsos p pulchritudinē actionis, q̄tum ad proximos p reformationē pacis. De his tribus dr̄: Homines diuites in uirtute pulchritudinis studiū habētes, pacificātes ī domib. suis. Per lapides desiderabiles intelligunt̄ apostoli, a quibus gloria magna relucet, & iō ad vidēdum sunt magis desiderabiles. Per lapides sculptos intelliguntur martyres, q diuersis uulnerib. sūt sculpti & vulnerati. Per iaspidē q est uiridis coloris intelligunt̄ cōfessores, q fuerunt uirides in conscientia, & in uita. Per saphiros q sunt cęlestis coloris intelligunt̄ uirgines, q̄ uitā cœlestē, & angelicam habuerunt. Tertio describit beatitudinē quantum ad æternam durationē cum dicit, in sæcula sæculorum laudabunt te. Quatuor nāque de causis pōt qs pdere possessionē domus, quā inhabitat, aut quia illa domus fuit ad tp̄s conducta, aut quia ab hostibus est ablata, aut quia ruinæ uidebat̄ exposita, aut quia est creditoribus assignata. Nullo istorum modorum habitationem domus cœlestis sancti amittent, iō dr̄: Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiducię, & in requie opulenta. Non.n.amittent tanquam habitatores conductitij, quia erunt habitatores ueri, ut potè peculiaris populi Dei, ideo dr̄: Sedebit populus meus; nec tanquam ab hostibus expulsi, quia ipsos hostes subiugauerunt, ideo dicit̄: In pulchritudine pacis. Illa.n. est pulchra pax, q̄ fit hostibus supatis, nec tanquam a ruina domus deterriti, quia illa domus erit perpetua, & secura, ideo subdit, in cænaculis fiduciæ, nec tanquam de paupertate, seu indigentes, quia omnes erūt

Esa. 54.

Eccl. 48.

Possessio domus, 4. de causis pdit

Esa. 32.

diuites, & opulēti, iō subiungit in reḡe opulētā. Quarto describit beatitudinem quantum ad occupationē cū dicit, Laudabunt te. Distinguit aūt Aug. in 2. li. de doc. Christi triplicem sonum, qui fit in cantilenis. Vnus est qui fit in uoce, sicut in illis, qui faucibus canūt. Alius qui fit in flatu, sicut est sonus tubarū, & organorū. Alius q̄ fit ī pulsu, sicut in cytharis & tympanis. Isto triplici gn̄e armoniæ sācti Deū laudabūt. Armoniā siquidē cum uoce faciunt. Iuuenes & uirgines senes cum iuniorib. laudēt nomē dn̄i. Armoniā cum flatu faciunt angeli, qui flatu sancti spiritu sunt pleni. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebant. In Dei iubilatione prorumpunt. Laudate eū oēs angeli eius. Armoniā uerò cum pulsu facit Deus. Patriarchæ siq. dē hn̄t chordā suā, apostoli suā, & sic de alijs. Tāget igitur Deus chordam patriarcharum, & dulcē sonum facient; chordā ꝓphetarum, & dulcē sonum faciet, & sic ꝑ ordinē. Tanget aūt dissimiliter, ut cōcordem faciant melodiam; quia in dispari claritate erit pax, & gaudium. Laudate eum sol & luna; laudate eum omnes stellæ & lumen. Per solem intelliguntur sancti superiores, per lunam mediocres, ꝑ stellas inferiores. Chorda igitur superiorū cum tangitur, facit quasi uocē octauam. Chorda mediorum facit uocem quintam. Chorda uero inferiorum facit uocem inferiorē, & planam. Tanget etiam chordam beatæ uirginis, & super omnes illa dulciorem sonum faciet, & uocem altiorem emittet. Propter istam triplicem melodiam dicitur: Gaudium, propter armóniam flatus, ac lętitia inuenitur in ea, propter armoniam pulsus gratiarum actio, & uox laudis propter armoniam uocis.

Laudat Deus a Sanctis triplici genere armoniæ.

Ezec. 1.

Psa. 148

Esa. 51.

Sermo cclxxix. De eodem die: sermo v. A domini liberalitate, consortij nobilitate, a loci amanitate, & a gaudij immensitate cælestis domus commendatur.

Psalm.

REx meus & Deus meus, btī qui habitāt in domo tua dn̄e, & ī sęcula sęculorū laudabūt te. Quatuor

tuor sunt quæ domũ reddunt amęnam. s. Dñi liberalitas, Cõsortij nobilitas, Loci amænitas, Et gaudij immẽsitas. Ab his quatuor domum cęlestẽ commendat. Primo a liberalitate dñi, cũ dicit, Rex meus, & Deus meus, licet.n. sit rex & Deus, est tñ noster, q̃a se & sua nobis dedit. Liberalitas autem eius apparet, quia omnes peregrinos facit ciues, facit ꝑpetuos habitatores, facit domesticos, & hæredes. Ista tria tãgit apostolus. Iã nõ estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorũ &c. Ecce q̃a ꝑegrinos facit ciues, & domestici Dei. Ecce q̃a peregrinos facit domesticos & hęredes. Sup ædificati sup fundm̃ apostolorum & prophetarũ &c. Eph. 2.
ecce quia facit eos lapides uiuos, idest æternos habitatores De his autem tribus facit Deus publicum instrumentum, de quo dr̃. Scribam super eum nomẽ dñi Apoc. 3
Dei mei idest ẜm gl. Hoc est nomen æternum, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem. i. ẜm glos. nomen hẽbit a ciuitate, s. ciuis, & nomen meũ nouum, quod est filius Dei. Hæc igit̃ tria noĩa. s ciuis æternus, filius, in frontibus scripta habebunt. Habentes nomẽ eius, Apo. 14.
& nomen patris eius scriptum in frontibus suis, & sic habebunt instrm̃ de sua ciuilitate, æternitate, & Dei filiatione. Scđo cõmendatur a nobilitate consortij, cũ dr̃, Beati. Erunt.n. oẽs beati quantum ad oẽs sensus. Visus si quidem beatificabitur in Dei uisione. Sed notandum qđ color niger visũ cõgregat, color albus uisum disgregat, color uiridis delectat, q̃ est medius inter albũ, & nigrum. Iste triplex color in Xp̃o cõsiderat̃. Niger fuit eius humanitas in passione denigrata, Sol factus est niger tãq̃ saccus cilicinus, & iste color niger Apoc. 6.
dẽt cogitatus nr̃os congregare, q̃a si tanta passus est innocẽs, & sanctus, qđ tunc faciet peccator malus, & iniustus? Color albus est sua diuinitas, quę præ nimia sua claritate oculos mẽtis disgregat. Lucẽ habitat ĩaccessibilẽ. Cõiunctus est igitur color albus diuinitatis 1. Thi. 6
in Christo, colori nigro humanitatis, & factus est totus uiridis, & delectabilis ad uidẽdũ. Vñ Christus seip

Quo ad sensus omnes beatitudo.

sũ uocat uiridẽ dicẽs: Si ĩ uiridi ligno hoc faciũt &c.
Luc. 23. Auditus beatificabitur q̃tũ ad Dei dulcissimã allocu-
Can. 2. tionẽ. Sonet uox tua in auribus meis &c. Vox etenim
Iob. 38. tua dulcis. Quantũ ad angelorum iubilationem. Vbi
eras cũ me laudarent astra matutina &c. Quantum ad
Esa. 51. perpetuam hoĩum laudationem. Gaudium & lætitia
inuenieť in ea ac gratiarum actio, & uox laudis. Olfa
ctus beatificabitur odorando rosam, i. carnem Chri-
Eccl. 50 sti mundissimã. Quasi flos rosarum in diebus uernis,
Ibid. 24 odorando balsamum, i. diuinitatem suauissimã. Quasi
balsamum non mixtum odor meus. Odorando aĩam
oĩbus unguentis plenissimam. Curremus in odorem
Can. 1. vnguentorum tuorũ. Gustus beatificabitur in plena
Dei delectatione, quam sentiet ex carne Dei dulcis-
sima. Quis det de carnib. eius ut saturemur? Ex aĩa dul
cissima. Spũs meus super mel dulcis, & ex diuinitate
Iob. 31. oĩum saporum plenissima. Panem de cœlo præstitisti
Ecc. 24. eis oẽ delectamentum in se habẽtem &c. Tactus bea-
Sap. 16. tificabiť tangẽdo personam Christi. Si enim tanta uir
tus erat in tangẽdo fimbriam eius, quanta suauitas e-
Can. 2. rit tangere personam eius? Dextera eius amplexabiť
me. In osculando. Si. n. tanta suauitas fuit osculari pe
des Christi, quanta erit osculari a diuinitate Christi?
Ibid. 8. Quis mihi det te fratrẽ meum, ut inueniã te foris, &
deosculer? Tertiò commendatur domus Dei ab amæ
nitate loci cum dr̃, in domo tua. Quæ amænitas con-
Bar. 3. sistit in duobus. Est enim magna, & bñ disposita. De
Domus magnitudine eius dr̃: O Israel quã magna est domus
Dei ma Dei &c. Est enim longa sine fine, ideo dicitur magna,
gnitu- & non habens finem. Est alta sine modo, ideo dicitur,
do. excelsa. Est ampla sine mensura, ideo dicitur, immen-
1. Cor. 2 sa. Est igitur sic longa, qđ oculus non poterat attinge-
re, sic alta, ꝙ auris non poterit audire, sic ampla, quod
Io. 14. cor nõ sufficiat cogitare. Qđ oculus nõ uidit, nec au-
ris audiuit &c. Est ordinata instar domus regalis. Mul
tas. n. in ea Deus fecit mansiones. In domo patris mei
mansiones multæ sunt, scilicet oratoriũ, atrium cella
rium,

rium, concistorium, cænaculum, uiridarium, & cubiculum. In oratoriũ sunt angeli Dei, laudem cõtinuè cantantes, & dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus &c. In atrio sunt patriarchæ, pauperes sustentantes. Est enim atrium locus, in quo pauperes recipiuntur. Et quia in hac uita receperũt pauperes eleemosynis suis, iõ sancti tũc eos recipiẽt in atrijs suis. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis. In cellario sunt prophetæ aduentum Christi ardentissime sitientes. De hoc scribitur. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes: Et quia sic fuerunt sitienter, ideo plenissimè sunt bibentes. Introduxit me rex in cellam uinariam &c. In concistorio uero ubi causæ audiuntur & sententiæ proferuntur, ponuntur apostoli. Sedebitis super sedes duodecim iudicantes &cæte. In cænaculo ponuntur martyres, quia fuerunt tribulati, afflicti, fame & siti affecti, ideo nunc plenissimè saturantur. Edatis & bibatis super mensam meã &c. In uiridario uerò ponũtur confessores, qui sunt uiridariũ Dei; in quibus fuit rosa patientiæ, lilium humilitatis, & uiola munditiæ. In cubiculo autem ponuntur uirgines, tanquam sponsæ. Ducta est Hester in cubiculum regis. Virgo autem gloriosa beata Maria non est in aliquo istorũ locorũ, determinate, sed modo stat cum angelis in oratorio, modo cum patriarchis in atrio, modo cum prophetis in cellario &c.

Luc. 16.
Esa. 64.
Can. 2.
Mat. 19
Luc 22
Hester. 2.

Quarto cõmendatur domus cęlestis ab immensitate gaudij, hoc tangitur cum dicitur: Et in sęcula sæculorum laudabunt te. Sed nunquid corporibus reassũptis ibi erit laus uocalis? Dicendum est quòd lingua homini data est ad quadruplex officium.

Ad 4. data est lingua.

Primo ad notificandum conceptum cordium. August. in enchiridion. Verba propterea sunt instituta, non ut per ea homines se inuicem fallant, sed ut per ea in alterius quisque notitiam cogitationes suas proferat. Quantum ad istud officium non erit ibi lingua, quia corda erunt manifesta. Manifestabit con-

1. Cor. 4

filia cordium. Secundò ad erudiendũ. Dominus dedit mihi linguã eruditam, ut sciam sustentata eum, q lapsus est uerbo, nec quantũ ad illud erit ibi lingua qa
Esa. 50. oẽs erunt sapientes, & docti. Non docebit uir ultra p
Hie. 31. ximum suũ. Tertio ad consolandũ. Tibiæ, & psalteriũ
Eccl. 40 suauem faciunt melodiam, & super utrumque lingua suauis, nec ẽt quãtum ad istud erit ibi lingua, qa oẽs
Esa. 35. erunt consolati ibi, & læti. Gaudium & lætitiã obtinebunt, fugiet dolor & gemitus. Quartò ad Deũ laudãdum.
Eccl. 51 Dedit mihi dñs linguam mercedem meã, & in ipsa laudabo eum. Et quantum ad istud officium ibi remanebit lingua. Vñ dicit Remigius, quod tũc oĩs lingua cessabit, & sola lingua hebræa, q̃ fuit lingua Adę tũc remanebit. Aug. Vacabim⁹ & uidebim⁹, uidebim⁹ & amabimus, amabim⁹ & laudabim⁹. Ecce qd erit in fine sine fine. Idẽ. Ipse Deus erit finis oĩũ desideriorũ nostrorũ, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabit, sine fatigione laudabitur. Si quis amicum libenter uidet, aliquãdo ipsa sua uisio finitur, iõ dicitur, Sine fine videbitur. Siquis aliquem amat, aliquãdo ipse suus amor in fastidium uertitur, ideo dicitur: Sine fastidio amabitur. Siquis semper cantaret aliquando fatigaretur, ideo subditur, Sine fatigatione laudabitur.

Sermo cclxxx. De eodem die sermo sextus. De septem beatitudinibus, quæ 7. Sanctorum ordinibus adoptantur.

Mat. 5. BEati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cœlorũ &c. In isto euangelio ponunt septẽ beatitudines, & septem promissiones correspõdentes, q̃ septem sanctorum ordinibus adaptãtur. Prima beatitudo est. Beati pauperes spiritu. Et ista conuenit ordini apostolorum, quia ipsi primi fuerũt, qa propter Christum omnia contempserunt. Ista autem paupertas, ut sit meritoria debet habere tria, quæ tangũtur in glo. & eliciuntur ex textu, ut. s. terrena despiciat, ideo dicitur beati pauperes; ut recta intẽtione hoc faciat, iõ dici-

Paupertas 3. debet habere.

tur

tur spū.i.spūalia intētione, ut cęlestia concupiscat, iō dr̄, qm̄ ipsorum est regnum cœlorum. Ista paupertas ēt in apostolis fuit meritoria, qm̄ nō fuit coacta, sed spontanea, nō simulata, sed uera. Ber. Cum tria sint genera paupertatis. s. necessaria, uolūtaria, & simulata, rectè diuidens, & rectè offerens, reiecte simulatione necessariā patiēs, & uoluntariā amplectens, pauper efficit spū. Huic beatitudini addit promissio, cū dr̄: Qm̄ ipsorum est regnum cœlorum. Tales.n.pauperes hn̄t mundum ad dominandum. Tanquam nihil habentes & oīa possidentes. Habent Deum ad hæreditandum, In terra eorum nihil possidebitis, ego pars & hæreditas tua. Habent cęlum ad largiendum. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis &c. Habent ēt regnū ad possidendum. Nolite timere pusillus grex, qm̄ placuit patri uestro dare uobis regnum, & iō dicit, Ipsorū est, non erit, regnum cęlorū quia hn̄t ipsum in spe certa. Spe salui facti sumus. Tales autem non sunt pauperes, sed ualdè diuites. Tres.n.sunt spēs hoīum, qui quamuis nihil habeant in re, habent tamen multa in spe. s. qui ad magnā dignitatem electi sunt, q in loco tuto aliquē thesaurum reposuerunt, & qui sunt hæredes principū. Tales sunt paupes Christi. Nōne Deus elegit paupes in hoc mūdo, ecce qa sunt ad cęlestem dignitatē electi, diuites in fide, ecce quia thesauri eorum sunt in tuto repositi. Diuitiæ nanq; spirituales à nullo possunt auferri, & hæredes regni, qđ repromisit Deus diligētib. se, ecce qa sunt hæredes regni Dei futuri. Secunda est; beati mites, & conuenit angelis, q alijs superbiētibus, Deo humiliter adhæserunt, & qui nobis ēt ex humilitate seruire dignantur. Illi autem sunt mites, qui nō sunt ad iniurias impatientes, quod tribus modis fieri potest, aut qn̄ quis mouetur plusquàm debeat, aut priusquam debeat, aut cum omnino non debeat. Sen. in lib. de uir. Quędam nos torquent, magis quam debeant, aut priusquam debeāt, aut cum omnino non debeant. Sicque aut augemus dolorem,

Marginal notes: 2. Cor. 6 / Nu. 18. / Luc. 17. / Ibid. 12 / Rom. 8. / Iacob. 2. / Mites q sint.

aut

aut pōccupamus, aut fingimus. Huic beatitudini additur ꝓmissio cum dr̄ qm̄ ipsi possidebunt terrā.s. viuentiū, uel terrā.i. corpus suum terrenū possidebunt glorificatū. Bernardus, Habitet gloria in terra nr̄a.i. in corpore nr̄o, qđ ex quatuor elementis constat esse cōpactum, postea subdit. Habeat ergo corpus ex terra immortalitatem, ex aqua impassibilitatem, ex aere leuitatem, ex igne pulchritudinem, & claritatem.

Io. 16. Tertia est bt̄i qui lugēt, & ista bt̄itudo cōuenit martyrib. qb. dictū est. Amen dico uobis, qa plorabitis, & flebitis uos. Fęlices sc̄tōrum lachrymæ, q̄ hn̄t Deū inebriare.
Esa. 54. ebriare. A dipe lacrymarū tuarū inebriasti me: Hn̄t ēt Deū pungere ad subueniendū, sicut equus, calcaribus pungit̄ ad currendū. Vn̄ dicit glos. sup Thobiā, Orō Deū vngit, lachryma pungit. Hn̄t Deū cogere, & uincere. Inualuit ad angelū, & cōfortatus est, fleuit & ro-
Ose. 14. gauit eum Aug. Orō Deū lenit, lachryma cogit. Hn̄t aīum clarificare. Gre. Mēs lachrymis baptizata, uidet in cōtēplatione limpidius. Lachrymæ ēt hn̄t Diabo-
Psal. 73. lum submergere, & necare. Cōtribulasti capita draconum in aquis. Huic beatitudini additur ꝓmissio cū subdit̄, qm̄ ipsi consolabant̄, & ēt risu perpetuo re-
Luc. 6. plebuntur. Beati qui fletis qm̄ ridebitis. In cęlo quidē
Iob. 8. est risus plenus. Donec impleat̄ risu os tuum. In mundo aūt est risus semiplenus. Risus dolore miscebitur,
Pro. 14. In inferno aūt nō erit risus, sed ibi erit irrisio. Irride-
Psal. 1. bunt̄ si quidē ipsi dānati à Deo. Qui habitat in cœlis irridebit eos. Irridebuntur ab angelis qui fuerunt eo
Eccl. 20 rum amici. Fatuo non erit amicus. Irridebuntur a dæ
Thre. 1. monibus. Viderunt eā hostes, & deriserūt sabbata sua. Irridebuntur a dānatis ēt a parentibus; & cognatis,
Tho. 2. Parentes, & cognati irridebant uitā eius. Irridebunt̄ mutuo a semetipsis. Et tu uulneratus es, sicut & nos,
Esa. 14. nostriq; similis es effectus. Quarta est, beati qui esu-
Esa. 45. riunt, & sitiūt iustitiā. Et ista beatitudo cōuenit ꝓphe-
Iustitia quid. tis, qui uehementer esuriebāt, & sitiebant aduentum iusti dicentes. Rorate cœli desup, & nubes pluant iustum.

ſtum. Iſtam iuſtitiam, & nos habere dēmus. Eſt aūt iuſtitia ſicut dicit glo. ibidē. Vnicuiq; tā ſuperiori, quā inferiori, aut ęquali, ius ſuū reddere. Ber. Redde plato reuerētiā: & obedientiā, quarū altera cordis, altera uero corporis eſt. Exigit à te ſubditus cuſtodiā, & diſciplinā. Cuſtodiā, ut poſſit cauere peccatū. Diſciplinā, ut malū non remaneat impunitū. Aequali dēs conſilium, & auxilium. Conſilium quo eximat̃ ignorantiā. Auxilium quo iuuet̃ infirmitas humana. Huic beatitudini addit̃ promiſſio cum dr̃: Qm̃ ipſi ſaturabūtur. De quorū eſurie, & ſaturitate dicit Ber. Cor meū conturbatū eſt in me, inde dolor. Et dereliquit me uirtus mea inde pauor. Et lumē oculorū meorū, & ipſum nō eſt mecū, inde error. Verūtn̄ quare triſtis es aīa mea? ſpa in dn̄e qm̄ adhuc cōfitebor illi. Qn̄ a rōne error, à uoluntate dolor, a memoria timor oīs receſſerit, & ſucceſſerit illa, q̃ ſperamus mira claritas, plena ſuauitas, & æterna ſecuritas. Idē. Qui repletī bonis deſideriū aīæ, ipſe rōni futurus eſt plenitudo lucis, uolūtati plenitudo pacis, memoriæ, continuatio æternitatis. Pſal. 54.

Quinta beati miſericordes, & cōuenit patriarchis, qui operibus mīæ inſiſtebant, non tm̄ corporalibus, ſed etiam ſpiritualibus. De corporalibus operib. mīæ dicitur: Viſito, poto, cibo, tectum do, ueſtio, condo. Sed de ſpiritualibus dicitur: Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora. Et primo conſule. i. doce ignorantē, & dirige dubitātem. Et ſic in hoc intelligitur duplex eleemoſyna ſpiritualis ſ. doctrina, & conſilium. Caſtiga delinquentem, Conſolare triſtem; & remitte in te delinquentibus. Fer. i. patienter porta aliorum defectus; & ora pro omnibus. Huic beatitudini additur promiſſio, cum dicitur: Quoniam ipſi miſericordiam cōſequentur. Et iſtam miſericordiam conſequentur in uita, & in morte. In uita, quia ipſa miſericordia impetrat remiſſionem culpæ, ſicut in ſereno glacies ſoluent̃ peccata tua. Bn̄dictionem gratiæ. Qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet. &c. Miſericordia opera. Eccl. 3. 2. Cor. 9.

Eccl.29 Et continuationem perseuerantiæ. Eleemosyna uiri, quasi sacculus cum ipso,& gratiam hominis,quasi pupillam conseruabit.In morte quidem tales misericordes portant secum triplices literas,scilicet literas simplicis iustitiæ,de quibus dicitur: Date & dabit uobis. Luc.6.
Ibidem Gratuitæ misericordiæ, de quibus dicitur hic, Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam &c. Abundantis gratiæ, de quibus dicitur, Mensuram bonam, & confertam,& coagitatam &c.

Sexta beatitudo est,Beati mundo corde.Et hæc beatitudo conuenit virginibus, quæ mundiciam cordis, & corporis habuerunt. In ueteri namque testamento tripliciter fiebat mundatio.s. per aquam expiationis
Nu.30. de qua in Nu. Per sanguinem,Omnia penè in sangui
Heb.9. nem mundantur.Per unctionem,sicut tabernaculum, & uasa Aaron cum filijs suis.Sic ipsæ uirgines se mũdabant per aquam confessionis puræ,Lauamini,mundi estote.Per sanguinem passionis dominicę,Sanguis
Esa.1. Christi emundabit conscientias nostras &c. Per un-
Heb.9. ctionem gratiæ infusæ. Vnctio eius docebit uos de
1.Io.2. omnibus.Huic beatitudini additur promissio cum dicitur.Qm̃ ipsi Deum uidebunt.Bernar.Fruemur Deo tribus modis,uidendo eum in omnibus creaturis,habentes eum in nobismet ipsis, & quod omnibus beatius est,cognoscentes ipsum in seipsa ueritate.

Pacis laudes. Septima beatitudo est,Beati pacifici, & ista beatitudo conuenit confessoribus, qui in se pacem consciæ habuerunt,& pacẽ in alijs procurauerunt. De ista pace dicit B.August.in lib.de ciui.Dei.Tantum est bonum pacis,ut etiã in bonis terrenis,atq; mortalibus,nihil soleat gratius audiri,nihilq; desiderabilius concupisci,& nil postremò possit melius inueniri.Et huic bea
Ioan.3. titudini additur promissio,quia subditur.Quoniã filij Dei uocabũtur.Tunc.n.uerè apparebit,quod filij Dei sumus,per apertam similitudinem. Scimus qm̃ cũ apparuerit,similes ei erimus. Per hæreditatis paternæ per
2.Co.12 ceptionẽ. Neque enim debent filij parentibus thesaurizare,

tizare, sed parentes filijs. Et per familiaritatis magnæ ostensionem; Tenebant.n.eos in mensa sua. Filij tui si cut nouellæ oliuarum &c. In camera sua. Pueri mei mecum sunt in cubili. In sede sua. Et filii eorum usq; in sæculum sedebunt super sedem tuam, & cunstituet eos super omnia bona sua. Super pauca fuisti fidelis; super multa te constituam. Psa.127 Luc.11. Psal.31. Mat.25

Sermo cclxxxi. De commemoratione animarum. Sermo j.

Ad mortis memoriam, propter magnam utilitatem inde prouenientem hortamur.

MEmorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. Quia ualde est utile mortẽ nostrã sæpe ad memoriam reducere, ideo spiritus sanctus nos inducit ad nostræ, mortis memoriam habendam, cum dicit. Memorare nouissima tua &c. Deinde ponit huius memoriæ utilitatem magnam, cum subdit. Et in ęternum nõ peccabis. Circa primum est notandum, ꝙ in hoc ꝙ dicit nouissima, includit prima & media, quorum recordatio ad humilitatẽ nos inducit. Primo.n. debemus memorare nostra primordia, i. natiuitatem, circa quam tria sunt consideranda, s. reatus, status, & ortus. Reatus quia puer cum peccato concipitur, Ps. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. Status, quia puer in utero matris stat curuus, genas super genua tenens. Hinc est ꝙ naturaliter oculi genibus flexis citius lachrimantur, & super genua positi, ad fletum citius prouocantur. Ortus etiam circa natiuitatẽ nostram est considerandus, quia ipse ortus nr̃ est cum fletu. August. in lib. de ciui. Dei. Infantia quæ non a risu, sed à fletu oritur in hanc lucem, quid malorum passura sit, nesciens prophetat. Solum quando natus est ferunt risisse. Zoroastem, nec tamen ille risus sibi pfuit, quia a Nino rege Assyriorum interfectus fuit. Et ista tria deplorat propheta dicens. Miser factus sum, propter culpabilem reatum, & curuatus sum, propter situm curuum, contristatũ ingrediebar, quod ad flebilem ortum. Secundo debemus memorari Eccl. 7. Circa natiuitatẽ 3. considerãda. Psal.37.

rari nostra media quia uita nostra uanitatib plena est. Nam secundum Hugo de sancto Victore, in hac uita

Vanitas quadruplex. est quadruplex vanitas.

Prima est in rebus conditis, q̄ quidem habent unā uanitatem a non esse ad esse. Vanè constituisti oēs filios hominum. Psal. 9. Alia est in ipso esse, quia in eodem statu non pmanent. Rom. 8. Vanitati creatura subiecta est. Alia est ab esse in non esse. Psal. Veruntn̄ in imagine pertransit hō. Eccl. 3. Ista triplex uanitas tangitur. Cuncta subiacent uanitati, quo ad vanitatem in esse. De terra facta sunt, quoad uanitatem de non esse in esse. Et in terram pariter reuertunt, quo ad uanitatem de esse in non esse.

Secunda uanitas est in operibus humanis, q̄ consistit in acquirendo diuitias, delitias, & honores, q̄ tn̄ cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, & cum dolore perduntur.

Tertia uanitas est in corporalib. Nam ẜm Ber. Caro nostra impugnatur a suo materiali principio, i. a luto, ab ipso mundo, & a Diabolo. Et dicit ꝙ a luto hēt cogitationes uoluptuosas, a mundo curiosas, & a Diabolo malitiosas. Quarta uanitas est in mentib. in q̄b. est triplex uanitas ẜm Grego. Vna est quia cum labore proficit, & sine labore deficit. Alia est quia modo ardenter appetit, modo fastidit. Tertia est affectionū uarietas, quæ ipsam sæpe impellit. Tertio debemus memorari nostra nouissima, s. mortem periculosam & uiā formidolosam.

Aīę bellū quadruplex in morte. Mors namque ualdè est periculosa, quia tunc anima quadruplex bellum gerit. Vnū cum morbo separante. Anima namque naturaliter uult esse in corpore, & morbus eam nititur separare. Siccine separat amara mors. 1. Re. 15. Secundum habet cum Diabolo infestante. Tu insidiaberis calcaneo eius. Gen. 3. Tertium habet cum peccato se ingerente; Sæpe enim fit Diabolo procurante, ut ipsi animæ omnia sua peccata ad memoriam reducantur, ut ex hoc in desperationem labatur, ideo non debet tunc ad memoriam reducere sua peccata sed potius sua merita, sicut ille

fecit,

fecit,qui dixit: Memento quomodo ambulauerim 4.Re.20
coram te.

Quartum habet cum Deo rationem exigẽte. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. 2.Cor.5

Secundo nos debemus memorari uiã formidolosam. In uia hac qua ambulabã ab.la.mihi. Ideo talibus debet dari uiaticum,idest corpus Dominicũ. Via .n.illa est longa,ideo sibi datur ad reficiẽdum. Surge comede,grandis.n.tibi restat uia.Est periculosa,iõ sibi datur tanquam pugil ad defendendum. Pone me iuxta te,& cuius uis manus pugnet contra me. Est tenebrosa, ideo sibi datur tanquam lucerna ad illuminandum. Ego sum lux mundi.&c. Est dubia & ignota.Ideo sibi datur tanquam ductor ad præcedendum. Dux fuisti in misericordia, populo quem redemisti. Ps. 139. 3.Re.30 Iob. 17. Ioan.8. Exo.15.

Secundo ponitur memoriæ mortis utilitas magna cum dr:Et in æternum non peccabis,nec peccato superbiæ,nec peccato luxuriæ,nec peccato auaritiæ. Superbus.n. si aliquas gratias habet,inde extollitur,si aliqua sibi prospera succedunt,inde eleuatur,si.uerò aliquibus aduersis deprimitur, inde dedignatur. Sed memoria mortis compescit,ne homo extollat in gratijs.Quid superbis terra & cinis.Sicut.n.pauo in extẽsione caudæ gloriatur,sed considerando pedes ad hũmilitatem reducitur; Sic homo si ex consideratione gratiarum extollitur,considerãdo pedes,i.finem, ad humilitatem reuocatur.Gregorius in moral. Despecti iacent in putredine, qui prius intumescebant in uanitate.Compescit ẽt,ne eleuetur in prosperis. Sicut.n. aues cauda se regunt uolando per aërem, sic memoria mortis regit hominem,ne eleuetur in prosperis per superbiam. Et sicut uinum purum cito inebriat,mixtum uero sobrietatem facit. Sic lætitia mũdana cito resoluit animum. Mixta uero cum mortis memoria animum temperatum facit.Prou. 14. Risus dolore miscebitur,& extrema gaudij luctus occupat. Compescit etiam hominem ne indignetur, ne frangatur

Mortis memoriæ utilitas. Eccl.10

gatur in aduersis. Sicut.n. pisces in aqua natando cum cauda se dirigũt, sic & hoĩes in aquis tribulationum, ne per impatientiam demergãtur, per memoriã mortis se regũt. Scdõ expellit peccatum luxuriæ. Sicut.n. aĩal cui cauda expellit muscas, sic & hõ cum mortis memoria dẽt à se expellere cogitationes immundas. Greg. quid.n. sit carnis subã, testantur sepulturæ, nihilq; sic ad domãdum carnis desideria ualet, quam vt quisq; hoc, quod diligit, quale sit mortuum, penset. Magna siquidẽ stultitia est corpus suum delitijs impinguare carnalibus quod postmodum cibus futurus est uermibus, associatum serpentibus, & subiectum bestijs ambulantibus. Istam autem triplicem hæreditatem corpus habiturum est, s. uermes ad corrodẽdũ,
Eccl. 10 serpẽtes ad associandum, bestias ad conculcãdum. Cũ .n. morietur hõ hæreditabit serpentes, bestias, & uermes. Tertio memoria mortis expellit pctm̃ auaritiæ.
Iob. 1. Nullus.n. sapiẽs dẽt diuitias appetere cum postmodũ
Iob. 16. de corpore exiturus sit nudus. Nudus egressus sum
Psal. 48 de utero matris meæ & nudus reuertar illuc. Exiturus sit sacco, uel cilicio tegendus. Saccum consui sup
Iob. 17. cutẽ meam. Exiturus sit oĩbus diuitijs spoliandus. Ne timueris cum diues factus fuerit hõ. Exiturus sit cito in uermem, & putredinem resoluendus; Putredini dixi pr̃ meus es, mater mea, soror mea, uermibus. Exiturus sit cito in cinerem, & in putredinem redigen-
Eccl. 10 dus. Quid superbis terra & cinis, cuius conceptus est culpa, nasci miseria, uiuere pœna, & mori angustia.

Sermo cclxxxij Eodem die sermo ij Quomodo in uita & in morte nos præparare debemus.

Mat. 20 QVæ paratæ erãt intrauerũt cũ eo ad nuptias. Animæ fideliũ, ut ad cęlestes nuptias intrare possint, qñ de hoc mundo decedunt, debent se præparare in uita & ĩ morte. In uita faciẽdo bona opera ĩ terris, ex qbus domũ sibi ualeãt ædificare in cœlis. Ædificantium

ficantium aũt quidam ſunt ualde boni, quidam ſunt ualde mali, quidam vero mediocriter boni, mediocriter mali. Valde boni ſunt uiri perfecti, q̃ domum in cęlis ædificant de auro, argẽto, & lapidib. pręcioſis. Si quis ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurũ, & argentum & lapides precioſos &c. Per aurũ intellr̃ dilectio Dei, quæ eſt incorruptibilis ſicut aurum. Fides aũt corrumpitur ex eo, q̄ ſibi ſuccedit melius, ſ. aperta uiſio. Spes euacuatur, quia ſibi ſuccedit melius æterna poſſeſſio. Charitas autẽ non euacuatur, quia charitati nihil, quod melius eſt ſuccedere põt, quã ipſa charitas, q̃ Deus eſt. Per argentum intelligitur dilectio proximi, ſicut.n. poſt aurum precioſius metallũ eſt argentum, ſic poſt mandatum de dilectione Dei, mandatum de dilectione proximi melius eſſe cenſetur. Diliges dñm Deum tuum &c. hoc eſt maximum, & primum mandatum, ſm aũt ſimile eſt huic. Diliges proximum tuum ſicut teipſum. Per lapides precioſos intelliguntur bona opera, quæ dẽnt eſſe lucida p intentionem rectam, & ſolida per perſeuerantiam, & virtuoſa per charitatem ueram. Aliàs.n. nullius uirtutis eſſent, niſi in charitate fierent. Illi ergo ædificant domum de auro, & argento, & lapidib. precioſis, qui hñt charitatem Dei ſuccenſam, proximi dilectionẽ ſinceram, & operationem ſollicitam. Tales.n. deſtructa domo corporis, mox ingrediuntur domum cęleſtis claritatis. Scimus q̃m ſi terreſtris domꝰ noſtra huius habitationis diſſoluatur &c. Valde mali ſunt miſeri peccatores, qui ædificant ſibi domum infernalem de ſpinis auaritiæ, de luto luxuriæ, & de lapidibus ſuperbiæ. Per ſpinas diuitiæ intelliguntur. Auari ergo ædificant ſibi domum ſpinoſam, & ideo in ea comburentur. Spinæ congregatæ igni comburentur. Luxurioſi ædificant ſibi domum lutoſam. Omnis mulier fornicaria, quaſi lutum in uia conculcabitur. Quia igitur ſibi ædificauerunt domum luteam, ideo in ipſa domo lutea à dæmonibus conculcabuntur.

Ædificãtium ſpũalr̃ diuerſitas.

1. Cor. 3

Mat. 22

2. Cor. 5

Mat. 17

Eſa. 34

Eccle 9

Ibid. 10 Mittam eum, scilicet assur, idest Diabolum contra populum furoris mei, & ponam illum in conculcationē, sicut lutum plateæ. Superbi autem ædificant sibi domum lapidosam. Supbia.n.ad instar lapidis facit
Iob. 41. cor durum. Cor eius indurabitur quasi lapis, & quia ædificant domum lapidosam, ideo cum ipsis lapidibus a dæmonibus debent lapidari. In lapide luteo la-
Ecc. 22. pidatus est piger. Nemo.n.pigrior quā supbus. Dedignatus.n. pauperem recipere, erubescit ad ecclesiam ire, verecundatur ieiunia obseruare. Mediocriter aūt boni, & mali sunt uiri imperfecti, qui licet super fundamentum fidei ædificent aurum, argentum, lapides preciosos, ædificauerunt nihilominus lignum, fænū, & stipulam.i.peccata uenialia, quorum quædam sunt in usu, & consuetudine, & ista sunt lignum, quædam uero in quadam assuetudine, & ista sunt fęnum; quædam autem ex quadam surreptione, & ista sunt stipula. Vel potest dici ꝙ p ista tria intelliguntur amor domesticorum, uxoris, & filiorum, amor diuitiarum, & amor bonorum. Qui ergo ad ista interiori amore inclinantur, plus habentes, uel minus, uel minimū de humiditate carnalitatis, uel cupiditatis, vel ambitio-
Aīæ de corpore exeuntes 4 timent nis, plus uel minus, uel citius cremabuntur. Secundo fidelium animæ debent se ꝑparare in morte. Quatuor nāque ipsæ animæ de corpore exeuntes timere cōsueuerunt; scilicet, laqueos dæmonum, multitudinē peccatorum, pœnarum acerbitatem, & uiarum ignoran-
Ecc. 29 tiam. Contra laqueos dęmonum se debent armare per eleemosynarum largitionem. Eleemosina enim tanquam lancea ad feriendum, & scutum ad defenden-
Ecc. 17 dum antecedit. Vnde eleemosina dicitur. Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum tuum pugnabit. Contra multitudinem peccatorum
Eccl. 18 debent se armare per ueram confessionem. Ante mortem confitere. Ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. Contra timorem pœnarum debent se armare

per extremam unctionem, q̄ quidem unctio ualet ad tria; Scilicet ad celeriorem de pœna purgatorij salua tionem, unde dicit. Oratio fidei saluabit infirmum. Iac.I.
Ad ipsius pęnæ aliqualem mitigationem. Vñ subdit. Et alleuiabit eum dominus. Ad peccatorum dimissio nem, unde ait. Et si in peccatis sit, dimittentur ei. Con tra ignorantiam uiarum debent se armare per corporis Christi perceptionem. Filius enim Dei scit uiam, quæ ducit ad infernum, quæ ad limbum, quæ ad purgatorium, & quæ ad cœlum, & ideo animæ sanctorũ errare non possunt, quæ habent talem ductorem. Ego Ioã. 14.
sum uia, ueritas, & vita. Ipse enim animam in via recta ponit, quia est uia, & positam per viam rectam deducit, quia est ueritas, & deductam in paradisum introducit, deducens eam ad se, quia est vita, & beatitudo nostra.

Sermo cclxxxiij. Eodem die sermo tertius. Mortis memoriam, ad quinque ualere præmonstratur.

MEmor esto iudicij mei, sic.n. erit & tuũ, mihi heri & tibi hodie. Rectè mortuus uiuo ad memoria mortẽ reducit; ex eo ꝙ ipsa mortis memoria est multum utilis, & necessaria. adeo qđ ipsi philosophi multum mortis memoriam commendauerunt. Vnde Hieronymus. Platonis sententia est, omnium sapientum meditationem esse mortis. Alius philosophus dixit. Sũma philosophia est assidua mortis meditatio. Valet autem memoria mortis ad quinque. Primò ad ostendendum quòd uita nostra multæ sit breuitatis. Et istud patet in illo rege potẽtissimo, de quo dicit Hiero. ad Heliodorum. Xerxes ille potentissimus Rex, qui subuertit montes, mariaq; constrauit, cum de sublimi loco infinitã cerneret multitudinem exercitus, fleuisse dicitur de eo, ꝙ post centum annos nullus eorum, quos tunc cernebat, superuicturus esset. Deus namque tres terminos humanæ uitæ imposuit. Eccl.38

Termi- Primus fuit ante diluuium, ſ. mille annorum; licet
ni 3. hu eum millenarium nullus attigit.
manæ Secundus fuit poſt diluuium, & durauit uſque ad
uitæ. Dauid, ſ. centum & uiginti annorum. Eruntq; dies ui-
Gen. 6. tæ illius centum & viginti annorum.
Pſal. 9. Tertius incæpit a Dauid & durauit uſq; ad modo ,ſ. 70. vel. 80. annorum. Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis &c. Nec mirum ſi tam breuis eſt uita, quia ſicut dicit Barlaam, & recitat Auguſt. uita noſtra eſt quaſi quædam arbor cuius radices duo mures, unus albus, & alius niger, ideſt dies, & nox ſemper corrodunt. Et quia tam breuis eſt uita, conſuetudo erat antiquitus, ut dicit Ioā. eleemo. quòd in eadem die, qua imperator coronabatur, fragmenta marmorum diuerſorum, ſibi ab artificibus portabantur, qui dicebant: De quo marmore iubet imperator ſibi fieri ſepulchrum. Et eadem die qua imponebatur ſibi corona parabatur etiam ſibi ſepultura. Secundo utilis eſt ad oſtendendum, quòd labores qui non ſunt propter Deum, ſunt multæ uacuitatis. Iſtud patet in Virgilio, qui circa finem uitæ ſuæ quatuor uerſus feciſſe dicitur, in quibus oſtendit ſe compilando tres libros grauiter laboraſſe. ſ. librum de bucolicis, in quo tradidit artē paſtoralis curę, librum de Georgicis, in quo tradidit artem ipſius agriculturæ, & librum Æneidos, in quo tradidit artem militiæ, & pugnæ. Et tamen nec de capris, nec de tam bene paſtis portauit lac, nec de agris tam bene ſatis portauit ſegetes, nec de hoſtibus ſuperatis & uictis portauit ſpolia. Vnde dicit, Paſtor, arator, eques, paui, colui, ſuperaui. Capras, rura, hoſtes quęque labore graui. De capris paſtis, de rure ſato, hoſte ſubacto. Nec lac, nec ſegetes, ſpolia, nulla tuli. Hic autem Virgilius methaphorice locutus eſt. Nullus. n. in morte de ſuis delitijs portare poteſt lac alicuius dulcedinis, nec de ſuis diuitijs ſegetes alicuius refectionis, nec de ſuis
Pſal. 48 triumphis titulum alicuius honoris. Ne timueris cū diues

diues factus fuerit homo. Hoc refert ad carnales delitias, homo enim pro carnali accipitur, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, hoc quātum ad dignitates mundanas. Quoniam cum interierit non sumet oīa, hoc quo ad tpales diuitias. Et signanter dixit oīa, quia de his aliqua secum portat. Nam de delitijs secum portat conscientiæ amaritudinem. Nouissima illius amara quasi absinthiū. De diuitijs portat extremam esuriē, sicut patet in diuite ille epulone, qui guttam aquæ habere non potuit. De honoribus, secum portat omnimodā deiectionem. Gloria eius stercus, & uermis est. Hodie enim extollitur, & cras non inuenietur. Tertiò utilis est ad ostendendum, quod status hominis est multæ miseriæ, & pœnitentialis. Istud enim patet in Aristotele, qui dum in infirmitate ultima laboraret, & ab aliquibus discipulis rogaretur, ut aliquod uerbum sententiosum eis dimitteret, ait. Humiliatus in hunc mundum intraui, anxius uixi, conturbatus egredior, inscius, & ignarus. Vbi ostendit statum suum fuisse miserabilem quantum ad ingressum cum dixit, humiliatus in hunc miserum mundum intraui. Verê humiliatus, quia cum culpa, & fletu, pauper ac nudus. Fuit ēt miserabilis, quantum ad progressum ideo, dixit anxius uixi. Est autem triplex laboris anxietas. Vna laudabilis & meritoria. Laboraui clamans &c. Alia uituperabilis & diabolica. Vt inique agerent laborauerunt. Alia indifferens, & pœnosa. Homo nascitur ad laborem. Labores uerò quos ipse pertulit non fuerunt sibi meritorij, quia hoc non faciebat propter Deum sed propter fauorem humanum. Fuit etiam eius status miserabilis quantum ad egressum, ideo dixit. Conturbatus egredior. Recedebat autem conturbatus, uel quia mundana quę dilexerat dimiserat, uel forte, quia dæmones sibi morienti apparuerunt, uel quia sibi reuelata fuerat sua damnatio. Fuit etiam eius status miserabilis post eius egressum. Ideo dixit. Inscius, & ignarus.

Prou. 5.
Luc. 16.
1. Mac. 2
Laboris anxietas triplex.
Psal. 68.
Hier. 9.
Iob. 5.

Acerbitas & enim pęnarum, sibi obliuionem induxit oĩum scientiarum. Vnde cuidam amico socio suo ap paruisse dicitur, dicens illi, ꝙ totam scientiam suam perdidit, & nihil aliud nouit, nisi solummodo pœnã suã, qua torquebatur. Quarto est utilis ad ostendendũ ꝙ oĩa mundana sunt oĩno de uanitatibus. Istud mani festè patet in Alexandro, cuius ossa in quodam uase aureo fuerunt reposita, & recondita, & philosophi de multis mundi partib. cõuenerũt, quorum unus dixit. Heri iste faciebat thesaurũ de auro, hodie uerò aurũ thesaurũ fecit de se ipso. Alius dixit. Heri nõ suffecit isti totus mundus hodie qnq; pedũ sepultura est contẽtus. Alius dixit. Heri. Istum sequabant̃ oẽs uiuẽtes, hodie uice uersa iste sequit̃ oẽs morientes. Alius dicebat. Iste heri oẽs quos uolebat a morte poterat liberare, sed hodie mortis iacula non potuit euitare. Alius dixit. Heri iste premebat terram, hodie aũt a terra premitur ipse. Alius dicebat. Heri iste multos hẽbat amicos, & inimicos, hodie aũt sibi sunt æquales. Quintò memoria mortis est utilis ad oñdendũ ꝙ potentia, & dignitas mundanorum est magnę prauitatis. Istud patet in Diogene philosopho, & in Alexandro. Cum.n. dictus Diogenes ꝑm Hier. extra urbẽ in uase habitaret, ita ꝙ in æstate semper fundũ. Soli opponebat, in hyeme uerò ad ipsum solẽ uoluebat, & Alexander ante eũ cõsistens umbrã sibi facerent. Dixit ei, si uolebat ut ipse pro se aliqd faceret, & ille, uellẽ ꝙ mihi non auferres, qđ dare nõ potes, qđ Imperator intelligens, ad aliam partem se diuertit dicens; se ualde mirari ꝙ suã non uidebatur timere potentiã. Et ille Potentiam tuã non timeo, quia aut est præterita, aut præsens; aut futura. Præteritam non timeo, quia iam non est. Futuram non ptimesco, quia incerta est Præsentem nõ formido, quia cito est transitoria. De hoc ẽt refert Quintus Curtius quendã dixisse Alexãdro. Si Dij habitum corporis tui, auiditati animi tui parem esse uoluissent, orbis te non caperet, & altera manu orientem

&

& altera cõtingeres occidentem. Deinde triplici exẽplo oñdit, quòd licet sit modo magnus, citò possit fieri paruus. s. exemplo unius magnæ arboris, quę subdito eradicatur, & exemplo, hominis in altum ascendẽdentis, qui subito patitur casum, & leonis qui aliquando paruulorum animalium cibus efficitur.

Sermo cclxxxiiij. Eodem die Sermo iiij. Triplici de causa mortuos iuuare tenemur.

MIseremini mei miseremini mei saltẽ uos amici mei quia manus &c. Hæc uerba conuenienter possunt esse cuiuslibet animæ positæ in purgatorio suam indigentiam ostendentis, & suffragia postulantis: in quibus uerbis ponitur triplex ratio, quare mortui sunt a uiuis iuuandi. Prima sumit͛ ex parte defunctorum. s. magna necessitas cum dicitur: miseremini mei, miseremini. Geminat aũt ipsa p̄sona defuncta uerbum mĩæ, qa indiget duplici mĩa. Vna qua satisfiat eius indigẽtiæ. Alia qua prouideat͛ eius penuriæ. Indigẽtiam. n. magnam hñt, qui se nõ pñt iuuare, Sũt tñ qdã, qui pñt se iuuare, sicut peccatores, qui pñt se ad gratiam disponere, & ab alijs pñt adiuuari. Surge qui dormis. Surge. s. te bonis operibus desponendo, & & exurge à mortuis, peccata mortalia relinquendo, & illuminabit te Christus lumen primæ gratiæ meritis aliquorum sanctorum infundendo. Alij vero sunt qui non pñt se iuuare, nec ab alijs adiuuari, sicut damnati. Hoc significatum est in illo qui intrauit ad nuptias. Nõ. n. põt se damnatus iuuare bonum aliquod faciendo, quia habet ligatam potentiam operatiuã, ideo dicitur: Ligatis manibus. Nec etiam bonum aliquod diligendo, quia habet ligatam potentiam affectiuã iõ subditur: Et pedibus. Pedes. n. animæ secundum Augu. sunt affectus animæ. Nec etiam bonum diligendo cum habeat ligatam potentiam intellectiuã. Ideo dr̃: Mittite eum in tenebras exteriores. Nec aliquod bonum uerũ dicẽdo, quia hẽt ligatã potẽtiã interpretatiuã. Iõ dr̃: At ille obmutuit. Nec põt ab a-

Iob. 19.

Notandum.

Eph. 5.

Mat. 22

lijs adiuuari damnatus. Tum quia est extra ambitum diuinę mīæ ideo dicitur: In tenebras exteriores. Tum quia non est dignus ex eo quòd nō habuit vestem nuptialem charitatis fraternæ. Tum quia est præcisus a corpore ecclesiæ. Membrum autem præcisum efficitur putridum, & frigidum. Sic damnatus tanquam putridus semper emittit saniem, quia ibi erit fletus, & semper in frigore erit, quia ibi erit stridor dentium. Alij uerò sunt qui medium locum tenent. s. q nō pñt se iuuare, qui sunt extra statum merendi, possunt tñ ab alijs adiuuari. Tū quia dum uiuerent, hoc sibi meruerunt. Tum quia sunt in charitate, quę omnia bona ecclesię facit esse cōia. Tum quia sunt membra ecclesiæ uiua a spū sctō uiuificata. Habent etiam magnam penuriam. Potest autem quis tribus modis suam penuriam releuare, aut laborādo, aut mendicando, aut mutuum accipiendo, sed in inferno nō erit tempus laborandi, sed secundum labore recipiendi. Omnes nos

2.Cor.5 manifestari oportet ante tribunal Christi &c. Mendicare. n. poterunt damnati, sed qui eleemosinas eis porrigant non poterunt inueniri, sicut patet in diuite,

Luc.16. qui habere non potuit guttam aquæ. Dānati ēt mutuū inuenire non poterunt, quia nullus concedit mutuū, cui nō sufficit proprium, sicut patet in uirginibus sapientibus, quę dixerunt, ne forte non sufficiat nobis

Mat.25. & uobis &c. Scda rō quare mortui sunt a uiuis adiuuādi, sumit̄ ex patre uiuorū. s. fraterna charitas cū dr̄, salte uos amici mei. Dn̄t aūt hoc amici quatuor modis. Primo mō iure ꝓpinquatis. Isto mō pater tenetur iuuare filiū, & frater fratrē. Vñ ēt diues apud inferos positus, fratres suos iuuare uolebat. Scdo iure confraternitatis sicut uiri religiosi, qui fratres suos adiuuare tenēt̄. Tertio iure amicitiæ spūalis. Et tales amici aliqñ plus iuuāt quā proximi. Omni. n. tempore diligit, qui

Amici quatuor modis dicunt̄.

Pro.17. amicus est. Omni tpe dicit, q̄a uerus amicus iuuat amicū in uita ad bonū inducēdo, in morte ipsū ad pęnitētiā admonēdo, & post mortē suffragia faciēdo. Quarto

tio iure alicuius beneficij recepti. Qui.n. recipiunt e- Prou. 6.
leemosynas defunctorum, obligãtur ad suffragia missarum, & orationem. Si spoponderis pro amico tuo, obligatus es ei, s. ex beneficiis quæ recepisti; discurre eleemosynas faciendo, festina sæpius ieiunando, suscita amicum sacrificium offerendo, non dormiant oculi tui, sed uigilent orationib. insistendo. Tertia ratio quare mortui sunt a uiuis iuuandi, sumitur ex parte iudicis, quæ est eius pœnæ seueritas cum dr̃, quia manus dñi tetigit me. Ex quo colligitur, ꝙ eorum pu Heb. 10
nitio habet seueritatem, quia in manus dñi ceciderunt. Horrendum est incidere in manus Dei uiuẽtis. Et habet pietatem, quia eos non subuertit ad damnationem, sed tãgit ad purgationem. Deus.n punit hic, & in purgatorio, & in inferno. Hic punit paterna cor Ibid. 12
rectione. Quem dñs diligit castigat, flagellat aũt omnem filium quem recepit. In purgatorio punit cum momentanea indignatione. In momento indignatio Esa. 54.
nis abscondi faciem meam parumper a te, & in mĩa sempiterna misertus sum tui In inferno autem Deus punit cum perpetua subuersione. Impossibile est eos Heb. 6.
qui semel sunt illuminati &c. & prolapsi sunt in infernum rursum renouari ad pœnitentiam.

Sermo cclxxxv. De eodem sermo v. Præposita uox unde, & propter quid venerit.

AVdiui vocem de cœlo dicẽtem mihi. Scribe, Bea Apo. 14
ti mortui qui in dño moriuntur. Rumores tunc libenter audiũtur, qñ sunt boni, certi, de remotis partibus delati, & qñ sunt de amicis, & ab amicis nunciati. Tales sunt rumores, quos nobis refert Ioannes. Sunt nanque boni: quia de nostra saluatione. Sunt certi, quia a fidelissimo Ioanne euangelista teste Dei. Sunt de remotis partibus, quia sunt de ipso cœlo. Sunt ab amicis id est ab angelis qui Ioanni ista reuelabant. Sunt de amicis. i. de nostris defunctis de quorum

rum tam fęlici statu certificamur. Et iō tales rumores bñ sunt scribendi.i.memoriæ cōmendādi, ex eo quia sic dicit B.Greg. Quod loquimur trāsit, qđ scribimus manet &c.circa istā uocem, quā Ioannes audiuit, duo uidenda sunt, vñ uenit, & pp qđ uenit. Venit.n.nobis de cœlo, & hoc cedit nobis ad magnam certitúdinē, consolationem, & gloriationem. Magna namq; certitudo testimonij hinc apparet, quia in ipso cœlo non sunt nisi B. Trinitas, angeli, & beati. Venit ergo ista uox de cœlo i.a Deo trino, & uno, qui non pōt dicere aliqđ mendacium. Venit ab angelis, qui non pñt errare. Venit a sanctis, qui nō pñt decipere. Est ēt uox ista ad nr̄am magnam consolationem, quia ex hoc considerare possumus quā desideranter nos expectat B.Trinitas pp suæ laudis impletionem, angeli pp sui numeri cōpletionem pfectam, beati pp suorum corporum resumptionem ueram. Vñ Bern.super cant.dicit de statu, & consummatione ecclesiæ. De ea finis omnium pendet, tolle hanc & sic grata ipsa angelorū societas pp numeri imperfectionē quodammodo claudicabit, nec ciuitas Dei unquā integrē gaudebit, nec Deus totam suæ gloriæ laudem habebit, donec & ipsi in conspectu angelorum psallant ei. Est ēt ad nr̄am glorificationem, per cælum.n. intelligitur altitudo Trinitatis, pr̄ ergo dat suam uocem.i.testimonium.s. ꝙ nos expectat tanquam suos filios. Et filius nos expectat tanquam suos fratres. Spiritus sanctus autem, tāquam pr̄is & filij perpetuos amatores. Circa ſm notādum est, ꝙ ista uox pp quatuor venit. Primo ut nos certificaret, qualis hō sit ex conditione suæ naturæ cum dr̄, mortui. Ipsa namq; lex mortis totum huma-
Esa. 30. num genus occupauit. In lōgitudine, quia vsq; ad finem mundi durabit, sed tunc in inferno solummodo remanebit. Præcipitabit dn̄s mortem in sempiternū.
Rom. 5. In latitudine quia per totum mūdum a paruo usq; ad
Ibid. magnum se extendit. In oēs hoīes mors pertrāsiit. In altitudine, qa usq; ad altissimum Dei filiū se erexit.
Cum

Cũ adhuc infirmi essemus ꝭm tp̄s, Xp̄s ꝓ impijs mortuus est. Et in profundo, qa usq; ad illũ q est in m̄ris utero se immergit. Interficiã amãtissima uteri eorũ. Scd̄o ista uox uenit, ut nos certificaret qualis hõ sit ex dono gr̄ę cum dicit. Qui in dño moriunť. Circa q̄ notandũ ꝙ qdã moriuntur sine dño, q̄ñ.ſ. moriuntur morte culpæ, q̄ aĩam separat ab eo q est uera uita. Iniquitates uestræ diuiserunt inter uos, & Deũ uestrum. Peruersæ cogitationes separant a Deo. Quidam uerò moriunť extra Deũ, & iõ non p̄ñt redire ad Deum, & iõ tanq̄ asini putridi extra ciuitatem Hierusalem expellẽtur, & in infernale sterquilinium iactabũtur. Sepultura asini sepelieť putrefactus, & proiectus extra portam Hierusalem quidã moriuntur pro dño sicut sancti martyres, qui pro fide dñi moriuntur sicut ipse ꝓ eis mortuus est, dicentes cũ ꝓpheta. Quid retribuã domino pro oĩbus, q̄ retribuit &c Quidã moriuntur in domino, sicut iusti qui moriunť, peccato. Si.n. mortui sumus peccato, q̃uo adhuc uiuemus in illo. Quidã moriuntur cum dño, sicut uiri perfecti qui moriũtur mundo. De quib. dr̄: Mortui.n. estis & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Tertio ista uox uenit ut certificaret qualis homo futurus sit ex collatione gloriæ cum dicitur beati. Sancti quidem in mundo sunt bti ĩ in una stola glorię ſ. fælicitate aĩę In futuro ãt duplici stola.ſ. aĩę fælicitate, & corpis claritate. Valet quidem aĩæ diligenti Deum corpus suum sanũ infirmũ, & mortuum, ac resuscitatũ. Sanum si quidem ad fructum pn̄iæ. Infirmum ad meritum patientiæ, Mortuum ad desideriũ gloriæ perficiendæ; & resuscitatum ad cõsummationem gloriæ iam perfectæ. Ber. Sine corpore aĩa non uult perfici, qđ in oĩ statu sẽtit in bono subseruire sibi. Quattò uenit, ut nos instrueret qualiter hõ se hr̄e debeat in mortis recordatione cum dr̄ scribe, Debet.n quilibet scribere, ſ memoriæ suæ firmiter imprimire, quod hõ sit mortalis & moriturus ex natura, sed cũ Deo uicturus ex gratia. Ista aũt memo-

Ose. 9.
Moriẽtium diuersitas
Esa. 59.
Sap. 1.
Hie. 22.
Rom. 6.
Col. 3.
Notandum.
Mortis memoria utilis.

memoria mortis ualet ad peccati uitationem, s. superbiæ, auaritiæ, & luxuriæ.
Esa. 14. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, subtus te sternetur tinea, & operimentum tuum erant uermes. Superbus. n. appetit locum altum, sed in morte detrahetur ad locum infimum. Ideo dicitur: Detracta est ad inferos superbia tua. Auarus moratur in terra per amorem, sed in morte habitabit sub terra per putredinem, ideo dicitur: Concidit cadauer tuum. Luxuriosus uult habere lectum carnalem & delitiosum, sed in morte habebit lectum pœnosum, ideo subditur. Subtus te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt uermes.

Sermo. cclxxxvi. De eodem sermo vi. Fidelium consolatio super charorum morte.

1. Thc. 4 NOlumus uos ignorare de dormientib. ut nõ contristemini, sicut & cæteri qui spem non hñt. Apostolus nititur cõsolari fideles super mortẽ charorũ suorum ex tribus rationibus. Prima sumitur ex parte corporis quod non est mortuũ, sed dormit. Nemo. n. cõtristaretur de amico suo si dormiret, sed potius sibi congauderet. Dñr autem mortui dormientes duplici de causa. Primò ratione quietis, quia sicut dormiẽtes a laboribus uacant, sic & ipsi a laboribus cessant. Ab illis. s. laboribus de quibus dicitur. Et erit in illa die cum requiem dederit tibi dominus a labore tuo, quẽ
Esa. 14. patiebaris, & a cõcussione tua, & a seruitute dura, qua ante seruiuisti. Requiescẽt igitur a labore, a concussione, & a seruitute. A labore quẽ patiebãtur in mundo.
2. Co. 11 In laboribus plurimis. A concussione quam patiebantur a diabolo.
Luc. 22. Simõ ecce sathan expetiuit uos, ut cribraret sicut triticum. A seruitute quam patiebantur a corpore suo.
Rom. 8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis &c. Secundo rõne uisionis, dormientib. n. consueuerunt occurrere uisiones. Quidam tñ sunt q nullas habent, sicut pueri parui. Quidam qui aliquas habent. Horum quidam habẽt bonas & delectabiles

Mortui quare dormiẽtes dicãtur.

ſicut uiri perfecti,quidam uerò habent malas & triſtabiles,ſicut peccatores & impij,quidam autem habent aliquando bonas & delectabiles & aliqñ triſtabiles ſicut imperfecti. Eodem modo de mortuis eſt dicendũ. Quidam enim ſunt qui nullas habent, ſicut pueri nõ baptizati. Neq; enim hñt delectabiles uiſiones, quia Deum uidere non poſſunt, nec etiam triſtabiles quia Deum non conſpiciunt, neque dæmones, ſed quadã quiete requieſcunt. Alij habent uiſiones dulces,& delectabiles,ſicut beati. Sicut.n.dicit Aug.ſuper Gen.ad literam. Beati habebunt tria genera uiſionum,quibus nũc utimur,ſ.corporalem,ſpiritualem, & intellectualem. Corporalem,quia uidebunt Chriſti humanitatẽ, terram nouam,cœlum nouum,& corpora beatorum. Spiritualem, quia uidebunt beatos angelorum ſpiritus,corda,& animas ſanctorum. Intellectualem,quia uidebunt ipſum Deum inquantum eis uidere eſt poſſibile. Sunt & alij qui habent uiſiones triſtabiles,ſicut damnati,qui dæmones ſemper uident. Perſonæ triſtes ſemper apparentes illis pauorem præſtabunt. Vadent,& uenient ſuper eos horribiles,ex quibus uerbis habetur,quod dæmones ſunt triſtes,horribiles,& importuni qui non ceſſant ire,& redire ante eos. Sunt triſtes ut generent in eis dolorem. Horribiles ut faciant in ipſis timorem. Importuni ut ducant eos ad deſperationem. Alij ſunt qui habent uiſiones triſtabiles & delectabiles, ſicut illi qui in purgatorio cruciãtur, qa uidẽt dæmones qui ſecũdum quoſdam eos cruciant,& angelos qui eos confortant. In honore uiſionis nocturnæ pauor tenuit me,& tremor, hoc quãtum ad horribilem uiſionem dæmonum,& uocẽ quaſi auræ lenis audiui, & hoc quantum ad dulcem conſolationem angelorum. Et ſic patet quod illi qui ſunt in purgatorio,hñt quędã triſtabilia, & quædam delectabilia. Triſtabilia ſunt,quia hñt ignis acerbitatẽ,dęmonũ ſocietatẽ,& diuinæ uiſionis priuationẽ. Delectabilia ſunt, quia hñt angelorum crebram viſitationem,

Mortuorũ uiſiones diuerſæ.

Sap. 4.

Iob. 20.

Iob. 4.

nem, futuræ beatitudinis certam expectationem, & suffragiorum ecclesiæ perceptionem. Secundo, apostolus consolatur fideles super mortem charorum ratione animæ, quæ habet immortalitatem & fœlicitatem, cum dicit, ut non contristemini, sicut cæteri, q spem non habent. Et quia Christiani habent spem, debent desiderare de fragili corpore exire, ut possint in anima stolam gloriæ possidere. Quod Cyprianus ad Fortunatum triplici exemplo ostendit. s. Sicut desiderat nauis exire de naufragio: Modo. n. ipsa anima operitur fluctibus malarum cõcupiscentiarum & mõ

Notandum.

Mat. 8. conquassatur uentis tentationum. Ecce motus factus est in mari, quo ad uentos tentationum, ita ut nauicula operiretur fluctibus, quo ad fluctus concupiscentiarum, Sed tunc Deus sedat uentos, & fluctus tranquillat; Vnde sequitur. Et surgens imperauit uentis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Secundũ exemplũ est, sicut desiderat peregrinus exire de exilio. Sancti namq; modo sunt peregrini. Quandiu sumus in hoc

2. Cor. 5 corpore pegrinamur a dño. Heu mihi q̃a incola. &c.

Psa. 121 Desiderant. n. exire de ista peregrinatione. Tum quia habent uiã nimis longã, iõ dr̃, quia incolatus meus prolongatus est. Tum quia hñt domum tenebrosam, ideo dicitur. Habitaui cum habitantib. cedar, qui interpretatur tenebræ. Tum quia habent uiã nimis asperam. Modica. n. uia si est aspera uidetur esse nimis longa, ideo dicitur. Multum incola fuit anima mea. Tertium exemplum est sicut desiderat habitator exi-

Psal. 91 re de hospitio ruinoso. Tãquã parieti ĩclinato & ma-

Heb. 8. ceriæ depulsæ. Quod antiquatr, & senescit, ꝓpè interitum est. Ex qb uerbis hr̃, ꝙ habitaculũ corpis nr̃i, est habitaculũ ĩclinatũ, depulsũ, & antiquatũ. Quia. n. de terra creatũ, iõ est uersus terrã inclinatũ, tanq̃ cito in terrã casurum. Quia est ex quatuor elemẽtis cõtrarijs cõpositũ, & nullo tẽperamẽto beatitudinis colligatũ, iõ est tãquã maceria depulsũ. Quia ẽ antiquatũ ex eo ꝙ ab Adã usq; ad nos propagatũ. iõ morti vicinũ. Ter

tio

tio consolat᷑ apostolus fideles rõne vtriusq; .f. corporis & aię ex eo ꝙ in btã resurrectione aĩa corpori cõiungetur, iõ dicit. Si .n. credimus ꝙ Iesu mortuus est, & resurrexit &c. Qđ .n. ipsum corpus resurgat, hoc requirit Dei sapĩa, iustitia, & munificentia. Triplici de cã Deus aĩam corpori uniuit. Prima est ut uniuersũ suũ pficeret. Cũ .n. q̄dã sit creatura purè corporalis, q̄dã purè spũalis, oportuit ad cõpletionem uniuersi, ut eẽt uua cõposita ex corpore, & spũ rõnali, ut est hõ. Requirit ergo diuina sapĩa, ut sicut ad pfectionẽ uniuersi, corpori aĩa unitur, ita beata uita isto ordine diuinę sapientiæ non priuetur, sed aĩa corpori cõiungat᷑, ut uniuersum Dei compleatur. Secunda ratio, quare aĩa corpori est unita, ut aĩa in corpore, & corpus agones certaminum exerceat. Tertia est ut aĩa Dei serua carnẽ cõseruã suã custodiret, & in supernis sedib. collocaret. Istas duas rõnes assignat Gre. Naziãzenus. Exigit ergo diuina iustitia, ꝙ sicut anima per diuersos agones meruit in corpore, ita remuneretur in corpore. Exigit diuina munificentia, quod non tantum remuneret suam animam, sed etiam cum ipsa remuneret fidelem conseruam idest carnem ipsam.

Anima quare corpori fuerit vnita.

Sermo cclxxxvij De eodem sermo septimus. Quare de charorum morte, non contristandum, causæ octo.

NOn contristemini sicut & cæteri, q̄ spẽ nõ hñt. Super mortẽ charorum nr̃orum multis de causis cõtristari nõ dẽmus, sed potius cõsolari. Primo pp moriẽdi necessitatẽ, hoc patet in quodã rege pagano de quo refert Aug. in li. de cura ꝓ mortuis, ꝙ cũ dijs suis ĩ capitulo sacrificaret, nũciat᷑ ei ꝙ filius suꝰ unicus obijsset, non reliquit sacra, q̄ manibus gerebat, nõ lachrymatus est, nec oĩno suspirauit, sed ait, sepeliat᷑. Memini .n. me genuisse mortalẽ. Et subdit B. Augu ꝙ Diabolus in iudicio corã Christo dicet. Ecce hic cultor meus cui nec resurrectionem, nec paradisum promisi Thes. 4.

misi pro morte unici nobilis, & sapientis filij sacra mea, non reliquit, nec fleuit. Tui aũt christiani pro q bus mortuus es, ut mortem non timerent, & essent de resurrectione securi, nõ solũ lugent mortuos, & uoce & habitu, sed ẽt ad ecclesiam procedere cõfundunt. Aliquanti ẽt clerici ministerium intermittunt uacantes luctui Secundo pp reuocandi impossibilitatẽ, cu-
2. Reg. ius exemplum hẽmus in Dauid qui ait: Ego ibo ma-
22. gis ad eum, ipse non reuertetur ad me. Oẽs.n. mori-
Ibid. 14 mur, & quasi aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur. Iste fluuius humani gñis tres hẽt status. In primo stabat, dispositus tamen erat ad standum, & ad fluendum, quia hõ in primo statu poterat mori, & non mori, modo autem continuè fluit, & nunquã reuertetur, & in fine immobiliter stabit. Tertio pp seruiendi Deo maiorem facultatem. Et huius exemplũ hẽmus in B. Melodia, de qua dicit Hiero. in quadam epistola ad Paulum. S. Melodia nostri temporis inter christianos uerè nobilis, quæ calescente ad huc mariti corpusculo, & necdum humanato duos perdidit filios. Rem dicturus incredulam, sed Christo teste non falsam, stetit immobilis, & obuoluta Christi pedibus, quasi ipsum teneret dicens: Expeditius tibi seruitura sum dñe, quia tãto me onere liberasti. Quarto pp Dei beneplacitum, & voluntatem, & hæc sola causa, & si alia non esset sufficere debet. Huius exemplum habemus in Curtio optimo Romanorum, de quo dicit Augus. in lib. de ciui. Dei. Curtius armatus equo in abruptum terræ hiatum præcipitem se dedit, quia iusserant Dij, ut eum illic, quem Romani haberent optimum, mitterent. Si ergo paganus nullam habẽs spem de resurrectione, morti se dedit, quia Dij hoc iusserant, quanto magis homo Christianus non deberet de sua, vel de aliorum morte dolere, quando scit Deum hoc velle. Hieron. Resurgere credimus, nostros, & plangimus, quid faceremus si mori tantum præciperet Deus. Voluntas eius utique sola sufficeret

ret ad solatium, cui nullum præponere debemus affe ctum. Quinto pp immortalis uitæ adeptionē. Huius exemplum habemus in Theombroto philosopho de quo dicit Augu. in lib. de ci. Dei. Theombrotus lecto libro Platonis ubi de aīæ īmortalitate disputauit, se præcipitem dedit de muro, ut ex hac uita migraret ad eam, quam credidit esse meliorem. Si igitur homo paganus tantam fidem dedit dictis alterius pagani, quāto magis Christiani per Deum suum de uita beata certificati, non deberent sic de sua uel suorum morte dolere, ut ad beatam uitam possint pertingere. Sexto propter miseriarum mundi euasionem. Huius exemplum habemus in multis gentilibus, & paganis, de quib. dicit Solinus, ꝙ apud plurimos luctuosa sunt puerperia, & læta sunt funera. Cōsuetudo enim est apud plurimos, quod quando puer nascitur, parentes & amici faciunt magnum planctum, ex eo quod in istum mundum uenit, ubi passurus est multiplicitatem miseriarum, sed quando puer moritur faciunt magnum festum, ex eo ꝙ de miserijs huius mundi exiuit. Alicubi etiam est consuetudo, ut dicit Hier. ꝙ mulieres uiuæ cum uiris defunctis sepeliuntur, & malum cum uiro mori, quam post mortem uiri in luctu, & in statu miserabili remanere. Et Amb. in li de bono mortis. Si plena miseria est omnis uita, utique finis alleuiamētum est. Alleuiamentum autem bonum. Mors autem finis. Mors ergo bona. Septimò propter debiti solutionē. Tenemur cum Deo soluere debitum mortis, & ideo nullus debet dolere, ꝙ debet. De hoc habemus in tribus exemplis, quorum vnū ponit Cyprianus, & duo alia ponit beatus Augúst. Vnus namque nolebat debitum mortis exoluere. ideo angelus sibi infirmanti cū indignatione apparens dixit. Pati timetis, exire non uultis, quid faciam uobis? & sic ab eo iratus recessit. Alius autem nolebat soluere, si non debebat, si uero debebat, statim uolebat, unde infirmatus dixit ad Deum, si nunquam, benè: si aliquando, quare non mō?

Nota.

Tertius ponebat hoc in uoluntate creatoris paratus manere quantum uellet,& soluere quando uellet. Et iste fuit Ambr.qui cum in extremus positus rogaret, ut prolongationem uitæ sibi impetrare uelit à dño, ait. Non sic uixi,ut me pudeat inter uos uiuere, nec mori timeo,quoniam habemus bonum dñm,ac si dicat,si placet Deo,ut adhuc uiuam,possū adhuc uiuere inter uos sine rubore, si placet Deo ꝙ moriar,mori possum sine timore. Octauo pp maioris boni adeptionē. Istā rōnē tāgit Hier. in epistola ad Tirasium dicens:Gaudent parentes tota uita sine filijs commorari, dum ualeant ꝙ cupiunt de suis pignorib.adipisci. Peregrinantur,ut ad palatia pergant,nauigant ut ad dignitates, ad studia acquirenda, ad causas patrimonij explicandas,cum periculo, & labore. Et ut ad palatia cœli, ad studia Christi & ad honorem uitæ perpetuæ,ad patrimonium possessionis æternæ cum securitate ualeant peruenire, nemo filios suos à se gratulatur abscedere. Ad comparanda peccata gaudent tam parentes a filijs,quam filij a parentibus prouocante Diabolo separari, & ad indulgentiam percipiendam nolunt ab inuicem Deo uocante discerni.

Sermo cclxxxviij. Eodem die, sermo viij. De quinque animarum locis post mortem.

2. Mac. 12. VIr fortissimus Iudas collatione facta, duodecim milia dragmas argēti misit Hierosolimā offerri eas ꝓ peccatis mortuorū ī sacrificio. In hoc qđ vir iste fortissimus tātā mittebat pecuniā, ut fierēt eleemosinę,sacrificium,& orationes,dat intelligere post hanc uitam,aliquem bonum locum esse in quo aīæ fidelium purgantur. Circa quod sciendum quod quinque sunt loca recipientia uiuos, & mortuos,s.infernus,purgatorium, limbus puerorum, mundus, & cęlū. Infernus est tāq̄ carcer Dei,in quo ponunť oēs,q sūt exules Purgatoriū verò est tāq̄ hospitale Dei,in

quo

quo colliguntur oẽs infirmi, sed limbus est tanquam insula Dei, ad q̃ mittuntur oẽs nondum confirmati. Mundus verò est tanq̃ stadium, in quo exercitantur omnes strenui milites. Cœlum uerò est tanquam palatium, & viridarium Dei, in quo ponuntur omnes milites triũphantes, & emeriti. Primus locus est infernus in quo recluduntur oẽs exules, & iste carcer esse credit̃, in medio terræ, & hoc tangit quædam gl. super Ionam quæ dicit; Sicut cor est in medio aĩalis, ita infernus est in medio terræ. Et talis locus cõgruit dãnatis pp elongationem, obscuritatem, & frigiditatem. Propter elongationẽ siquidẽ, quia sicut nihil tm̃ distat a cęlo, quãtũ terræ medium, sic nihil tm̃ distat a Deo, quantum peccatũ. Iustum ergo est, ut sicut hõ se elõgauit per peccatum a Deo, sic elonget̃ a cęlo p locum nouissimũ. Longe est dñs ab impijs. Congruit ẽt pp obscuritatẽ, nullus.n. locus est obscurior, q̃ sit medium terræ, terra.n. in superficie faciei illustrat̃, sed in suo medio ꝑpetua obscuritate replet̃, & iõ locus tã tenebrosus cõpetit pc̃tõrib. tenebrosis. Anteq̃ vadã, & non reuertar ad terram tenebrosam &c. Congruit ẽt pp frigiditatem. In medio.n. terræ summe est frigus, iõ conuenit pc̃tõribus, qui fuerunt frigidi in amore Dei. Tm̃ autem frigus habebunt, ꝙ sp dentibus stridebunt. Ibi.n. erit fletus & stridor dentium. Secundus locus est purgatorium, ꝙ est tanquam hospitale Dei, in quo sanantur oẽs infirmi. Sanant̃ aũt per ignem purgantem, & per suffragia ecclesiæ quæ quidem ẜm Gre. sunt orõnes, sacrificia, eleemosynæ, & ieiunia. Per ista aũt suffragia non oẽs sanantur, sed tm̃ illi, qui sunt sanabiles. Nã scd̃m beatum Aug. mortuorum quidam sunt ualde boni, & quidam sunt valde mali, quidã uerò sunt mediocriter boni & mali. Suffragia igitur ꝓ ualde bonis sunt gratiarũ actiões; Pro ualde malis, & si non sint adiumenta mortuorũ, sunt tñ qualescunque uiuorum consolationes. Pro mediocriter bonis, & ꝓ mediocriter malis, sunt ex-

Infernus dãnatis cõgruit.

Pro. 16.

Iob. 10.

Matt. 8.

Mortui qũo ad iuuandi

piationes. Istam triplicem dr̄iam tangit propheta di-
Psalm⁹. cens. Calix in ma domini ui.me.ple.mix. Valde boni
ni bibunt in calice dn̄i pleno uino, quia dat' eis glo-
ria. Mediocriter boni bibūt in calice pleno mixto.i.
iustitia quantum ad pœnitentiam, & mīa quantum ad
expectationem. Sed ualde mali bibunt de calice Dei
Iob. 25. pleno fæce.i. Dei furore. De furore omnipotentis
Dei bibat'. Ista aūt suffragia, illi q sunt in purgatorio
scire possunt tribus modis. s. per diuinam, uel angeli-
cam reuelationem, per animarum hinc exeuntium
reuelationem, & per expertā in se ipsis releuationē.
Quādo.n. ex parte releuari sentiunt, suffragia pro se
facta fuisse cognoscunt. Tertius locus est limbus pue
rorū, & est tanquam insula Dei, ubi recipiuntur non-
dum confirmati.i. pueri nō baptizati, qui iō non dn̄r
confirmati, quia Dei sunt uisione priuati. Limbus pa-
trum dicebatur sinus Abrahæ. Limbus puerorum dr̄
limbus inferni Patres n. habebant requiem, quia im-
munes erant à pæna sensibili. Habebant securitatem,
quia expectabant gloriam futuram. Habebāt abscon-
sionē, quia abscondebant' a tentatione Diaboli, & iō
dicebatur sinus Illud.n. quod est in sinu, est quietum,
secretum, & absconsum. Limbus aūt puerorum dr̄ si-
nus inferni. Sunt quidem immunes à sensibili pœna,
& tentatione diabolica, & quo ad hoc dicitur sinus,
priuati tn̄ sunt uisione diuina, & quātū ad hoc dr̄ in-
fernus. Quartus locus est mundus, qui est stadiū Dei,
in quo exercitant' milites strenui, qui debēt se exerci
tare contra carnem p tēperantiā, cōtra mūdū, & con-
tra tyrannos per patientiā, & contra Diabolū p resi-
Eph. 6. stentiā, de hac triplici exercitatione dicitur: Non est
nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, &
hoc quo ad primū, sed aduersus principes, & ptātes
quo ad s̄m, contra spūales nequitias in cælestib. quo
ad tertiū. Quintus locus est cælum, quod est palatiū,
& uiridarium Dei, in quo ponuntur milites triūphā
tes, & emeriti, qui pænā purgatorij non sentiunt, sed

cęlestem palatium sibi acquirũt. Et horũ sunt tria genera, scilicet baptismalem innocentiã conseruantes, pro Christo martyrium sustinentes, & perfectionẽ uitæ appræhendentes. Isti sunt tantum illi tres uiri, qui animas suas saluant, quia immediatè euolant. s. Daniel, Noe, & Iob. Per Danielem qui fuit magnæ simplicitatis, & innocentiæ intelliguntur innocentes. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonũ. Per Noe intelliguntur uiri perfecti. Noe uir iustus atque perfectus in generationibus suis. Per Iob multis uulneribus confossum, intellguntur martyres de quibus dicitur: Sufferentiam Iob audistis, & fine domini uidistis. Isti sunt montes Dei alti per innocentiam, uitam, & patientiam, de quibus dicitur: Tripliciter sol exurens montes &c. Sol enim iustitiæ pueris baptizatis exuret omnem culpam originalem, in perfectis omnem maculam uenialem, & in martyribus omnem maculam originalem & actualem.

Paradisũ ingredietes. Eze. 14. 1. Ma. 2. Gene. 6. Iac. 5. Eccl. 44

Sermo cclxxxvi. De S. Martino episcopo. Sermo ij. Quomodo in tribus statibus Deo placuerit.

IN diebus suis placuit Deo. Tota uita iusti est lucida dies, & præclara. Omnes uos filij lucis estis, & filij Dei. Et iste dies habet mane, quãdo s. lux diuinæ gratiæ in sanctis uiris incipit refulgere, habet meridiem, quãdo lux gratiæ in eis procedit & crescit, sed non habet uesperam, quia ẽt in morte eis non extinguetur, sed cũ die æternitatis continuatur, Semita iusti quasi lux splendens, ecce mane iustificationis. Procedit & crescit, ecce meridies augmentationis. Vsq; ad perfectum diem, ecce continuatio cum die æternitatis. Tota igitur uita B. Martini fuit dies, quia habuit tres status, quia fuit laicus, religiosus, & p̃latus, iõ dicit. In diebus suis placuit Deo. Primo quidẽ placuit Deo in statu laicali quo ad se, quoad Deũ, & quo ad proximum. Quo ad se quidem, quia extinxit in se omnem auaritiam. Vñ dicitur ꝙ in stipendijs nil præ

Eccl. 44 1. Thes. 5 Prou. 4. Deo q̃uo placuit.

ter quotidianũ uictũ reseruans, de crastino non cogi
1.Tim.6 tabat. Hñtes alimenta.& quib.tegamur, his contenti sumus. Extinxit etiam omnem intemperantiam. Vñ dicitur: Frugalitas in eo fuit tanta, ut iam non miles, sed monachus putaretur. Vtere quasi homo frugi his,
Eccl.11 quæ tibi apponuntur. Omnem superbiam, quia fuit tã tæ humilitatis, quod etiam suo seruo seruiebat, & cal
Mat. 10 ciamenta detrahebat. Exemplo illius qui dixit Filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare. Secundo quo ad Deum habuit enim magnam fidem, quia cum esset annorum decem inuitis parentibus ad ec-
Ibid.20 clesiam confugit. Qui amat patrem uel matrem plusquam me, non est me dignus. Habuit magnam spem dicens. Crastina die hostium cuneos penetrabo secu-
Eccl. 2. rus. Nullus sperauit in domino, & cõfusus est. Habuit magnam charitatem, quia ab amorem Christi sæcu-
Can. 8. lũ contempsit. Si dederit homo omnem substantiam suam pro dilectione &c. Tertio quo ad proximum. Exhibebat enim superioribus subiectionem sicut Iuliano Imperatori in his, quæ non essent contra Deũ.
1.Pet.2. Subditi estote omni humanæ creaturæ pp Deum &c. Inferioribus miram benignitatis ostensionem sicut supradictum est de seruo. Aequalibus amicabilem cõseruationem. Vnde dicitur, multa illius circa commi
Pro.18. litones benignitas, mira charitas &c. Vir amicabilis ad societatẽ, magis amicus erit, quam frater. Secundo B. Martinus placuit Deo in suo statu regulari. Vbi seruauit triplex uotum, scilicet obedientiæ, quia obediuit, Deo admonenti, ut parentes uisitaret; Hilario imperanti, ut exorcista esset. Obediuit autem ex charitate, & humilitate, ex concordia, & uoluntate. Hoc significatum est, ubi dicitur, quod dederunt ei ouem
Iob. 42. unam, & inaurem auream unam. Per inaurem auream significatur obedientia, quæ triplex est. Tunc aurea, quando fit ex charitate. Tunc una, quando fit ex unanimi uoluntate. Tunc habet ouem annexam, quando fit ex humili, & simplici corde. Seruauit uo-

tum paupertatis tam destrictè,quod radices herbarũ, cum monachis comedebat,nunquam uinum, nisi infirmus bibebat. Seruauit uotum castitatis. Vnde in signum tantæ puritatis caro eius apparuit luce clarior, uitro purior,lacte candidior.Et non mirum,quia habuit carnem mundam, conscientiam lucidam, & uitam sinceram.Tertio placuit in statu pontificali.Duo enim sunt quæ faciunt prælatum esse perfectum, scilicet perfectio sanctitatis,& dignitas potestatis. Sanctitas autem consistit in oratione deuota, in vita sancta,& conuersatione grata,quę omnia habuit sanctus Martinus,idest deuotam orationem,quia ab oratione incepit a sua pueritia,quia cum esset annorum 10.ecclesias frequentabat,cõtinuauit in ętate reliqua,unde dicitur: Nunquam ulla hora, momentumque prętereijt, quo non aut orationi,aut lectioni,intenderet,& consumauit,in morte,vnde dicitur: Oculis ac manibus in cœlum semper intentus. Secundo habuit uitã sanctam, quòd testificatur globus ignis super caput eius.Sicut.n.apostoli spiritum sanctum tribus uicibus receperunt.s.ad faciendũ miracula,ad relaxandũ peccata,& cõfirmandũ corda, sic & iste beatus Martinus. Ideo par apostolis dicitur: Nõne magna miracula fecit dũ tres mortuos suscitauit & peccata relaxauit,dũ gentiles multos conuertit,& eis veniam obtinuit, & spiritum sanctum in igne uisibili accepit.Tertio habuit conuersationem gratam, quia quantum ad minores habuit humilitatẽ.Sicut patet quando leprosũ curauit,& osculatus fuit, & ille sanitatem accepit. Et quantũ ad maiores magnam auctoritatem, sicut patet quando non imperatori,sed presbytero sciphum porrexit. Quãtum ad domesticos magnam ęqualitatem, unde dicitur,quòd nunquam cathedra usus est.Secundo habuit magnam ptãtem, quam ostendit super oẽs creaturas. Primo super creaturam,quæ habet tantum esse sicut sunt elemẽta.s.super terram,quando ad suũ præceptum tres mortuos uitæ reddidit.Super ignem,

quñ obuium se posuit,& ille euanuit.Super aquam,qñ naui periclitanti subuertit.Secundo super creaturam, quæ hẽt esse & uiuere,sicut sunt arbores,& plantæ,sicut patet in arbore pini,cui signũ crucis edidit, & in altera parte corruit,& in elleboro uenenato,cuius uenenositatẽ uirtute orõnis fugauit. Tertio sup creaturam,quæ habet esse uiuere,& sentire,sicut sunt animalia, sicut patet in canibus lepusculũ in sequentibus, & in serpente fluuiũ pertranseunte, & in cane contra quendam archiepiscopũ latrante,& in uacca sæuiente. Quartò super creaturam,quæ habet discernere,sicut sunt homines,& hoc tam super uiuos, quos sanauit in corpore,& curauit in mente, quam super mortuos quia tres mortuos suscitauit,& latrone in interfectum, qui pro martyre celebrabatur ueritatem dicere coegit.

Sermo ccxc. De eodem Sermo ij. De regula quàm seruauit.

Eccl.44 NOn est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Deus cuilibet statui hominũ propriam legem dedit. Et quia beatus Martinus in tripli ci statu fuit, ideo legem excelsi in quolibet suo statu conseruauit. Ipse quo ad primum fuit strenuus miles. Regulam aũt militum dictauit Ioannes baptista,quæ hẽt tria capitula,dr̃ aũt. Interrogabant eum milites dicentes: Quid faciemus,& nos &c. Intendit.n. Ioannes, arcere milites ab oĩ iniuria inferẽda. Iniuria aũt

Luc.3. tribus modis infertur. Aliqñ in psona p oppssionẽ,& q̃tum ad hoc ponit primũ capitulũ dicẽs: Neminẽ cõcutiatis. Aliqñ ĩ fama p falsi criminis impositionẽ,& quãtũ ad hoc ponit s̃m capitulũ dicẽs: Neq; calũniã faciatis. Aliqñ in tpalem subam.s.per rapinã, & quantum ad hoc ponit tertium capitulum dicẽs: Et cõtẽti estote stipendijs uestris. Istã.n. regulam cũ oĩbus suis capitulis seruauit B. Martinus cũ adhuc esset miles. Nõ.n. fuit pauperũ oppressor, sed adiutor,& ab inopia seruauit: sicut patet in paupere, cui clamidẽ diuisit.

ft. Ps. Adiuuit pauperem de inopia. Et a uiolentia, qa pupillos, & orphanos defendebat, vnde dr. Summa illi cura erat assistere laborantibus, alere egentes, & opem ferre miseris. Psal. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Et à tribulatione, & miseria, sicut patet in leproso, quem osculatus fuit, & sanauit. Psal. Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Nec fuit cruciator, sed pacificus habitator Ipse.n. pacificè habitauit, & cum maiorib. per subiectionem, sicut patet in Iuliano, & cum æqualib. per pacificā conuersationem, sicut patet in commilitonib. & cū inferiorib. per obsequiorum exhibitionem, sicut patet in seruo suo. Nec fuit raptor, sed suorum largitor. Ipse.n. contempsit terrena, vnde dr. Nihil sibi præter quotidianum uictum reseruauit. Largitus est propria, quia omnia quæ hre poterat pauperib. erogabat, & respuit stipendia sicut patet cum Iulianus militibus stipendia dari fecit. Secundò fuit monachus deuotus, & in isto statu seruauit, legem excelsi ipsorum monachorum, quæ sunt tria capitula, s. votum paupertatis, castitatis, & obedientiæ. Primum est uotum paupertatis, ut monachus nullum habeat proprium, nec terrenæ facultatis, nec exterioris conuersationis, nec interioris voluntatis, qui.n. talia propria retinuerint, furtum spirituale cōmittit, ista tria furta fecit Achor. Iosue. 7. Furatus est, n. ducentos siclos, per quod intelligitur proprium substantiæ temporalis. Furatus est regulam auream, per q̄ intelligitur proprium uoluntatis, quia ab ipsa uoluntate cætera regulantur. Furatus est pallium, per q̄ datur intelligi proprium exterioris conuersationis. Sed B. Marti. istud capitulum optimè obseruauit. Non.n. habuit proprium substantiæ terrenę, quia in suo monasterio tam pauper erat, q̄ de radicibus herbarum uiuebat. Nec proprium uoluntatis, qa mox cum admonitus fuit, q̄ parentes uisitaret, uoluntatem suam deseruit, & diuinæ uoluntati plenariè obediuit. Nec proprium conuersationis mundanæ

Monacorum c. 3.

quia

quia sicut mutatus erat interius in affectu, ita ēt exterius in habitu, quia uiuens, & ēt moriens, uigilans, & dormiens semper cilicio utebatur. Secundum capitulum est obseruatio castitatis. Sed B. Mart. non solum seruauit castitatem continentiæ, sed etiam uirginalis munditiæ. Ideo eius caro assimilatur uitro, lacti, gemmæ, & luci, de tribus primis dr̄, quia uitro purior, lacte candidior, carne quoq; monstratus est gemma sacerdotum De quarto dr̄ caro quam semper cinis obtexerat, ita resplenduit &c. Assimilatur ergo uiro pp munditiam in carne. Licet, n. eius caro fuerit fragilis per naturam, fuit tñ lucida per munditiam. 2 Cor. 4. Habemus thesaurum istum. s. virginalis munditiæ in uasis fictilibus. i. in fragili corpore. Assimilatur lacti pp nitorem conscientiæ. Vnde dr̄ de sanctis. Thr. 4. Lacte candidiores. Assimilatur gemmæ pp castitatis præciositatem. Eccl. 26. Oīs ponderatio non est digna continentis animæ. Assimilatur luci pp lucidam famam & honestatem. Sap. 4. O q̃ pulchra est casta generatio cum claritate. Tertium capitulum est obseruatio obedientiæ. Circa q̄ scien. q̄ pōt esse quadruplex obedientia. Vna est obedire in prosperis, & ista nihil debet hr̄e de suo. Alia est obedire in aduersis. Et ista multum dēt hr̄e de suo. Ideo dicit Ber. q̄ obedientia, alia magni meriti, alia parui, alia nullius. Magni meriti obedientia est in aduersis, quæ dēt aliquid habere de suo. s. aduersa libenter amplecti. Obedientia parui meriti, est cum in aduersis, qs inuitus obedit. Nullius meriti est obedientia in prosperis, cum obediētis animus ad illa prospera anhelat. Tertia est obedire in mediis, quæ ex vna parte vn̄r habere dignitatem, & ex alia parte prætendunt quandā difficultatem, sicut est officium prædicationis Prædicare. n. habet dignitatem, quia est officium diuinum. Et hēt difficultatē, quia est officium laboriosum Inquantum ergo est officium dignitatis, nil debet homo ibi habere de suo, quia est officium laboriosum, multum debet homo ibi

ibi habere de suo. Huius exemplum habemus in Isaia, & Hieremia, quorum primus spontè se obtulit dicens. Isai. 6. Ecce ego domine. Alter aũt se accusans dixit. Hier. 1. Ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Quarta est in dubijs obedire. Sunt aũt dubia, qñ nescitur quid est melius, hoc uel illud, & tale quidem nihil debet habere de suo. s. ut paratus sit facere, & non facere, prout diuinæ placuerit uoluntati. Et istã quadruplicem obedientiam uidetur habuisse B. Martin. Præceptum si quidẽ sibi fuit quoddam, ꝙ habebat humilitatem, ut. s. esset exorcista, & libenter obediuit. Quoddam quod habebat dignitatem, & non difficultatem. Et istud coactus recepit. Quoddam ꝙ habebat dignitatem & difficultatem, s. patriam uisitare, & ibi uerbum Dei prædicare; & tunc inuitus iuit, sed tñ obediuit. Tandem fuit in magno dubio, quid esset melius, utrum mori in Christo: An ꝑꝑ salutem populi adhuc in carne remanere; & istud dubium diuinæ uoluntati cõmisit dicens: Dñe si adhuc populo tuo sum necessarius &c. Tertiò fuit prælatus dignus, & quantum ad hoc seruauit regulam prælatorum. De qua dr̃. 1. Tim. 3. Oportet esse episcopum ornatum, doctorẽ, & hospitalem. Debet esse ornatus interius decore uirtutum, & exterius decore morum, & honestate eorũ. Debet etiam esse doctor vt. s. doceat uerbo, & exemplo. Debet ẽt esse hospitalis, q̃a sicut dicit Hier. Quicquid hñt clerici, pauperum est. Domus. n. eorum debet omnibus esse cõis, & ista tria capitula seruauit B. Martin. quia omnibus uirtutibus fuit ornatus, & fuit doctor assiduus, & ad pauperes liberalissimus.

Sermo ccxci De eodem die sermo iij. Quomodo gratia infusionem, conseruationem, & indicium habuit.

COgnouit eum in bñdictionibus suis. Sancti uiri in hac uita tria desiderant. s. infusionem gratiæ Dei, conseruationem in gratia & indicium ꝙ sint in Eccl. 24

gratia

gratia Dei. Et ista tria habuit Beatus Marti. Primò habuit gratiæ Dei infusionem, cum dicitur: Cognouit eum in benedictionibus suis. Hoc autem ꝙ dicit cognouit, plus importat, quam si diceretur dedit. Si .n. uideremus aliquem alicui pauperi faciētem magnas eleemosynas diceretur, uidetur ꝙ ipse illum pauperē cognouit. i. ab alijs discreuit. Deus etiam cæteris sanctis dat bn̄dictionem gratiarum suarū, sed in illis B. Martin. cognouit. i. ab alijs discreuit, ex eo ꝙ maiores gratias ei dedit, quarum quædam attestātur suæ dignitati, quædam potestati, quædam suæ sanctitati. Dignitas hominis, ut ipse ab angelo custodiatur. Hier. Magna dignitas hominis & animarum, ut una quęq; ab ab ortu suę natiuitatis habet angelum ad sui custodiā deputatum. Et ista dignitas tres habet partes. Vna est qua custodiunt in uita, & hæc est magna. Alia est qua custodiunt in morte, & hæc est maior. Tertia qua custodiunt post mortem, & hæc est maxima. Beatum itaque Martin. angeli custodierunt, & honorauerunt in uita, quia principes sibi obedire faciebāt. Sicut patuit qn̄ ostium Imperatoris angelus sibi aperuit. Eius orationes ad Deū deferebant, ut patet qn̄ angeli Deo suaserunt pro quodam defuncto pro quo Martin. orabat: ēt celebranti assistebant, sicut patet, qn̄ eius brachia ornauerunt. Honorauerunt in morte, qn̄ eius exequijs interfuerunt, & eius obitum quodammodo celebrauerunt. Vnde dicitur. O beatum uirum in cuius transitu sanctorum canit numerus &c. Honorauerunt post mortem eius animam cum laudibus in cœlum deducētes, sicut S. Seuerinus ep̄s Colon̄. audiuit. Secundo quædam attestantur suæ potestati, quia contra dæmones magnā habuit uictoriam diabolus .n. habet uiolentiā, astutiā, malitiam, & sæuitiam. Vincere eius uiolentiā est magnæ potentiæ, cognóscere eius astutiā, est magnæ sapiētiæ, confundere eius malitiā est magnæ innocentiæ, superare eius sæuitiā est pfectionis magnæ & uitæ. Ista Beatus Martinus contra

diabo-

diabolũ fecit. diabolus quidem obsistere uoluit ei in principio, in medio, & in fine, & post finẽ. In principio qdẽ suæ cõuersationis sibi obsistere uoluit p uiolẽtiã dicẽs. Quocunq; ieris diabolus tibi aduersabit. Sed eius uioletiã uicit Dei auxiliũ implorãdo dicẽs. Dñs mihi adiutor non timebo &c. Circa mediũ eum decipere uoluit p fraudulentiam qñ in forma Christi sibi apparuit, sed eius fraudolentiã cognouit, Christi stigmata in ipso non videndo. In fine obsistere sibi uoluit per malitiã ad ipsũ ueniendo, sed eius malitiã superauit suã innocẽtiã allegando dicens. Quid hic astas cruenta bestia, nihil in me funestũ reperies &c. Post finem etiam sibi obsistere voluit qñ angeli eius animam in cœlum deferebant dicẽs, se in eius animam ius hr̃e. Sed sancti angeli dæmonum sęuitiã represserũt, allegãtes eius cõscientiã purã; uitã sincerã, fidem integram, & spem charitate succensam. Tertio quædam gratiæ attestantur suæ sctitati. Et istę sunt plures. Prima est castitas. Et ista hẽt tres partes. Vna est coniugalis, quæ habet fructum tricesimum & hæc est magna. Alia autem est uidualis, q̃ habet fructum sexagesimum, & hęc est maior. Tertia est uirginalis, & habet fructum centesimum, & hæc est maxima. Et istã habuit B. Martinus qa corpore & mẽte fuit virgo. Scda est humilitas, & ista hẽt tres ptes. Vna est subijcere se maiori. Obedite præpositis uestris, & ista est magna. Alia est subijcere se ęquali. Honore inuicem prę uenientes, & ista est maior. Tertia est subijcere se minori. Qui maior est uestrum, fiat sicut minor, & ista est maxima, quam habuit beatus Martinus, qui se suo seruo humiliabat. Tertio est pietas, & ista habet tres partes. Vna est dare partem de superfluo, & partem retinere. Quod superest datæ eleemosynam &c. hęc est magna. Secunda est dare oĩa superflua, & retinere necessaria. Qui utuntur hoc mundo, quasi non vtant &c. & hæc est maior. Tertia est dare necessaria, sicut fecit uidua. Et hæc est maxima, & hãc habuit B. Martin⁹

Margin notes: Ei⁹ gratię. — Heb. 13 — Ro. 12. — Luc. 22 — Luc. 12 — 1. Cor. 7 — Luc. 21.

qui

qui clamidem,& partem eius sibiipsi necessariã, pauperi diuisit. Quarta est charitas & ista habet tres partes. Vna est in seruitio fratris exponere omnia sua. Si
Can. 8. dederit homo uniuersam substantiam suam pro dilectione &c. Et hæc est magna. Alia est ponere corpus
Io. 10. suum. Bonus pastor animam suam dat pro ouib. suis, & hæc est maior. Tertia est exponere uoluntatem suã.
Luc. 22. Non mea uoluntas, sed tua fiat, & hæc est maxima. Beatus autem Martinus non tantum sua exposuit ea pauperibus largiendo, non tantum corpus suum ipsum diuersis tribulationibus subijciẽdo, sed etiam uoluntatem suam, Deo se totaliter committendo dicẽs: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius &c. Quinta est sobrietas, & ista habet tres partes. Vna est
Phil. 4. in abundantia seruare temperantiam. Scio abundare &c. Et hæc magna. Secunda est in penuria seruare patientiam. 2. Corinth. 10. in fame & siti &c. Et hæc est maior. Tertia est in abundantia seruare inopiam, & hæc est maxima, & istam habuit, Beatus Martinus, quia inter milites tanquam monachus uiuebat, & factus episcopus inopiam monachorum seruabat. Secundo habuit gratiæ infusæ conseruationem cum dicitur: Conseruauit illi misericordiam suam. Ipse enim quatuor uitauit, per quæ gratiam conseruauit. Vnum est tumultus sæcularium negotiorum, unde dicitur: Circiter duobus miliaribus a ciuitate monasterium sibi statuit. Quidam philosophus dicebat, quotiens cum hominibus habitauit, minor homine redij. Secundum est aspectus, & colloquium mulierum. Vnde dicit Hier. S. Martinus virginem quandam visitare voluit, ipsa noluit, sed per quandam fenestram ait: Mi pater ora pro me, quia nunquam à uiro sum visitata. Et gratias egit ille. Ex quo patet q; parum de locutione mulierum curabat, qui de hoc gratias Deo referebat. Tertium est torpor & otium. Vnde dicitur, quòd nulla hora vel momentum præterijt quo non orationi, vel lectioni incumberet. Tertiò habuit

buit gratię manifestationē, cum dicitur: Et inuenit gratiam coram oculis dñi. Manifestabatur.n. ꝙ placuit Deo in statu laicali per Christi approbationem, cum dixit: Martinus adhuc cathecuminus hac me ueste contexit. In statu monachali per trium mortuorū resuscitationem. In statu pontificali per globi ignei appositionem.

Sermo ccxcij. De eodem sermo 4. Qualis in uita, in morte, & post mortem extiterit.

PLacens Deo factus est, dilectus, & uiuēs inter peccatores translatus est. Ex prædictis uerbis ostenditur. Qualis beatus Martinus fuit in uita qualis in morte, & qualis post mortē. In uita quidem fuit a Deo dilectus. Fuit quidem dilectus a patre, cuius signum est quia tantam miraculorum potestatem habuit. A filio, cuius signum est, quia filius hominis coram angelis ipsum cōmēdauit. A spiritu sancto, cuius signū est, quia in specie ignis super eius caput apparuit. A beata uirgine, cuius signum est, quia sæpe ipsum cum alijs uirginibus uisitauit. Vnde dixit: Agnes, & Tecla, & Maria ad me uenerunt. Ab angelis, quia in uita sua sibi celebranti astiterunt, in morte conuenerunt, & post mortem eius animam cum laudibus in cœlum deduxerūt. A tota curia cęlesti, cuius signum est, quia ipsum lætanter susceperunt. Vnde ipse dixit. Sinus Abrahę me lętus suscipiet. A toto mundo, quia inter cęteros confessores per totū mundū magis festiuè colitur. Pater sic eum dilexit propter mandatorum suorum obseruationem. Ioan. 14. Siquis diligit me, sermonem meum seruabit &c. Filius propter tantam ad pauperes compassionem, propter quam eum tunc nō tantum coram angelis commendauit, sed etiam in iudicio commendauit dicens, nudus eram, & cooperuisti me. Spiritus sanctus propter suam humiliationē. Psal. Qui emittis fontes in conuallibus. Virgo beata propter

Sap. 4.

propter suam humilitatem Eccl. 13. Omne animal di-
Mat. 19. ligit sibi simile. Angeli pp suam puritatem. Angeli
enim diligũt naturaliter pueros, & paruulos. Angeli
eorum semper uident faciem patris &c. Tota curia cę
lestis pp suam cum eis similitudinem. Ipse enim fuit
martyr, & si non actu, tamen uoluntate. Vnde dicit:
O sanctissima anima quam, & si gladius percussoris
non abstulit, palmam tamen martyrij non amisit. Fuit
confessor, quia Christum corde, ore, & opere fuit cō-
fessus. Fuit uirgo, quia integritatem corporis, & men
tis seruauit. Totus mundus eum dilexit propter sua
beneficia, quæ recepit, temporalia, corporalia, spiri-
tualia, & æterna. Secũdo in morte fuit Deo dilectus,
Eius mors Deo placuit pp 4. & placidus cũ dicitur, placens Deo. Eius enim mors
ualde Deo placuit, propter quatuor, quæ habuit. Pri-
mum est securitas conscientiæ, propter quam dixit
Diabolo. Nihil in me funestũ inuenies. Bona.n. con
scientia generat magnam securitatem. Prouerb. 15. Se
cura mens, quasi iuge cõuiuium. Generat & magnam
iucunditatem, 2. Corin. 1. Gloria nostra hæc est, testi-
Pro. 14. monium conscientiæ nostræ. Magnam spem. Sperat
autem iustus in morte sua. Secundum est desiderium
mortis suæ propriæ. Vnde dicebat: Satis est domine,
quòd hucusq; certaui &c. Apostolus tria desiderabat.
Vnum est non expoliari, sed superuestiri &c. Aliud, si
hoc non erat possibile, desiderabat spoliari &c. Phil.
1. Desiderium habens dissolui, & cum Christo esse.
Tertium est corpori superuestiri. Philipp. 3. Salua-
torem expectamus dominum nostrum Iesum Chri-
stum &c. Tertium est feruor orationis continuæ, un-
de dicitur: Oculis, ac manibus semper in cœlum intẽ
tus inuictum ab oratione &cæ. Orabat. n. feruenter,
ideo dicitur: Oculis non tantum corporalibus, sed ẽt
spũalibus. Intellũ, & affectu. Orabo spũ, orabo & mẽ
1. Cor. 14. te. Orabat reuerenter ideo dicitur: Et manibus. Psal.
Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum
&c. Orabat perseueranter, unde dicitur; inuictum ab
oratione

oratione spiritum non relaxabat. Oportet semper orare,& non deficere. Quartum est præsentia angelicæ custodiæ. Angeli.n.custodierunt eum in mundo degentem, & morti appropinquantem, & in cœlum ascendentem. Ps. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Tertio post mortem fuit translatus, cum dicitur: Et uiuens inter peccatores translatus est. Nam corpus translatum est in monumentum,& anima in paradisum, & utraq; translatio honorabiliter facta fuit. Nam corpus eius fuit mirabili claritate illustratum, unde dicitur: Glorificati homines uiderunt gloriam, qui affuerunt &c. Fuit ab angelis solemniter honoratū, unde dr̄: O beatum uirum in cuius transitu sanctorum canit numerus, angelorum exultant chori &c. Fuit à S.Ambrosio miraculosè humanatum q̇ eius exequiis interfuit,& corpus sepulturæ mādauit. Spiritus uero suus fuit translatus de loco infimo ad cœli sublimitatem, de statu mendico ad cœli ubertatem, de statu despecto ad angelicam societatem. Ista tria per ordinem tangūtur, cum dr̄: Martinus hic pauper & modicus, cœlum diues ingreditur, hymnis cœlestibus honoratur. Per hoc quod dr̄ hic, quod est aduerbium loci. Notatur locus infimus, per hoc quod dr̄ pauper, notatur status mendicus. Per hoc quod dicitur modicus, notatur status despectus. Deinde ponuntur alia tria in cōtrarium rn̄dentia, cum dr̄: Cœlum, ecce loci sublimitas. Diues, ecce ubertas. Hymnis cœlestibus honoratur, ecce angelica societas. Ac si alijs uerbis apertè dicat. Martinus de loco infimo ingreditur ad cœli sublimitatem, de statu mendico ad cœli ubertatem, de statu despecto ad angelicam societatem. Luc.18.

Sermo ccxciij. De Sancta Cecilia Sermo primus. De tribus eius priuilegijs.

QVæsiui spōsam mihi eam assumere,& amator factus sū formæ illi⁹ &c. Et infra, doctrix.n.est di

 sciplinæ

sciplinæ Dei. Inter cæteras virgines Dei, B. Cecilia tria priuilegia habuit, quæ in pmissis uerbis annotantur. Primum est, quia ipsa fuit sponsa Christi gloriosa, cum dr̃, Quæsiui sponsam eam mihi assumere. Habuit aũt duos sponsos, s. Christum & Valerianũ, Christus. n. ipsam desponsauit, & per charitatem sibi uniuit. Hier. 2. Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ &c. Qñ aũt sponsæ Christo consecrantur, annulo subarrant. Annulus ille amorem significat, qui dẽt sponsum & sponsam unire, quia annulus ponitur in quarto digito, & solus ponitur, est rotundus, & debet esse aureus. Per primum significatur, ꝙ sponsa dẽt diligere Christum sponsum præcordialiter, quia a corde procedit quædam uena, quæ in digito quarto rñdet. Per ſm significatur, ꝙ debet ipsum diligere singulariter. Si. n. duo annuli in duobus digitis ponerent, uideretur ꝙ posset diligere Deum, & mundum. Per tertium significatur, ꝙ debet eum diligere perpetualiter, vt sicut annulus, qui est sphæricus, finem non habet, sic nec amor ille in perpetuum finiatur. Per quartum significatur, ꝙ debet ipsum diligere excellenter, ut sicut aurum omnia metalla excellit, sic amor ille omnes alios excellat amores. Ista quatuor notantur. Luc. 10. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. i. præcordialiter, & ex tota anima, i. singulariter, dando sibi totam animam tuam, & ex omnibus uiribus tuis, i. firmiter, & perpetualiter, & ex omni tua mente. i. excellenter, ut amor tuus radicetur in mente, quæ est pars superior rationis. Habuit etiam sponsum Valerianum, quem ipsa traduxerat, & nuptias celebrabat. In nuptijs autem consueuerunt fieri magna conuiuia, dissoluta solatia, deferri uaria uestium ornamenta, & dici uerba lasciua. Alij quidem diuersis epulis se ingurgitant, ista biduanis ac triduanis ieiunijs se macerabat. Alij se uestimentis mollibus induebant, ista cilitio membra domabat. Alij verba uana

ba uana & lasciua dicebant, ista uero euangelium absconditum in corde suo portabat, & nec diebus, nec noctibus à colloquijs diuinis cessabat. Secundum p̄conium est, quia ipsa fuit Christi sponsa, cum dicitur. Amator factus sum formæ illius. Ista autem pulchritudinem uirginalem per quatuor conseruauit. Primo per corporis macerationem, quia cilitio membra domabat, & corpus cōtinuis ieiunijs macerabat. Legitur. 2. Macha. 13. ꝙ Iudas interfecit maximum elephantorum, cum his, qui suppositi erant. Maximus elephantorum, idest Diabolus, & hi qui suppositi sunt, scilicet caro & mundus ꝑ quos Diabolus pugnat Qui ergo vult seruare corporis munditiam, debet interficere Diabolum, nè malas suggestiones immittat, carnem ne lasciuiat, & mundum ne delectamenta offerat. Secundò per deuotam orationem, quia sicut dicitur de ea, modo interpellabat angelos, ut conseruarent suam uirginitatem, modo apostolos, ut conseruarent suæ fidei sinceritatem, modo martyres, ut inter supplicia darent constantiam, modo confessores, ut confitendo fidem darent, modo uirgines, ut suam conseruarent munditiam. Tertio per sermonis Dei continuam meditationem, unde dicitur, quod euangelium Christi absconditum gerebat in pectore, psalmus. In corde meo abscondi eloquia tua &c. Verba enim domini sunt sagittæ, & carbones, psalmus. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Sagittæ ideo carnem configunt per timorem. Ps. Confige timore tuo carnes meas. Carbones, ideo urunt per amorē. ps. Vre cor meū & renes meos. Quarto per suspectæ familiaritatis uitationē. Non. n. hēbat familiaritatē, nisi cū personis sanctis, sicut cum Vrbano ep̄o, & cū paupetib⁹, quos ipsa nutriebat. Nā ſm Chry. Periculū magnū est mulieribus deuotis familiaritatem habere cum viris, duplici de causa. Vna est quia mulieres sunt incautæ & molles. Quia incautæ, ideo citò decipiuntur. Quia molles, ideo citò flectuntur

Virginitatē ꝑ 4. cōseruauit.

ftunt. Virginibus aūt eſt maius periculū, ſicu t idē dicit triplici de cā, quia, ſ. ſunt incautæ, & qa ſunt molles, & quia ſunt inexpertæ. Non enim adhuc ſunt expertæ fraudulentias, atque aſtutias h ominum. Viduis vero eſt maximum periculum, & hoc quadru plici de cauſa. Et quia ſunt incautæ, & quia molles, & quia ſine viri conſolatione, & quia diuitiarum ſuarum ſunt dominæ. Tertium præconium eſt, quia fuit prædicatrix gratioſa, cum dicitur: Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei. Prędicauit autem uerbis, exemplis, & miraculis. Verbis, ut fidem Trinitatis tenerent, vt labori inſiſterent, vt martyrium diligerent, ut mundanam potentiam non timerent. De primo ponit exemplum tale. Sicut in vna anima ſunt tria, ſ. ingenium, memoria, & intellectus, ſic & in una diuinitatis eſſentia ſunt tres perſonæ. De ſecundo tale. Glaciali tempore laborantibus agricolis, ſunt alij ocioſi iocantes, & agricolas deridentes: Sed tempore ęſtiuali cum aduenniunt glorioſi fructus, gaudentibus illis, qui reputabantur inurbani, flent qui videbantur urbani. De tertio tale. Mori pro Chriſto non eſt uitam perdere, ſed mutare, dare lutum, & accipere aurum, dare uilem angulum, & accipere forum perlucidum, dare ſimplum, & accipere centuplum. De quarto tale. Poteſtas mundana eſt quaſi uter vento repletus, quem ſi acus pupugerit omnis protinus rigor euaneſcit. Prædicauit etiam exemplo, quia fideles ad tria reducebat ſcilicet ad martyrium, ad ſuſtentationem pauperum, & ad audiendum Dei verbum. Hæc tria ſeruauit, quia corpus ſuum maryrio expoſuit, & omnia ſua pauperibus erogauit, & verba Dei ſēper in corde portauit. Prædicauit ēt in miraculis, qa coronas florū de paradiſo afferri fecit, angelos ſæpe demonſtrauit, & vt Paulus apoſtolus ad Valerianū ueniret, obtinuit, & Vrbanū in uultu angelico demonſtrauit. Tiburtiū & Valerianū cōuertit. Almachiū iudicē ſuperauit. Aīas Tiburtij & Valeriani in cœlū aſcēdētes demōſtrauit.

Sermo ccxciiij. De eodem die: sermo ij. Quomodo diligen ter Deo seruierit, & sibi & sponso extiterit corona.

MVlier diligens, corona est viro suo. S. Cecilia fuit diligens, qa diligẽter Deo seruiuit,& fuit corona sibi, & viro suo. Sibi quia coronam martyrij acquisiuit. Viro suo,quia ipsum ad fidẽ cõuertit,& ad coronam martyrij aĩauit.Hinc est ꝙ angelus duas coronas de lilijs & rosis attulit, & unã sibi,alteram suo spõso dedit.Per liliũ virginitas,& ꝑ rosas martyrium designat̃.Per qđ significatur ꝙ merito uirginitatis,& martyrij debebat in cœlestibus coronari. In præmissis ergo uerbis tria de ea notantur.Primum ꝙ ipsa diligenter Deo seruiuit,cum dr̃:Mulier diligens.Quatuor siquidẽ à Deo accepit.ſ.corpus,aĩam, tempus,& res tẽporales,& de his Deo seruiuit diligẽter. Primo de corpore suo. Cum enim triplex sit ętas corporis,ſ. iuuentus,quæ est quasi vinum purum,senectus, q̃ est quasi fex,& media inter has duas, quæ est quasi uinũ mixtum, ista noluit expectare maturam uel senilem ætatem,sed in sua iuuentute, & adolescentia Deo seruiuit Hiere.2.Recordatus sum tui,miserãs adolescẽtiã tuã.Secundo de corde suo.Cũ.n.in corde sint memoria,intelligentia,& voluntas, ipsa Deo dedicauit suam memoriã ꝑ diuinorũ beneficiorum recordatione,suã intelligẽtiã ꝑ uerã de Deo cognitionẽ, & suã uolũtatẽ ꝑ uerum amorẽ. Sed multi sunt qui memoriã dant Diabolo hñdo in memoria carnis immunditias,& iniurias sibi factas,& voluntatem dant mundo diligendo uanitates mundanas. Intelligentiã autem volunt dare Deo per fidem. Tales sunt qudammodo Deum negantes. Ad Titum,confitent̃ se nosse Deũ, factis autem negant. Sunt dæmonib.similes. Iaco.2. Tu credis qm̃ unus est Deus, & dæmones credunt,& cõtremiscunt.Sunt mortui.Iaçob.2.Fides sine operi-

Pro.11.

bus, mortua est. Tertio diligenter seruiuit Deo de tempore suo. Cum enim sit triplex tempus, scilicet pñs, p̃teritum, & futurum; ipsa totum expendit ad Dei honorem. Dicit autem Ber. ꝙ uere penitens nihil perdit de tẽpore suo; quia & si præteritum perdidit, restaurat per contritionem, & præsens tenet per bonã operationem, & futurum per boni propositi firmitatem. Sed multi sunt qui totum tempus prætetitum uanitatibus expenderunt, torũ pręsens in malis operibus consumunt, futurum aũt Deo dare uolunt dicentes se adhuc pœnitentiam facturos, cum tñ dicatur: Futura

Eccl. 8. quis nullo scire potest nuncio. Quartò diligenter seruiuit Deo de rebus suis, quia omnia uendidit, & pauperibus erogauit. Sunt qui habent tẽporalia ad superabundantiam, & de istis facere eleemosynas est meritum magnum. Sunt qui habent ad sufficientiam, & de istis facere eleemosynas est meritum maius. De his

Tho. 4. duobus dicitur: Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum etiam libenter impartiri stude. Sunt qui habẽt ad necessitatem extremam, & de istis facere eleemosynã, est meritum maximum, sicut patet de ui-

Luc. 21. dua. Beata.n. Cecilia superflua nõ habuit, & sufficientia tribuit, & necessaria pauperibus erogauit. Secũdo fuit corona sibi ex eo quòd coronam martyrij acquisiuit. Quod quidem martyrium quinq; commendabile reddunt. Primum est, quia magnum continet miraculum, tota quidẽ die ac nocte igne suppositũ in caldario posita fuit, & mane illęsa exiuit. Eccl. 51. In medio ignis non sum ęstuata. Secundum est, quia continet magnũ mysterium. Fuit enim ter in collo percussa, vt ostendatur quòd in nomine Trinitatis sit passa? Et sic fidem Trinitatis edocuit uerbo, mysterio & exẽplo. Tertiũ quia continet magnum exemplum. Ipsa enim percussa triduo superuixit, in quo omnia pauperibus tribuit, & oẽs quos ad fidem conuertit. Vrbano cõmendauit, & domũ suam in ecclesiam ædificari fecit. In hoc dat nobis exẽplũ, ut ĩ extremis positi curã

(Ei⁹ martyrium quinq; cõmendant.)

prin-

principaliter habeamus,bona tpalia pauperib. distribuere,filios tutorib. Deum timētib. relinquere,& domus nostras in hospitia pauperum cōmutare. Quartū est qa habuit magnā prolongationē. Cum.n. carnifex tribus ictib. eam pcussisset, nec eam decollasset, non fuit ausus quartam percussionem inferre, quia inhibitum erat a Romanis ne decollandus, quartam percussionē acciperet, & sic S. Cecilia vulnerata superuixit tribus diebus. Quintum est, qa continet magnam deuotionē, cum.n. esset semimortua, tñ per tres dies nō cessabat Deum orare, Deum benedicere, populum admonere, & in fide Christi confirmare. Tertio fuit corona sponso suo, qa ipsum conuertit, & ad martyrium animauit. Sponsus quidem suus, vt in legenda patet, erat Zelotypus, idolis deditus, circa diuina nimis insipidus, & superbus. Ipsa verò erat angelo in custodiā tradita, seminatrix diuina, apis argumentosa, & Christi ouis mansueta. Quia igitur erat angelo in custodiam tradita, & ille Zelotypus, ideo, & ipsum Zelotypum per angelum amatorem, terruit, & ab amore carnali compescuit dicens, Angelum Dei habeo amatorem, qui nimio zelo custodit corpus meum &c. 1. Corinth. 3. Siquis templum Dei uiolauerit, disperget illum Deus. Quia erat seminatrix diuina, & ille idolis deditus, ideo semen fidei in eius corde seminauit, & ipsum ad fidem conuertit. Vnde dixit Vrbanus, Suscipe seminum fructus, quos in Cecilia seminasti. Quia erat apis argumentosa, & ille nimis insipidus, idcirco ipsum speciali dulcedine dulcorauit. Eccl. 21. Breuis in uolatibus est apis, & initium dulcoris habet fructus eius. Quia ipsa ouis mansueta, & ille superbus, ideo ipsum tanquam agnum mansuetum peperit. Vnde dixit Vrbanus. Nam sponsum quem quasi leonem ferocem accepit, ad te quasi agnum mansuetissimum destinauit. Isa. 11. Vitulus & leo & ouis morabūtur simul, & puer paruus minabit eos. Vitulus erat, Tiburtius prius lasciuus, Leo erat Valerianus prius

ſuperbus. Ouis erat Cecilia manſueta, & fœcunda. Iſti morati ſunt inſimul, & puer paruulus. i. Vrbanus humilis minabat eos, quia Ceciliam ſemper nutriuit, & Valerianum, & Tiburtium baptizauit.

Sermo ccxcv. Eodem die Sermo iij Quomodo, & qualiter apis extiterit.

Eccle. 2 BReuis in uolatilibus eſt apis, & initiũ dulcoris habet fructus eius &c. Cecilia apis, uocata eſt ſicut teſtatur Vrbanus dicens, Cecilia famula tua, quaſi apis argumentoſa tibi deſeruit. In iſtis ergo uerbis prę dictis a ſancto Vrbano quinque implicantur. ſ. quòd sãcta Cecilia fuit apis, & breuis apis, & uolatilis apis & mellifica apis, & argumentoſa apis. Primo fuit apis inquantum exercitauit ſe circa dulcedinem deuotionis. Mel quidem generatur a rore & a flore, miro artis artificio ædificata, de cera domo, ne mel defluat, ſed conſeruetur. Deuotio quidem ſpiritualis habetur a rore ſancti ſpiritus infundente. Nume. 11. Cum deſcenderet ros. ſ. gratiæ ſpiritus ſancti, deſcendebat, & manna. ſ. deuotionis, & habetur a flore. i. charitate florida promerẽte Can. 1. Lectulus noſter floridus. Habetur apis artificio. i. ab exercitanti, & meditanti, animo. Pſ. . i. in meditatione mea exardeſcit ignis. Conſeruatur aũt in uaſe ſolido. i. per patientiam, & perſeuerantiam firmã. Alias. n. ſpargitur, ſi per impatientiam frãgitur. Eccle. 21. Cor fatui quaſi uas confractum, oẽm ſapĩam non tenebit. Scđo fuit apis breuis inquantum ſe exercitauit circa humilitatem, quæ conſideratur, & quia breuis dicitur, & quia mel ab ipſa generatur. Per mel. n. humilitas intelligitur, quia mel eſt in fundo melius, quia de cęli rore generatum: Oleum uero in ſuperficie melius eſſe perhibetur ex eo, quòd eſt terreſtre & groſsũ. Vinũ uero melius eſt in medio ex eo qđ inter hæc eſt mediocris naturę, per oleum ergo intelligiť charitas, q̃ eſt cõdimẽtũ oĩum uirtutũ, & iſta eſt melior a ſupiori, qa q̃to magis ad Deũ eleuať tan

to preciosior inuenit. Per mel designatur humilitas, quæ facit cor dulce, & suaue. Illa aūt humilitas maioris meriti existit, quæ ad ima magis descendit. Per uinum intelligitur mentis iucunditas, ista non debet se nimis eleuare per ineptam lætitiam, nec nimis se deprimere per sæculi tristitiam, sed in medio consistere per modestiam. 2. Cor. 5. Siue mēte excedimus Deo ecce qūo eleuabat se per charitatē. Siue sobrij sumus uobis, ecce qūo tenet se in medio per sobrietatē. Deinde subdit. Existimantes, qm̄ si vnus pro omnib. mortuus est, ergo oēs mortui sunt, ecce qūo per humilitatem se deponebat qa mortuum se reputabat. Tertio dr̄ apis uolatilis inquantū exercitauit se per contemplationem. Apes aūt ad uolandū per quatuor inducūtur .s. per tp̄s serenū, per abundantia florum, per dulce uinum, & per sonū. Sancta ergo Cecilia ad Deum uolauit per contēplationē qa in ea serenitas fuit cōscientiæ, flos puritatis, & munditiæ, uinū iucunditatis internæ, & sonus allocutionis diuinæ. Can. 2. Surge propera amica mea & ueni, s. ad contēplandū iā.n. hyems transijt, imber abijt, & recessit, ecce serenitas cōscientiæ. flores apparuerunt, ecce flos puritatis & mūditiæ. Vox turturis audita est in terra nostra, ecce uox allocutionis diuinæ, quæ uox turturis dr̄, qa in aīa lamentum facit. Et infra. Veni de libano, ecce uinum iucunditatis internæ. De quo dr̄: Oseæ. 14. Memoriale eius sicut uinū libani. Vinum libani ꝺm glo. dr̄ vinū pigmentatum, ꝙ est odoriferū: Quarto dr̄ mellificans apis inq̄tum exercitauit se circa dulcē doctrinā, & exhortationē per quā multos ad Deū traxit. Sed notandum, qđ apes si multū de melle eis dimittat; modicū operant, s. in ocium resoluunt, si nimis parum, quasi conturbatæ modicū operant, si mediocriter sollicitè operantur. Per qđ datur intelligi, ꝙ nimia dulcedo & lenitas in prælatis facit subditum negligentem. Modica uero cōpassio facit subditum præcipitem. Temperata uero correctio facit subditum esse feruentem.

Necesse

Necesse est ergo, ut sit lenitas in seueritate,& seueritas in lenitate. Hinc est ꝙ mel ponit' in medicinis amaris triplici de causa.s. vt amaritudo medicinæ mellis dulcedine temperetur,ut per mellis dulcedinē medicina a membris trahatur,ut a corruptione medicina p̄seruetur,per qđ datur intelligi,ꝙ qñ p̄latus propinat subditis medicinam amarę increpationis, dēt ipsam dulcorare melle paternæ cōpassionis & tunc talis cōpassio suauiter accipit', & a membris aīæ.s. memoria intelligentia,& uoluntate incorporat' & a peccati putredine aīa p̄seruatur. Quinto dr̄ argumentosa apis,quæ q̄dem sagacitas attendit',q̄tum ad tria. Primo q̄a cum spe subleuante habuit timorem deprimētem. Apis.n qñ uentus imminet, lapillos intra pedes portat,ne p̄ sui leuitate a uēto rapiat', sic S.Cecilia lapidem p̄ciosum.i.euāgelium,& timorem diuinum sp portabat absconditum,ne rapi posset per aliquē amorem mundanum. Scđo q̄a habuit prudentiā totā suā uitam cōponentem. Sicut.n.dr̄ in lib.de aīalibus,apes ordinate mella cōponunt. Nam aliæ flores abducūt, aliæ de florib.rorem colligūt,aliæ aluearia cōponūt, aliæ mellificationi intendunt. Sic B.Cecilia,mō flores de paradiso colligebat, quos angelus sibi detulit .s.Lilia virginitatis,& rosas charitatis modo rorē cęlestem.s spūs sc̄tī grām,qui ipsam germinare faciebat Oseæ.14. Ero quasi ros, Israel germinabit quasi liliū: modo alueariū.i.corpus suum cōponebat,& custodiebat dicens Fiat cor meum dñe,& corpus meū immaculatum,ut nō confundar:mō mellificationi intendebat.i.dulci deuotioni insistebat. Tertio q̄a cū dulci exhortatione habuit seueritatē deterrentem. Apis.n. Sugit salsuginē terræ,& sic dulcedinē mellis tēperat: Et inde est,ꝙ mel aliquantulum hēt acuminis, per qđ datur intelligi,qđ sancti uiri aliqñ uerbis dulcedinis inserere dēnt uerba seueritatis. Vñ B.Cecilia spōsum suū primo allocuta est dulciter dicēs:O dulcissime & amātissime iuuenis &c. Deinde ipsum terruit dicēs:

Ego

Ego angelũ Dei habeo amatorẽ,q nimio zelo custodit corpus meũ. Hic si uel leuiter senserit, quod tu me amore polluto cõtingas, teipsũ feriet, & amittes florẽ tuæ gratissimæ iuuẽtutis. Et sic ipsũ mollificauit dulciter alloquẽdo, & pũgebat ipsũ grauiter deterrẽdo

Sermo ccxcvi. De sancto Clemente Papa sermo primus. De quinque eius priuilegijs.

QVis putas est fidelis seruus & prudẽs, quem cõstituit dñs super familiã suã, ut det illis cibum in tempore &c. S. Clemẽs quinque priuilegia habuit, quæ in præmissis uerbis annotantur. Primum est, quia fuit in miraculorum operatione fidelissimus cum dicitur: Quis putas est fidelis. Noluit. n. miraculis, quæ faciebat sibi gloriã attribuere, sed Deo, qui dicit Isa. 48. Gloriam meam alteri non dabo. Multa quidẽ miracula fecit, quæ sibi non attribuit, sed oĩa Deo ascripsit. Fecit autẽ miracula maxima circa Sisinniũ, & circa aquæ elementum. Nam circa Sisinnium ostẽdit iustitiam magnã, congruentiã, & misericordiam. Iustitiã quidem, quia cũ ad ecclesiã uenisset, & sacramẽta Dei curiosius scire uellet, cæcus effectus, est Io. 6. In iudiciũ ego ueni in mundum, ut qui nõ uident uideant, & q uident cæci fiãt. Ostẽdit suã mĩam, quia ad preces uxoris ipsum sanauit. Ps. Dominus illuminat cæcos. Ostẽdit magnã cõgruentiã, qa cũ crederet ligare Clemẽtem, saxũ ligabat, qa cõgruũ erat, ut homines lapidei lapides detraherẽt. Ps. Similes istis fiãt qui faciunt ea &c. Mirabilia ẽt ostendit circa elementum aquæ, & hoc multipliciter. Primo quantum ad aquæ inuentionẽ, sicut patet quando agnus locum ei ostendit cum pede, & inde fontem aquæ produxit. Secundo quantum ad templi fabricationem, quia manibus angelicis in mari sibi templum fabricatum fuit. Tertio quantum ad maris exiccationem, qa per tria milia siccabatur. Quarto per pueri conseruationẽ qui p annũ in mari fuit conseruatus. Scdm priuilegiũ est, Mat. 24

quia

quia fuit magna humilitate ꝑditus cum dr̄,seruus.Cū .n.quatuor sunt genera seruorum,quidā sunt de ancilla nati,quidā in prelio acquisiti,quidam conductitij, quidam emptitij. Sanctus autem Clemēs his quatuor modis se reputauit seruum. Fuit.n. ab ancilla.i. ab ecclesia in baptismo generatus ꝑs.Seruus tuus ego sum, & filius ancillæ tuæ. Fuit a Christo in prelio acquisitus. Christus.n. cum diabolo preliū gessit,& humanū genus ab eo excussit.Isa.42. Captiuitas quidem a forti tolletur.Roma.9. Liberati a peccato serui aūt facti Deo.fuit a Christo mercede cōductus. Mat.20.Ite in uineam meam &c.Fuit precio emptus. 1. Cor.7. Precio empti estis,nolite fieri serui hominum.Tertium, quia fuit philosophus eximius cum dr̄,& prudens.Ipse.n.ante conuersionem fuit philosophus studiosus & curiosus, post cōuersionem fuit philosophus Christianus.Studiosus quidem fuit philosophus,quia studiose quærebat qualiter aīæ immortalitas sibi persuaderi posset. Ideo scholas philosophorum frequentabat,& qn̄ concludebat ꝙ immortalis erit, ualde gaudebat,qn̄ vero cōtrarium,tristis abscedebat. Fuit philosophus curiosus,sicut patet in qōne de culice,& camelo,quā S.Barnabæ fecit. Post conuersionē aūt fuit philosophus Christianus. Philosophia aūt Christianorū est Xp̄m crucifixū scire, uerba curiosa uitare, & inuincibilē esse. De prima philosophia dr̄: Nō.n.iudicaui me aliqd scire inter uos nisi Xp̄m Iesū, & húc crucifixū. De scd̄a dr̄: Nō ī doctis humanæ sapīę uerbis &c de tertia dicit Gre.Naziāzenus. Duo sūt in cęlo,q̄ terreri nō pn̄t.s.Deus,& angelus,tertiū est in terra.s. philosophus Xp̄ianus. Philosophus quidē uelut incorporeus est,& impassibilis,in oīb. vincitur, præter in aī libertate Quartū est quia fuit summus prælatus cū dr̄:Quē cōstituit dn̄s super familiam suam.Successit. n. B. Petro in tribus.s.in pontificali dignitate, fidei veritate,& in vitę sanctitate.B.Petrus sciens passionem suam imminere, congregatis fratribus dixit eis,

Xp̄iana philosophia.
1. Cor.2
Ibidem

eis, ecce fratres loco mei ordino uobis Clementem, qui mihi ab initio usque ad finẽ comes in omnibus fuit, ecce quia successit ei in pontificali dignitate. Deinde subiungit B. Petrus. Ipse.n. totius prædicationis meæ ueritatem agnouit, ecce quia sibi successit in fidei ueritate. Deinde subiunxit. Quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, & homines diligentem, castum, diuinis studijs deditum, sobrium, patientem, ecce quia succedit ei in uitæ perfectione. Fuit.n. perfectus quo ad Deum. Ideo dixit Deum colentem. Quo ad proximum, ideo dixit hoĩes diligẽtem. Quo ad seipsum, ideo dixit, castum, diuinis studijs deditum &c. Fuit dignus prælatus, quia gregem suũ pauit uerbo, quia multos ad fidem conuertit, ita quod uno die quingentos, & amplius baptizauit. Pauit exemplo. Vnde dr̃ de eo, ꝙ tanta morum honestate pollebat, ꝙ Christianis, iudæis, & gentilibus complacebat. Pauit temporali subsidio, vnde dr̃; ꝙ omnium pauperum, viduarum, & orphanorum nomina scripta habebat, & eis sufficienter prouidebat. Quintum est, quia fuit doctor gratiosus cũ dr̃: Vt det illis cibum in tpe. Ipse.n. cibum Dei populo ministrabat, & hoc in tpe opportuno. Sicut.n. dicit Chrys. Doctrina in tempore non opportuno oblata, non prodest, sed nocet, sicut esca contraria, aut extra tempus accepta. Sicut enim ibidem dicit infantibus esca mutatur ẜm ætatem; sic in populo doctrina temperatur ẜm virtutem. Vt autẽ ista doctrina a populo acceptetur, debet attendere, ut dicit Aug. in li. de doc. Christiana, ut placeat ut pateat & ut moueat. Beatus igitur Clemens prædicabat rationibus claris & auctoritatibus ueris, & ideo placebat. Nam gentiles rationibus, iudęos auctoritatibus conuincebat. Parati semper ad satisfactionem omni petẽti &c. Prædicabat sermonibus planis, & ideo patebat. Doctrina prudentium facilis. Prædicabat miraculis, & exemplis, & ideo mouebat. Non.n. audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus.

1. Pet. 1.
Pro. 14.
Ro. 15.

Sermo cexcvij. De eodem sermo ij. Domini aduentus, & serui commendatio præpositis uerbis exprimuntur.

Mat. 24 BEatus seruus ille, quem cum uenerit dominus inuenerit uigilantem, & sic facientem. Istud refertur ad quatuor superiora, ad quæ dominus admonuerat seruum tuum. s. ut uigilet cum dicit: Vigilate. Vt domum suam custodiat cum dicit: Si sciret pater familias &c. Vt fideliter & prudenter seruiat, cum dicit: Quisputas est fidelis seruus &c. Et ut cibum familię, tribuat cum dicit: Vt det illis cibum in tempore. Esto ergo sensus, Beatus seruus ille, quem cum uenerit dominus inuenerit sic facientem. i. uigilantem, domum a fure custodiētē, fideliter seruiētem, & sic cibum familiæ tribuentem. In prædictis uerbis duo tāguntur. s. aduentus dñi, & cōmendatio serui. Aduentus dñi notatur cum dr: Cum uenerit dñs. Tūc autem dñs ad seruum suū Clementem uenit, qñ ipm de hoc mundo uocauit. In qua vocatione S. Clemens beatus fuit, qa ꝑ ipso mori ꝓmeruit. Passus est quidē ꝑ Xpo quadruplex genus martyrij. Primo fuit in cōpassione afflictorū. De quo dicit Gre. Qui dolorē exhibet in aliena necessitate, crucē portat ī mēte. Istā cōpassionē S. Clemēs hūit, qa patrē & mrem & duos fratres p 30. annos p mundum errantes inuenire non potuit: & si compatiendum est miserijs aliorum, multo fortius afflictionibus, & doloribus nrorum. Secundum fuit in patientia aduersorum, de quo dicit idem Greg. Sine ferro martyres esse possumus, si patientiam in animo ueraciter custodimus. Et illud martyrium beatus Clemens habuit, quia omnibus bonis fuit spoliatus, & à sede sua fuit deiectus. Sed in omnibus patiens est inuentus. Heb 10. Nā & uinctis cōpassi estis hoc quantum ad primū, & rapinā bonorum uestrorum cū gaudio suscepistis, hoc quantū ad secundū. Tertiū martyriū fuit in dilectione inimicorum, de quo dicit Gre.

Ei⁹ martirij genus quadruplex

Ferre

Ferre contumelias,& odientem se diligere martiriũ est in occulta cogitatione. Beatus Clemens magnam cõtumeliã est passus,qñ tanquam malefactor,& homicida exilio est damnatus. Sed tñ & inimicos suos dilexit,& corde,& seruiuit opere,& præ eis orauit ore. Matt.5.Diligite inimicos &c.Quartũ martyrium est, qa submersus est ligata ad eius collum ancora in ꝓfundum.Vnde poterat orare,& dicere cum propheta: Nõ me demergat tẽpestas aquæ. Tẽpestas quidẽ aquæ ipsum non demersit, quia manibus angelicis tẽplum præparatũ inuenit. Profundum uero ipsum absorbere nõ potuit,quia eius anima ad cælũ volauit.Puteus maris os super eũ claudere non potuit, quia per tria milliaria mare se aperuit. Secundo ponitur commendatio, quæ in quatuor consistit, vt supra dictum est. Primo in vigilando. Ad perfectam uigilantiam tria requiruntur secundum Augu. in lib. solilo.vt oculos habeat,quibus uti possit,vt aspiciat,& ut videat. Qui ergo vult perfectè vigilare oportet, ꝙ oculos sanos habeat,ne.s.sit in eis trabs superbiæ. Quid autem vides festucam in oculo fratris &c.Aut lutum cupiditatis terrenæ, sicut accidit in Thob.Psal. Oculos suos statu.declina.in terrã. Aut ignis ardentis concupiscẽtiæ.psal.Supercecidit ignis,& nõ viderunt solẽ.Etiã oportet ꝙ aspiciat,psal. Respice in faciẽ Christi tui. Christus enim habuit faciem candidam, rubicundã, & electã.Candidam.i.pallidam in patibulo,rubicundam habebit in iudicio,electam in regno.Cant.5.Dilectus meus candidus, & rubicundus &c. Ergo respice faciem Christi tui sic pallidam, ut compatiaris,sic rubicundam, vt terrearis,sic electam vt iocunderis. Oportet etiam quòd uideat, non autem potest homo Deum videre nisi a seipso moriatur. Exo.24. Non videbit me homo & uiuet.Homo enim aliquando diligit terrenitatem,aliquando carnalitatem, aliquando sensibilitatem.Est ergo sensus. Non videbit me homo,& viuet,idest qui uiuit vita terrena, carnali,

Ad uigilantiam tria.

li, uel sensibili, sed oportet quod terrena despiciat, & carnalia abijciat, & ad spiritualia intelligentiam erigat. Secuudò cōsistit officium serui in domum a fure custodiendo, nā secundum Chryso. super Matt. Fur. i.. Diabolus quatuor furatur. s. aurum sapientiæ, argentum eloquentiæ, uestes uirtutum, & linteamina gratiarum. Furatur quidem aurum sapientiæ diuinæ, & po-
1. Cor. 3. nit lutum sapientiæ mundanæ. De qua dicitur: Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Furatur argentum eloquentiæ. i. uerba ædificationis, & imittit uerba detractionis. Gal. 5. ꝙ si inuicē mordetis, & comeditis, uidete ne ab inucem consumamini. Furatur uestes uirtutum, & operum bonorū, & immittit uestes sordidas uitiorum, quas uestes apostolus abijciendas esse admonet. Abijciamus opera tenebrarum
Rō. 13. &c. Furatur etiam linteamen candidum gratiæ, & ponit linteamen sordidum remordentis consciētię.
Esa. 14. De quo dicitur: Subter te ster. ti. & operi. tu. erunt. uer. Tertio consistit officium boni serui in prudenter, & fideliter seruiendo. Sic beatus Clemens prudenter, & fideliter Deo seruiuit, quia pecuniam domini sui
Mat. 25 augere sciuit, nam sicut dicit: Vni dedi quinque talēta, idest exteriorum, scientiam quinque sensuum ministerio occupandam, & exercendam, quę triplex est, scilicet policita pertinens ad regimen ciuium, domestica pertinens ad regimen familiæ, & priuata pertinens ad regimen suiipsius. Tunc enim alia quinque talenta lucratur, quando se à sensibili uoluntate custodiens, alios etiam ab hac admonendo compescit. Alijs autem dedit duo, scilicet intellectum, & operationem. Tunc etiam illa duo lucratur, quando prædicando, & operando. i. uerbo & exemplo ad similia alios inducit. Alij autem dedit unum. i. intelligentiam scripturarum. Isti autem uel abscondunt sub terra auaritiæ, uel iñ sudario corporis & negligentiæ, & non
Verbū ponunt ad mensam sacræ scripturę. Quarto officium
Dei quō boni serui consistit in cibum familiæ tribuendo. Cibus

bus autem uerbi Dei ſm Chryſ. Primò debet maſticari per meditationem. Sicut enim cib. niſi maſticetur, eius ſapor non ſentitur, ſic nec uerbum Dei; Vnde illa animalia erant immunda, quæ cibos non ruminabant. Poſtea debet ad ſtomachum trahi per memoriæ impreſſionem. Sicut.n. cibus maſticatus non prodeſt, niſi fuerit ſtomacho traditus, ſic nec ſermo, niſi fuerit memoriæ commendatus. Tertiò debet ad diuerſa mēbra deriuari. Membra autem animæ ſunt eius uirtutes, quædam enim uerba debent deriuari ad uegetandum fidem, quædam ad nutriendum ſpem, quædam ad nutriendum charitatem, & ſic de alijs. Quartò debet incorporari, ut.ſ. animam in nouitate uitæ transmutet. Non.n. cor mutat uerbum, quia cor auari non poſſet trahere uerbum Dei ad conſentiendum propriæ auaritiæ, nec cor ſuperbi, nec cor luxurioſi, ſed potius uerbum Dei mutat cor, quia de auaro facit pium, de ſuperbo manſuetum, & de luxurioſo caſtum. ideo aſſimilatur ſurculo arbori inſito, qui totam naturam arboris ad ſe trahit. Iac. 1. Suſcipite inſitum uerbum, quod poteſt ſaluare animas ueſtras. tribuendum.

Sermo ccxcviij. De ſancta Catherina Sermo j. Quomodo (excepta beata Virgine) omnes alias excedit uirginitatis, martyrij, prædicationis merito.

MVltæ filiæ congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Inter cæteras filias Dei, quæ ſpiritales diuitias congregauerunt, Beata Catherina diuitias ſpiritales congregauit, immo cæteras virgines poſt uirginem Dei ſupergreſſa fuit, merito uirginitatis, martyrij, & prædicationis. Primò igitur ſupergreſſa eſt uniuerſas in diuitijs, quas acquiſiuit merito uirginitatis. Tanto namque uirginitas maioris eſt meriti, quanto retrahentia plura habet; talis fuit uirginitas Beatæ Catherinæ. Primo retrahentem habuit iuuentutem, quia erat Pro.vlt.

10. annorum. Iuuentus autem multis est causa lasciuiæ. Ecclesi. 12. Iuuentus, & uoluptas uana sunt. Sed iuuentus sibi nocere non potuit, quia cordis maturitatem seruauit, Sapien. 4. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata. Secundo habuit pulchritudinem, vnde dicitur ꝙ erat incredibilis pulchritudinis, & omnium oculis admirabilis videbatur. Pulchritudo autem mulieribus est causa ruinæ. Ezech. 19. Habens fiduciam in pulchritudine eius, fornicata est. Prouerb. 11. Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra, & fatua. Sed pulchritudo sibi nocere non potuit, quia de pulchritudine interiori solummodo curauit. Psalm. Omnis gloria eius filiæ regis.

Tertio habuit rerum abundantiam, & fertilitatem, quia patri suo regi in diuitijs magnis successit, & ista abundantia multis consueuit esse causa luxuriæ. psalm. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum. Et istud etiam beatæ Catherinæ nocere non potuit, quia in abundantia seruauit temperantiam. Prouerb. 13. Est enim diues cum nihil habebat, & est pauper cum in multis diuitijs sit. Quarto habuit libertatem, & securitatem, quia sui, & suorum domina remanserat. Nimia autem libertas, & securitas in muliere est periculosa. Ecclesia. 7. Filiæ tibi sunt serua corpus illarum, & non ostendas faciem hilarem ad illas. Istud autem sibi nocere non potuit, quia licet habuit libertatem, habuit tamen Dei timorem. Prouerbio. ultimo. Mulier timens Deum ipsa laudabitur.

Quinto passa est magnã solicitationẽ. Sollicitata quidem fuit magnis muneribus, & terrorib. Multæ. n. mulieres sunt, quæ muneribus obediunt, & terrorib. cedunt. Fuit muneribus solicitata, quia tyrannus tria sibi promisit, quæ mulieres multum appetunt. s. diuitiarum copiam infinitam; dignitatẽ maximam. s. ꝙ secunda esset post reginam, gloriã immensã, s. ꝙ in fo-

ro sibi statuam erigerit, & ipsam ab omnibus adorari iuberet. Sed istud beatæ Catherinæ nocere nō potuit, quia diuitias contempsit, dignitatem respuit, & gloriam mundanam abhorruit. Vnde dixit tyranno persuadenti, fine talia dicere, quæ nephas est etiam cogitare. Fuit etiam solicitata terroribus, ac pulsata comminationibus, & tormentis. Et istud ei nocere non potuit, quia pro Christo etiam mori non timuit Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, & postea non habent amplius quid faciant. Secundo supergressa est alias virgines in diuitijs, quas acqsiuit merito prædicationis. Quamuis, n. mulieribus sit inhibitum officium prædicationis, quibusdam tamen sanctis virginibus fuit officium prædicandi a spiritu sancto concessum, quadam prærogatiua gratiæ singularis. Ipsa enim uerbum Dei prædicauit, & multos ab errore conuertit. Et quantū ad hoc vniuersas alias supergressa est. Aliæ n. conuertebant homines populares, hæc autem conuertebat reginas, & principes, sicut vxorem Maxentij imperatoris, & Porphirium principem militum. Aliæ conuertebant homines simplices & illiteratos, hæc autem conuertebat quinquaginta rhetores, & philosophos. Aliæ habuerūt aliquam sapientiam à Deo infusam, hęc autem pręter sapīam infusam fuit studijs omnium liberalium artiū erudita. Aliæ contentæ erant simplici eruditione, de hac dicitur, quòd per varias conclusiones syllogismorum allegoricè, discretè, & mysticè cum Cæsare disputauit. Aliæ in prędicando habuerunt sapientiam sufficientem, hæc autem habuit scientiam excellentem. Vnde Imperator dixit. Est apud nos puella sensu & prudentia incomparabilis. Habuit etiam eloquentiam, unde dixit idem. Audiuimus tuam eloquentiam, & mirati sumus tuam prudentiam. Habuit constantiam, vnde ipsa dixit. Fac quæcunque animo concepisti, paratam namque me uidebis ad omnia sustinenda. Habuit etiam in loquendo magnam effica-

ciam. Vnde dixerunt rethores, nullus ante nos stare unquam potuit, quin continuè uinceretur, hæc autē puella, sic nos in admirationem cōuertit, ut contra ipsam aliqd dicere, aut omnino nesciamus, aut penitus formidemus. Tertio supergressa est uniuersas in diuitus quas acquisiuit merito martyrij. Aliæ quidem unum uel duo martyria passę sunt, sed beata Catherina quintuplex genus martyrij passa fuit. Primum genus, quia fuit scorpionibus flagellata. Secundum, quia sic lacerata in obscurissimo carcere fuit clausa. Tertium est, quia fuit fame cruciata. Quartum est, quia fuit supra rotas horribiles extensa. Quintum est, quia fuit decollata. Sed tñ contra acerbationem harum pœnarum, quinque adiutoria habuit diuinarum consolationum. Quæ.n. fuit lacerata, & flagellata, fuit postmodū ab angelis cœlesti vnctione uncta, sicut in legenda continetur. Quæ in carcere obscurissimo clausa fuit, ibidem cœlesti luce, & claritate perfusa. Quæ fuerat famę cruciata, fuit a columba cibum deferente nutrita. Quæ fuit supra rotam extensa, fuit ab angelo soluta, & rota pænitus dissipata, & multitudo gentilium interfecta. Quæ fuerat decollata, fuit in monte Synai angelorum manibus deportata.

Sermo cccxcix. De eodem sermo ij. Quomodo eam Christus adamauit in uita, gratiam dedit in morte, & misericordiam sibi fecit post mortem.

ADamauit eam rex plusq̄ oēs mulieres, habuitq; grām coram eo super oēs mulieres &c. Ista uerba quæ leguntur de regina Hester, quæ interpretatur eleuata in populis conuenire possunt B. Catherinæ quæ fuit genere regina, quæ mō est in populis eleuata, & nobis in patronā concessa. In quib. verbis tria dicuntur, s. rex, idest Christus eam adamauit in uita, & gratiam sibi dedit in morte, & misericordiam sibi fecit post mortem. Primo namq; adamauit eam in uita.

Hest. 2.

Amoris enim sponsi ad spōsam duo sunt signa, & una est causa. Vnum signum est quando vir ipsam eisdem preciosis vestibus induit secum. Christus sponsus triplici ueste est indutus. s. candida per puritatem, rubea per passionem, & uaria per uirtutum uarietatē. De his tribus dr̄. Can. 5. Dilectus meus candidus &c. Istas uestes induit Christus beatam Catherinam. s. albas p̄ uirginitatem, purpureas per passionem & feruētem charitatem, & uariam per uirtutū multiplicationem. De his duobus dr̄ Prouer. ult. Stragulatam fecit sibi uestē quo ad unum. Nam s̄m glosam. Stragulata uestis est, quæ uarietate texturæ confici solet. Byssus & purpura indumentum eius, quo ad alia duo. Secundum est ꝙ multis gratijs eam præuenit. Dedit nanque sibi quoddam angelicum. s. uirginitatem seruare quod est proprium angeli. Luc. 20. Æquales n. sunt angelis &c. Quoddam diuinum. s. gratiosè prędicare, ꝙ fuit proprium officium Christi Luc. 4. Alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ad hoc missus sum. Quoddam spirituale. s. mortem pro Xp̄o subire. Phil. 1. Vobis datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini. Est. n. ultimum terribilium, quia ultra mortem nullus potest aliquid pati maius. De his tribus dicitur Prouer. vlti. Accinxit fortitudine lumbos suos, quo ad uirginitatem. Roborauit brachium suum, quo ad martyrij magnanimitatem, gustauit & uidit, quoniam bona est negociatio sua, quo ad prædicationis gratiositatem. Causa autem potissima quare uir uxorem diligit est, quoniam filios sibi generat sapientes. Et Beata Catherina Christo filios sapientes generauit, quando quinquaginta rhetores ad fidem Christi conuertit. Istos autem generabat, & alios doctrinis miraculis, & exēplis. Apocal. 4. De throno procedebant fulgura, uoces, & tonitrua. Thronus Dei fuit beata Catherina, in cuius aīa Deus requieuit, a qua procedebant uoces p̄dicationum, fulgura miraculorum, & tonitrua exem-

plorum. Exempla nanque sanctorum, quædam tonitrua sunt quæ excitare debēt in peccatis animas dormientes. Secundo Christus B. Catherinæ præ cæteris sanctis fecit grām in morte. Quædā nanq; priuilegia sanctis in morte concessit particulariter, q̄ omnia in morte B. Catherinæ concessit uniuersaliter. Primum est Christi uisitatio. Et istud fuit in Ioanne euangelista, ad cuius transitū Xp̄s cum discipulis suis uenit. Et istud siſr in B. Catherina fuit qa cum esset in carcere, Xp̄s cū multitudine angelorum, & hoīum ad eam descēdit. Et istud attestat priuilegio spiritualis amoris. Quia n. Christus B. Ioannē & S. Catherinā speciali amore dilexit, iō ad eos spāliter in morte uenit. Siquis diligit me &c. & sequit. Ad eū ueniemus &c Scd̄m est spūalis refectio, & istud fuit in B. Maria Magdalena, q̄ spūalibus refectionib. pascebatur. Istud ēt fuit in B. Catherina, cui in carcere existenti, Deus p columbam ministrabat, & istud attestat contēptui mundanæ dile-
Io. 34. ctionis. Quia igitur carnales delectationes B. Cathe. contēpsit, iō cœlestib. cōsolationib. pascebatur. Hinc est ꝙ quā cito filijs Israel defecit farina de Aegypto receperunt māna de cœlo. Tertiū est petitionū exauditio. Et istud fuit, in S. Blasio, & in S. Margarita, quia in sua passione Deum rogauerunt ut qcunq; in noīe ipsorum aliqd à Deo peteret obtineret. Et istud fuit in S. Cather. quæ idem à Deo petijt, & impetrauit. Et istud attestatur suę magnæ sctītati. Vn̄ dr̄ de uiro sancto in Ps. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum &c. Quartum est cęlestis ianuæ reseratio. Et istud fuit in B. Stephano, qui cęlos apertos uidit. Et istud etiā fuit in S. Cather. cui uox de cœlo dixit. Veni dilecta mea. Ecce tibi cœli ianua est aperta. Et istud attestatur suæ magnæ perfectioni. Cęlum nanque aperitur uiris perfectis, martyrib. & baptizatis. Sancta igitur Cathe. fuit ualde pfecta, martyr pciosa, & suo sanguine baptizata. Quintum est angelorum accessio. Et istud fuit in B. Martino, ad cuius obitum Angeli accesserunt. Et istud

Istud ẽt fuit in S.Cathe. cui in morte angeli obsequia pstiterunt. Et istud attestatur suæ uirginitati. Quia.n. angeli sunt uirgines per naturam, & ipsa fuit uirgo p gratiam, libenter angelicum ipsa morabantur Volati lia ad sibi similia conueniunt. Sextum est lactis emanatio. Et istud fuit in B.Paulo à cuius corpore unda lactis effluit Istud etiam fuit in Catherina, quæ pro sanguine lac dedit. Fuit etiam de numero sanctorum, de quib. dicitur: Nitidiores lacte. Septimum est diuinæ lucis corruscatio. Et istud fuit ĩ B.Petro, in cuius martyrio magna lux emicuit, & cũ ipsa luce anima in cœlum ascendit. Istud etiam fuit in B.Catherina, quæ cũ fuisset in tenebroso carcere inclusa magna claritas sibi resplenduit. Et istud attestatur suæ magnæ famæ, & lucidæ conuersationi. Sap.4. O quàm pulchra est casta generatio cum claritate. Tertiò Christus B.Catherinæ magnam misericordiam fecit post mortem. Et ista misericordia in tribus attenditur. Primò quia corpus eius mirabiliter honorauit, quando per angelos ipsum sepeliri fecit. Angeli enim corpus eius ad mõtem Sinai itinere plusquàm 20. dierum deduxerunt, & ibi honorifice sepelierunt. Isa.11. Erit sepulchrum eius gloriosum. Et in hoc assimilatur S. Clementi cui angeli in mari monumentum fabricauerunt. Et istud attestatur suæ magnæ sapientiæ. Sepulta namque est B.Catherina in monte Sinai, ubi dominus Deus Moysi sapientiam suam dedit. Secundo, quia corpus eius prodigio magno illustrauit, quando de eius membris oleum emanare fecit. Et in hoc assimilatur beato Nicolao, de cuius corpore oleum emanat: Et istud attestatur suæ magnæ misericordiæ, quia per oleum misericordia designatur. Tertiò quia eius animæ treccentena præmia dedit, dicitur enim, quod semen iactum in terram bonum facit fructum, aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum. Terra bona faciens fructum tricesimum, sunt boni coniugati, qui cum fide Trinitatis decalogum seruauerunt, & iis

Eccl.27

Thr.3.

Mat.13

præmia.30. habebunt. Terra bona faciens fructum sexagesimum, sunt boni continentes, qui cum septẽ operibus misericordiæ decem præcepta custodierũt, & ideo 60. præmia possidebunt. Terra bona faciens fructum centesimum sunt virgines, prędicatores, & martyres, qui de læua præsentis uitę transeunt ad dexteram cęlestis patriæ. Et quia beata Catherina prædicatrix & martyr extitit, ideo ipsa trecẽtena pręmia à Deo recepit. Dicitur enim de sanctis. Isa. 60. In terra duplicia possidebunt. Illæ namque quę tantum fuerunt virgines habebunt pręmia centena simplicia. Illę autem quæ fuerunt uirgines & martyres habebunt centena duplicia. Illę autem quæ fuerunt uirgines, martyres, & prædicatrices, sicut beata Catherina, habebunt centena triplicia.

Sermo ccc. De eodem sermo iij. quid in eius agro fuerit inuentum.

Mat. 13. SImile est regnum cœlorum thesauro abscõdito in agro &c. Regnum cęlorum potest intelligi beata Catherina, in qua Christus regnauit per gratiam. Iõ similis est thesauro abscondito in agro. Ager iste fuit animus Catherinæ, in quo creuit, & floret lilium puritatis rosa charitatis, & viola humilitatis. In isto agro absconditus est thesaurus martyrij siue passionis assumptæ, & thesaurus diuinæ sapĩæ, & virginalis munditiæ, & cęlestis gloriæ, & iste est ille thesau-
1. Cor. 3 rus de quo dicitur: Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, & lapides præciosos &c. In isto agro inuenitur aurum marty-
Sap. 3. rij, de quo dr̃: Tanquã aurum in fornace probauit illos &c. Sicut n. aurum malleatur & non frangitur, sic B. Catherina multa tormenta est passa, & tñ in omnibus fuit constans inuenta, & firma reperta. Fuit etiam martyrium eius priuilegiatum, quantum ad tria. Primò quia habuit honorabile obsequium. Angeli enim corpus

corpus ipsius B. Catherinæ sepelierunt; & tam obse-quiosi fuerunt, q sibi obsequium pbuerunt iam in uita sua. s. qn ipse angelus in conflictu cum rhetoribus ipsam cõfirmauit, quam in suo martyrio, sicut qn eius plagas perunxit, & post mortem suam qn multitudo angelorum corpus eius ad montem Sinai deduxit. Secundo habuit honorabile sepulchrum, qa in monte Synai eius corpus fuit positum, & istud nõ uacat mysterio. Hoc.n.attestatur suæ magnæ sapiẽtiæ, & suæ magnæ cum Deo amicitiæ, & suæ magnæ abstinentiæ. Sepulta est namq; in monte illo in quo Deus legem suæ sapientiæ dedit Moysi; & in quo familiariter cũ Moyse uelut amicus cum amico locutus fuit, in quo Moyses. 40. diebus & noctib. ieiunauit, ad significandum, q B. Catherina Dei sapientia plena fuit, & cum Deo singularem familiaritatem habuit, & ab omni amore mundi abstinuit. Tertio habuit miraculum gloriosum, qa de eius corpore oleum emanauit, per qđ datur intelligi, q ipsa valde pia, & misericors extitit: per oleum.n.mĩa, & pietas designatur. Oleum namq; hẽt virtutem penetratiuam. Psal. Sicut oleum in ossibus eius &c. Impinguatiuam. Ps. Impinguasti in oleo caput meum. Lætificatiuam. Psal. Vt exhilaret faciem in oleo. Eleuatiuam, quia super cæteros liquores eleuatur. Per quæ datur intelligi, q ipsa mĩa, & eleemosyna Diabolum penetrãdo vulnerat, cum lancea Dei. Vnde de eleemosyna dr̃ Eccle. 29. Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum suũ pugnabit. Deinde impinguat cum sit adeps Dei. Psal. Et adipe frumenti satiat te, vnde dixit oliua Iudi. 9. Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua dij utuntur & homines? Conscientiam lætificat cum sit vinum. Psal. Vinum lætificat cor hominis. Vnde dixit uitis ibidem. Nunquid possum deserere uinum meum, quod lætificat Deum & homines? Animam ad Deum eleuat, & sibi assimilat, cum ipsa sit imago eius. Sicut enim oleum supernatat omnibus liquoribus,

Martyriũ eius quõ priuilegiatum.

bus, sic mīa aīam ad Dei similitudinem eleuat, præ cę teris uirtutibus. Lucæ.6. Estote misericordes, sicut & pater uester misericors est. Scdo in isto agro inuentū est argentum diuinæ sapīæ, & eloquentiæ, de qua dr̄ in Psal. Eloquia dn̄i eloquia casta, argentum igne examinatum &c. Est.n.vt hr̄ Ia.3. quædā sapīa desursum, & ista est sapīa diuina, q̄dam est sapīa deórsum, & ista est sapīa diabolica. Inter sursum aūt, & deorsum, relinquitur quoddam medium, q̄a inter sapīam diuinam, & diabolicam, est sapīa mundana. Sapientia aūt diuina consistit in Dei cognitione. Hier.9. In hoc glorietur qui gloriatur scire, & nosse me. In præceptorum Dei obseruatione. Augu. Sapientia Dei est, nō eloquia Dei scire, sed ſm eloquia Dei, in Dei & proximi dilectione uiuere. Aug. ille tenet quod latet, & quod patet in diuinis sermonib. qui charitatem seruat in moribus. Istam diuinam sapiētiam B. Catherina habuit, quia & unum solum Deum cognouit, & mādata & cōsilia seruauit, & usq; ad mortem ipsum dilexit. Sapīa aūt mundana diuiditur in tres partes. s. in ethicā quæ docet mores informare, in æconomicam quæ docet familiam bene regere, & politicam, quæ docet urbes, & regna sapienter disponere. Primam sapientiam habuit beata Catherina, quia se omni virtute & morum honestate composuit. Secundā habuit, quia palatium suum & familiam sapienter rexit. Tertiam habuit, q̄a regnum suum ꝓuidè gubernabat. Secundo sapīa mundana in tres partes diuidetur, ut ibidem dicit Iacobus .s. in terrenā, quæ consistit in appetitu cupiditatū: animalem, quæ cōsistit in expletione uoluptatum; & diabolicam quæ consistit in appetitu honorum. Sed tamen B Catherina primam cōtempsit, inquantum oīa terrena despexit. Secundam inquantum uoluptates abhorruit, & uirginitatem seruauit. Tertiam inquantum honores mundanos deseruit, & humilitati se dedit. Tertio in isto agro inueniunt̄ duos lapides ꝑciosi. Vnus est uirginalis mūditia. Et alius est cęlestis glo

Sapīa mundanæ diuisio.

ria.

ria. Est enim uirginitas ualde pretiosa Deo, & iō non de nupta, sed de uirgine uoluit nasci. Et angelo, quia a Ioanne euangelista uirgiue uoluit adorari. Et toti mundo. Vnde dicit Hiero. contra Iouini. Romanus populus in quanto honore uirgines semper habuit, hinc apparet, quod consules, & imperatores, & in curribus triumphantes, & omnis dignitatis gradus, eis de uia cedere solitus est. Præciositas namque uirginitatis ex hoc apparet, quia Deus uirginitatem multum honorat, & multum glorificat. Multum quidem honorat, quia ipsos uirginis fecit iuculatores suos, & familiares, domicellos suos, & seruitores suos. Ista tria tanguntur Apoc. 13. ubi Ioannes de uirginibus loquitur dicens: Cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & nemo poterat dicere illud, ecce quia sunt iuculatores Dei. Deinde subdit: Hi sequuntur agnum quocunque ierit, ecce quia sunt de familia Dei. Deinde concludit. Sine macula sunt ante thronum Dei, ecce quia sunt domicelli & serui in mensa Dei. Patet etiam eius preciositas, quia Deus ipsam uirginitatem multum glorificabit. Hoc significatum est, Apoc. 12. ubi dicitur: Signum magnum apparuit in cœlo mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona. 12. stellarum, & in utero habens. Ex quibus uerbis datur intelligi quòd Deus uirgines sanctas coronabit in capite, ideo dicitur: In capite eius corona duodecim stellarum. Ornabit in corpore, ideo dicit: Erat amicta sole. Decorabit in pede: ideo dicitur, quòd luna erat sub pedibus eius tanquam scabellum. Et fęcundabit in prole, ideo dr̄, quòd erat in utero habens. Christum enim semper portabunt in utero per gloriosam fruitionem. Quarto in isto agro inuenitur lapis preciosus cęlestis gloriæ. De quo dicitur: Inuenta autem una preciosa margarita &c. Homo nanque habet res temporales, propinquos, & corpus, & animam. Tunc ergo omnia quę habuit uendidit, quando pro desiderio regni cęlestis, terrena contemnit, Mat. 13

temnit, parentes deserit, corpus morti exponit, animam rationi subijcit. Isto modo beata Catherina regnum cœlorum emit. Nam cum esset filia regis terrenum regnum, & omnia mundana contempsit, matrimonium unde filios & hæredes habere potuisset uili pendit. & corpus suum morti tradidit, sensualitatem suam & rationi & præcepto Dei obedire coegit. Ista autem Margarita cœlestis gloriæ est ualde preciosa, de cuius preciositate dicitur: 1. Corin. 2. quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascédit, quę præparauit Deus diligentibus se, sancti enim uiri merentur uidendo corde per fidem, audiendo, idest obediendo aure cordis per operationem; diligendo, & amando corde per feruorem. Sed tunc plus recipient, quam meruit oculus fidei rectæ, vel auris obedientię & operationis bonę, uel cor charitatis feruidæ. Ista Margarita & lapide precioso cœlestis gloriæ, Deus beatam Catherinam hodie coronauit. Iuxta illud psal. Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Sermo ccci De Dedicat ecclesiæ Sermo j. Domus Dei ædificatio, & dedicatio, & finalis intentio exprimitur.

3. Re. 9. SAnctificaui domum hác, quam ędificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum. Ista uerba dixit Deus Salomoni postq̄ tēplum Dei ędificauit, & dedicauit. Festum namque dedicationis est magnę auctoritatis. Trahit enim auctoritatem a tempore legis naturæ. Tulit Iacob lapidem quem supposuerat capiti suo erexit in titulum fundēs oleum desuper. A
Gen. 28. tempore legis scriptæ. Assumpto unctionis oleo un-
Exo. ult. ges tabernaculum &c. A tempore legis gratiæ. Facta
Ioan. 10 sūt encęnia Hierosolymis &c. Vbi dicit Beda loquēs dę hac solēnitate, eo maiori deuotione celebrare cōuenit: quo eā redēptori nr̄o gratissimā esse cognoscimus, adeo ut ī ea ingredi tēplū, & sermonē ad populum

ſum facere,& diuinitatis ſuæ ſacramenta pandere dignatus eſt. In prædictis ergo verbis tria notantur. Primum eſt domus Dei ædificatio cum dicitur, quã ædificaſti. Secundum eſt ipſius domus ædificatæ dedicatio, cum dicitur, ſanctificaui domum hanc. Tertium eſt ipſius ędificatæ & dedicatæ finalis intentio, cum dicitur, ut ponerem nomen meum ibi in ſempiternum. Circa primum notandum, ꝙ domus dupliciter cõſiderari poteſt: Aut prout eſt in fieri, aut prout eſt in facto eſſe. Si prout eſt in fieri tunc tria requiruntur, de quibus ſic dicit Ambro. in exameron: Bonus artifex primo fundamentum ponit, fundamento ædificationis poſito, membra diſtinguit, & adiungit ornatum. In hac ergo domo Dei, quæ eſt eccleſia Dei militans, ponitur fundamentum, quod eſt Chriſtus. Ipſe. n. Chriſtus in ædificatione eccleſiæ ponitur in imo per fidem, uelut lapis primarius. Fundamentum aliud nemo ponere poteſt præter id quod poſitum eum, ꝙ eſt Chriſtus Ieſus. Et ponitur in ſummo per 1.Cor.3 ſpem tanquam lapis angularis. Eph.2. Ipſa enim ſpes dicitur lapis angularis, quia hominem cum Deo coniungit. Ponitur in medio per charitatem, tanquàm uinculum ſiue cementum adinuicem ipſos fideles coniunges. Col.3. Super omnia autem hæc charitatem habete, quod eſt uinculum perfectionis. Debet autem ipſum fundamentum ad orientem dirigi, & hoc tribus ad cauſis, de q̃b ſic dicit Dam. li.4. Deus paradiſum in eadem ad orientem plantauit, vnde hominem tranſgreſſum exulẽ fecit, & ante paradisũ ex occidente habitare fecit. Tanquã ergo paradisũ exq rentes, & ad ipſum reſpiciẽtes, ad orientẽ, adoramus. Sed & Deus crucifixus ad occidẽtẽ reſpiciebat. Et ita adoramus ad ipsũ reſpicientes; & aſſumptus; ad oriẽtẽ ſursũ ferebatur. Et ita ueniet queadmodũ uiderũt eum euntem in cœlum. Ipsũ ergo expectãtes ad oriẽtẽ adoramus. Fundamẽto aũt ædificationis poſito, mẽbra diſtinguunt, q̃ sũt ſacrariũ, & chorus, & nauis. De quibus

Eccľa partiũ ſignificatio.

quibus sic dicit Richar. de Sancto Victore, Sacrarium ecclesiæ significat ordinem virginum. Chorus vero significat ordinem continentium; sed nauis significat ordinem coniugatorum. Strictius namque est sacrarium, quam chorus & chorus, quam nauis; sic pauciores sunt virgines, quam continentes, & continentes quam coniugati. Sanctior etiam est locus Sacrarij quam chorus, & chorus, quam nauis, sic etiam dignior est chorus uirginum, quam ordo continentium, & continentium, quam coniugatorum. Tertio debet adiungi ornatus quia ad literam ipsa ecclesia debet imaginibus, & picturis decorari. Et hoc propter quatuor, pp rememorationem, quia ipsæ imagines reducunt nobis ad memoriam Christi passionẽ. Propter excitandam deuotionem, q̃a ex uisione talium excitatur in nobis deuotio. Propter instructionem, quia in visione talium imaginum laici instruũtur. Hmõi imagines sunt quasi q̃dã libri ipsorũ laicorũ. Debet ecclesia etiam decorari, & pingi imaginibus, & ornari picturis pp imitationem sanctorum, q̃a laici videntes sanctorum martyrũ passiones, & cõstãtias per imagines expressas, animanť ad constantiã, & virtutẽ. Secundo domus põt considerari prout est in facto esse. Et tunc tria similiter requiruntur. De quibus sic dicit Aug. in li. de tri. Bona domus est paribus membris disposita, ampla, & lucida. Domus ergo Dei primo dẽt esse paribus membris disposita Cũ enim sit palatium regale debent ibi esse disposita cænaculum, cõcistorium, & cubiculũ. In cęnaculo nãq; rex suos reficit. In concistorio vero causas audit, & dirimit. In thalamo uero quiescit. In ecclesia ergo altare est cęnaculũ Dei, in quo fideles reficiuntur pane uitæ Io.6. Ego sum panis viuus. Chorus uero est thalamus Dei, in quo requiescit in deuota filium orõne & laudatione, ps. In ecclesiis bñdicite domino &c. Corpus siue nauis ecclesiæ, est concistorium Dei, vbi rei resoluuntur in confessione. psal. Pręcinite dño in confessione.

Domus Dei cõditio

lentia, aut corruptus aer, & inimicus eius obsidens portas, uniuersa plaga & omnis infirmitas, & expanderit populus tuus manus suas in domo hac, tu exaudies de cœlo. Apparuit autem ei dñs dicens. Exaudiui orationem & deprecationem tuam. Per hoc ꝙ dicitur fames, pestilentia, corruptus aer, notatur malum pœnę transitoriæ Per hoc quod dr̃, inimicus obsidẽs portas, notatur malum culpę. Diabolus.n. tunc obsidet portas; quãdo corporis sensus inuadit, & detinet. Per hoc n. ꝙ dicitur, uniuersa plaga & omnis infirmitas intelligitur malum pęnæ æternæ, ubi est oĩs plaga in corpore, & uniuersa infirmitas in mente. Quarta causa sumitur ex parte dæmonis, quia ipsa est dæmonibus ualde terribilis, & hoc pp quinque quæ in ipsa ecclesia continentur. Ibi.n. sunt angelorum præsidia à quibus ecclesia communitur Ibi etiam corpus Dominicum consecratur & conseruatur. Cruces eriguntur, & in ecclesia sanctorum reliquiæ, reconduntur, & orationes fidelium effundũtur. Ista omnia sunt Diabolo ualde terribilia Diabolus.n. significatur per leonem. Aduersarius noster Diabolus, tanquam leo rugiens &c. Leo autẽ quatuor timet. s. strepitum curruum, siue rotarum, ignem accensum, gallum & maxime album, & qñ uidet catulum, coram se uerberari. Per currus namq; significatur exercitus angelorum. Ps. Currus Dei decem millib. &c. Vñ & ipsi angeli in curru igneo Helyæ apparuerunt. Strepitus ipsorum curruum sunt uociferationes sanctorum angelorum ad Deum contra dæmones pro nobis clamantiũ. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die ac nocte non tacebunt &c. Isti currus & eorũ strepitus sunt dæmoni b. ualde terribiles; vñ legit. Quod postq̃ Iacob uidit scalam, & per eam angelos ascendẽtes dixit. Quã terribilis est locus iste. Per scalã namq; pñia nr̃a figuratur, per q̃ angeli descendunt, & orationes quæ in ecclesia funduntur colligunt, & ascendũt vt oĩa collecta Deo afferant. Scdo leo timet ignem

Ecclesia dæmonib qua re terribilis.

1. Pet. 5.

Esa. 62.

Gen. 28

accensum, per quem significantur ardentia desideria, & feruentes orationes fidelium, quæ omnia sunt dæmonibus adeo terribilia, q eos incendunt. Vñ dixit diabolus beato Barth. Incendunt me orões tuę, qđ

Thob.4 eos expellunt. Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat oē genus dęmoniorũ, qđ ēt dæmones uulnerãt, & confodiunt. Aug. Tela cõtra diabolũ uerba Dei sunt. Fides tua, spes tua, & opera tua gladij sunt interficientes inimicum. Quam terribilis aũt est aĩa uirtutibus, & bonis opib uallata, ut hr̃. Terribilis ut castrorũ acies ordinata. Tertio timet gallũ album, p quem intelligunť scti martyres, & cõfessores, qui fuerunt galli Dei p doctrinam. Quis dedit gallo intelligentiam? Et fuerunt albi p innocen-

Can. 6. tiam. Ambulabunt mecum in albis &c. Horum uero

Iob. 38. reliqę q condantur in ecclesiis, sunt dęmonib. ualdè

Apo. 3. terribiles. Chrys. in Homel. de Machab. Nam ut audaces latronum duces, agnitis regis insignis deterrentur, ut fugiant, ita profecto dęmones ubi coronatorũ martyrum corpora posita conspiciunt, illicò ab eorum longe conspectu pauidi fugiunt. Quartò timet catulum flagellatum, per quem signatur Chrs, q fuit catulus Dei, inquantum contra malorum uicia latrabat, & inquantum dormientes in peccatis ad uirtutum uigilantiam excitabat, & inquantum lingua sua medicinali multorum uulnera curabat. Iste catulus lamentabiliter fuit flagellatus, quia a planta pedis usque ad uerticem non permansit in eo sanitas. Huius aũt suę flagellationis, & passionis nobis duo memoralia remanserunt. s. lignum crucis, & sacramẽtũ sui corporis. Et utraque sunt Diabolo terribilia. Lignum enim crucis est Diabolo terribile, quia est sibi gladius quo uulneratur. Chrys. Tanta est uirtus crucis, ut si mẽte fideliter habeať, nullus dæmonum ppè stare poterit, uidens gladiũ in quo deiectus est. Et ẽt terribile dęmonib. sacr̃m corporis & sãguinis Xpi. Chry. Vbicunq; sanguinẽ dęmones uiderint fugiunt, & cur

runt

runt angeli. Idem ut leones ignem spirantes, sic a mēsa altaris recedimus, terribiles diabolo apparentes.

Sermo cccliij. De dedicatione altaris Sermo j. Ritus sanctificandi sanctificationisq; effectus exprimitur.

SEptē diebus expiabis altare, & sanctificabis, & erit sanctum sanctorum &c. Quia Deus est sanctus, iō uult habere omnia sancta s. tabernaculum, & uasa tabernaculi, ac etiam altare & uasa altaris. Vnxit Moyses, & sanctificauit tabernaculum cum oīb. uasis suis, altare, & silr uasa eius. Vult ēt hrē sanctos ministros. Sancti estote qm̄ ego sanctus sum. Sacerdotes qui accedunt ad dn̄m sanctificentur, ne percutiat eos. Et sicut in ueteri testō, alia erat consecratio altaris, alia erat consecratio tabernaculi. Ita & nunc, alia est consecratio altaris, & alia consecratio ecclesiæ In præmissis ergo uerbis duo ponuntur. Primò ipsius sanctificādi ritus cum dr̄: Septē dieb. expiabis, & sanctificabis altare. Scd̄o ipsius sc̄tificationis effectus, cum dr̄: Et erit sanctum sanctorum. Ritus aūt altaris ueteris tabernaculi fiebat septem dieb. per ostiarum immolationē. Ritus aūt cōsecrationis altaris ecclesiæ militantis cōtinet multa, q̄ magnis sacr̄is fuerūt plena. Primum est quia quatuor cruces in quatuor cornib. altaris confinguntur de aqua bn̄dicta. Altare quidem sign̄at crucē, cuius quatuor cornua sunt, quatuor brachia in quibus emanauit unda salutis, q̄ quidem unda quatuor partes mūdi abluit, & purgauit. Vel per illas quatuor cruces de aqua benedicta significatur, ꝙ Xp̄s mundauit per sanguinem suę passionis quatuor elementa. Mūdauit .n. ipsum aerem, quia nō sub tecto, sed in aere pati uoluit. Mundauit aq̄ p illā aq̄ q̄ de suo latere profluit. Mundauit terrā p sanguinē, quē in terra effudit. Mundauit ignē nō tm̄ materialē, sed ēt sp̄ualē, cuiusmodi est ignis tribulationis, quē Xp̄s ēt mundauit, qa eum minorē fecit, ex eo ꝙ illo igne examinatus fuit. Igne me

Exo. 29. Num. 7. Leu. 11. Exo. 19. Notandum.

me examinasti,& nõ est inuenta in me iniquitas. Vel per illas quatuor cruces significatur, ꝙ passionem Christi,& eius crucem quadrupliciter portare debemus.s.in facie per assiduam impressionem, & in ore per cõfessionẽ,in corpore p mortificationẽ,& in corde per deuotionem. Secundum est, quia epus altare consecrandum,septem uicib. circuit. Per illos autem septem circuitus significãtur illi septẽ circuitus,quos Christus fecit per altaris nostri.i. cordis nostri sancti ficationem. Primus est,quo de cœlo uenit in uterum uirginis. Secundus est,quo de utero uenit in p̃sepiũ. Tertius est,quo de p̃sepio uenit in mundum. Quartus est,quo de mundo ascendit in patibulum. Quintus est,de quo patibulo descendit in sepulchum. Sextus est,quo de sepulchro descendit in limbum. Septimus est,quo de limbo resurgens ascendit in cœlum. Tertium est quia ipsum altare septem uicibus cum aqua benedicta, & issopo aspergitur. Issopus namque est herba parua & calida,& flegmatis purgatiua secũdum Macronem de uirtutibus herbarum in li.exametro composito. Et significat Christum qui est paruus per humilitatem. Paruulus natus est nobis, calidus per charitatem. Maiorem hac dilectionem nemo habet &c. Et est purgatiuus faciens nobis magnam puritatem. Purgationem peccatorum faciens: Ab ista issopo profluxerunt septem aquæ aspersiones.i. septẽ sanguinis effusiones. Quartum prima profluxit in circũcisione. Secunda in sudatione. Tertia in corporis flagellatione. Quarta in capitis coronatione. Quinta in manuum pforatione. Sexta in pedum crucifixione. Septima in lateris apertione. Vel illa aqua significat aquam baptismalem, qua altare cordis nr̃i aspergit̃, & mundatur, quæ iõ septies aspergitur,quia in ipso baptismo septem dona spiritus sancti dant̃. Quartum est,quia incensum in ipso altari concrematur, per qđ significatur ipsum sacrificium in ara crucis oblatum. Et sicut fumus incensi exit a carbone accenso,& in altum

[Margin: Circuit9 in cordis sanctificatione. — Esa. 9. — Io. 15. — Heb. 1.]

tum aſcendit, & odorem reddit. Sic fumus huius ſacrificij proceſſit à Xp̄o inflammato igne amoris, paſſionis,& compaſſionis. Aſcendit uſq; in cœlum. Aſcēdit incenſorum fumus in conſpectu domini de manu angeli.i.Xp̄i qui fuit nuncius Dei patris. Et iō fecit odorem magnum. Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis. Vel per illam concremationem incenſi ſignificatur, quòd illi qui ad altare accedunt, debent habere orationem ad inſtar incenſi.ſ.feruentem, aſcendentemq́, & redolentem. Feruentem.ſ. calore charitatis. Data ſunt ei incenſa multa. Et infra. Et accepit angelus thuribulum & impleuit illud de igne altaris. Aſcendentem leuitate humilitatis. Oratio humiliantis ſe penetrat nubes. Redolentē odore munditiæ,& puritatis. Habentes ſinguli cytharas, & phialas aureas plenas odoramentorum. Quintum eſt quia ipſum altare chriſmate ungitur,ad ſignificandum ꝙ ipſa crux fuit uncta ſanguine Chriſti, qui patrem odore recreauit, & ipſum ad miſericordiam deliniuit, & nobis ſuam bn̄dictionem dedit. Chriſma namque fit ex balſamo, & oleo,& utroq; benedicto, uel per hoc ſignificatur, ꝙ illi qui ad altare accedunt debent habere balſamū redolentis famę. Chriſti bonus odor ſumus. De omni loco oleum pietatis,& miſericordiæ. Oleum de capite tuo non deficiat. ad benedictionem gratię proficientis, Etenim benedictionem dabit legiſlator ibūt de virtute in virtutem &c. Sextum eſt quia mundis pānis operit̃, ꝗ pāni ſic debent eſſe glorioſi,& p̄cioſi, ꝙ nullā habeāt maculā, uel rugā,& nullā deformitatē. Panni .n.altare ornantes ſunt boni clerici eccleſiā decorātes. Viuo ego dicit dn̄s,quia omnib.his uelut ornamento ueſtieris. Exhibere ſibi eccleſiam glorioſam,non habentem maculam,neq; rugā,aut aliq̄d hōmi. Clerici.n.non debent habere maculam in cogitatione,nec rugam in intētione,nec aliquid deformitatis in opere, ſed dēnt eſſe glorioſi ī fama & opinione.

Apoc. 8
Ephe.5.
Orōnis cōditionis.
2.Cor.2
Eccl.9.
Pſalm.
Eſa. 49.
Ephe. 5

ne. Secundò ponitur sanctificationis effectus, cum dicitur, sanctum sanctorum. Ipsum enim altare sanctum sanctorum, dicitur, quia sanctissimum sacramentum in eo consecratur. Sanctum namque est idem quòd mundum, firmum, & sanguine tinctum. Est igitur ipsum sacramentum in altari sanctum. Primò quia nos

Heb. 3. mundat. Sanguis Christi emundabit conscientiam

Apoc. 1 nostram &c. Lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ex quibus uerbis patet, ꝙ sanguis Christi mundat lauat & dealbat. Mundat ab actuali, lauat ab originali, dealbat a ueniali, in huius significationem Christus sanguinem fudit de manibus, ut lauaret actuale, de latere ut lauaret originale, de pedibus ut lauaret ueniale. Secundo altare dicitur sanctum, quia nos firmat. s. per sacramentum. Facit. n. nos

1. Mac. 1 firmos, & fortes in aggrediendo ardua. Hoc significa

Heb. 10 tum est, vbi dicitur, ꝙ elephantis ostenderunt sanguinem vuæ ad acuendum eos ad prælium. Facit nos firmos sufferendo aduersa. Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatorib. aduersus semetipsum cõtradictionem, ut non fatigemini animis uestris deficientes. Facit nos firmos perseueranter continuando for-

3. Re. 19 tia. Ambulauit in fortitudine cibi illius &c. Panis cor

Psalm. hominis confirmat. De his exemplum habemus in Christo qui magnanimiter aggressus est ardus, & crucem ascendit. Constanter sustinuit aduersa, qñ vulnera fortiter tolerauit; & perseueranter continuauit fortia. s. quando de cruce descendere noluit. Tertio sacramentum dicitur sanctum quia sanguine suo nos tingit. s. quando suæ passionis memoriam nobis imprimit tangendo nostrum intellectum per meditatio

Deut. 6 nem. Meditaberis sedens in domo tua; & nostrum af-

Iob. 39. fectum per desiderium, & deuotionem. Pulli eius lã-

1. Pet. 8. bunt sanguinem totam uitam nostram per imitationem. Christus passus pro nobis, nobis relinquens exemplum &c.

Sermo cccv. De celebratione missæ sermo primus. Ministri habitus, atque mysterij celebrationis pulchritudo præmonstratur.

DEdit in celebrationib. decus &c. Ista uerba fuerũt dicta de Dauid ꝓpheta, & pñt cõueniẽtius dici de B. Greg. Papa, ꝙ missæ celebrationẽ pulchre, & decore ordinauit, & ipsum ministrũ celebrãtẽ pulchro habitu insigniuit. Videamus ergo quã decorus sit habitus ministri. Scđo quam decora sit celebratio ministerij. Minister namq; in suo habitu dẽt esse decorus. Primò quia in capite coronam decoram dẽt hr̃e. in qua si quidem corona tria fiunt. s. pilorum abrasio, capillorum detruncatio, & formæ sphęricæ figuratio. Abrasio aũt pilorum in superiori parte capitis fit, ad innuendum, ꝙ inter ipsos ministros, & Deum nihil dẽt esse medium, sed immediatè dẽnt Deo uniri per uinculum charitatis, per identitatẽ uoluntatis, & ꝑ opera pietatis. Mĩa. n. maximè Deo coniũgit hoĩem. Capillorum. n. detruncatio sup aures fit, ad innuendum quod oĩa tp̃alia superflua dẽt resecare, & superfluas cogitationes abijcere à mente, & ad mandata Dei adimplenda auditum liberum & expeditum hr̃e. Circularis autem figuratio in modum coronæ fit ad innuendum, ꝙ seruire Deo regnare est, & quod sunt ministri illius, qui principio caret & fine, & ꝙ de corona sacerdotalis dignitatis peruenturi sunt ad coronam æternæ fælicitatis. Scđo dẽt amictum in capite assumere tanꝗ galeam spei, quia dẽt ad altare accedere cum spe & fiducia obtinendi. Induti galeam spẽ salutis. Tertio, dẽt induere albam tanquam loricam Iustitię. Induiti lorica iustitię. Sicut. n. lorica hoĩem vndiq; tegit, sic iustitia cum alijs suis uirtutibus vndiq; aĩam tegit, & munit. Prudentia. n. aĩam munit ab inte riori, ut prouideat de futuris. Iustitia à posteriori ut prouideat de futuris, & satisfaciat de præteritis. Temperantia à dextris ne alliciatur in prosperis. Fortitu-

Eccl. 47

1. Thes. 5

Eph. 6.

do à sinistris, ne succumbat in aduersis. Quartò debet
Eph. 6. cingi a cingulo castitatis, & munditiæ. State ergo suc
3. Pet. 1. cincti lumbos uestros in ueritate. Succincti lumbos mentis uestræ. Quinto debet accipere manipulum tã quam scutum fidei. In omnibus sumentes scutum fidei &c. Ipsum autem manipulum in manu sinistra ponitur, quia scutum in sinistra parte portatur. Sexto debet accingi stola, tanquam ense, & gladio ancipiti, qui est gladius verbi Dei, ut incidat uerbo, & exemplo. Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Septimo per planetam siue casulam quæ desuper ponitur, intelligitur charitas, quę super oẽs uirtutes ponit' quasi earũ forma. Sup hæc autem omnia charitatem hñtes &c. Vel per illam planetam intelligitur insigne quoddã, quod cognoscentia dr̃ p ꝗ cuius regis sit miles agnoscitur, per ꝗ mortificatio carnis accipitur, per quã Christi milites di-
Gal. 5. scernuntur. Qui aũt sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum uitijs, & concupiscentijs. Postmodum autem sacerdos sic ornatus, & armatus, ad altare accedit, ubi etiam tribus alijs armis se munit. s. confessione, ut sit mundus cum dicit; Confiteor Deo &cæ. Oratione ut accedat deuotus cum dicit: Aufer a nobis dñe &c. Et crucis impressione ut maneat securus.
Ezec. 9. Sup quę uideritis thau ne occidatis &c. Scđo uidẽdũ est, q̃ decora sit celebratio mysterij. i. missæ; q̃ qdẽ decora est pp multa quæ ibi fiunt; quæ magna continẽt sacra, quorum quædam sunt añ cõsecrationem, quædam uero sunt in ipsa consecratione, & quidam post consecrationem. Añ qdẽ cõsecrationem plura fiunt, q̃ sacra continent. Primum quia sacerdos ad populũ se manifestat, & clara uoce ipsum salutat. In una tñ illarũ licet se populo manifestat, non tñ clarè sed summisse dicens: Oratre fratres &c. Illæ autem quinque manifestationes repræsentant quinq; apparitiones, quib. in ipsa die resurrectionis se discipulis manifestauit, una tamen illarum fuit occulta, scilicet qua Sy

moni

moni Petro apparuit. Scdm est, quia sacerdos non dicit Xp̄s uobiscū, nec Iesus uobiscū, sed dicit dn̄s uobiscum, nam Christus & Iesus sunt nomē psonale ipsius filij. Dn̄s aūt est nomē cōe cōueniēs trib. psonis, qa dn̄s pr̄, dn̄s filius, dn̄s spūs sanctus, & tn̄ non tres dn̄i, sed unus &c. Ac si dicat. Tota Trinitas sit uobiscum. s. pater qui sua potentia uos confirmet, filius qui sua sapientia uos illuminet, & spiritus sanctus, q suo amore uos inflammet. Alia ratio est, quia dn̄s potētiā significat, & iō oēm defectū populi supplere potest, & omnia bona conferre. Idem dn̄s omnium, & diues in oēs, qui inuocāt eum. Tertiū est qa nō r̄ndetur sibi, eo mō quo salutat. Non. n. sibi r̄ndetur, Et dn̄s tecum, sed, Et cum spiritu tuo, ad innuendum ꝙ tūc sacerdos totus dēt esse in spiritu, & spiritualis esse, & nihil sentire de corpore, uel corporali sollicitudine, sed totū se debet dare spiritui. Orabo spiritu, orabo & mente. Quartum est, quia ōrones in ipsa missa in numero impari dn̄r, cuius rōnē assignat Greg. qa par numerus in duo æque est diuisibilis, & impari in duo æqualia diuidi nō pōt. Non dn̄r ergo in numero pari qa Deus diuisionem in oībus detestať. Quintū est, quia ad euāgeliū deportatur lumen, thus, & crux, ad innuendū ꝙ ille qui dēt euangelizare uerbū Dei, dēt hr̄e lumen doctrinæ. Parati sp ad satisfactionē oī petenti uos &c. thus odoriferæ famæ. Oportet illū testimonium hr̄e bonum &c. crucē mortificationis propriæ. Abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequať me. Sextū est qa diaconus signat se in fronte, in ore, & in pectore. In fronte, qa nō dēt euangeliū Xp̄i erubescere. Nō. n. erubesco euangelium. In ore, qa dēt ipsum feruēter p̄dicare. In pectore, qa dēt ipsum fideliter credere. Corde crediť ad iustitiā, ore aūt cōfessio fit ad salutē. Scdo, sunt q̄dam in ipsa, uel circa ipsam cōsecrationē. Primū est quia corporalia explicātur. Calix cū patena parať. Altare qdē sign̄at crucem, sed corporalia significant lintheamina, & sudarium

[Margin notes: Ro. 10. · 1. Co. 14 · 1. Pet. 3. · 1. Thi. 4 · Mat. 16 · Ro. 10.]

quibus corpus Christi fuerat inuolutum. Calix significat sepulchrum. Patena uerò lapidem ad ostium monumenti repositum. Secũdum quia aqua & uinum miscentur, & ipsa aqua benedicitur: Miscetur enim ipsa aqua duplici de causa. Primo ad significandum illa duo sacramenta, quæ de latere domini nostri profluxerunt scilicet redemptionis in sanguine, & regenerationis in aqua. Secundum est, quia per aquam populus significatur, iuxta illud. Aquæ quas uidisti po-
Apo.17 puli sunt, & gentes, & linguæ. Ideo ergo aqua cum uino admiscetur, & cum sanguine transmutatur, ut ostẽ
Ioan.17 datur quod fideles Christo uniuntur, iuxta illud. Vt sint unum sicut & nos unum sumus. Ideo autem aqua cum cruce benedicitur ad ostẽdendũ, quod illa talis unio populi cum Christo facta fuit mediante cruce,
Eph.2. & Christi passione. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque unum. Tertium est quia sacerdos ad consecrationẽ tripliciter se parat, scilicet per thurificationẽ, ablutionem, & orationem. Thurificat namq; ad ostendendum quod illud sacrificium, est Deo ualde odo-
Ephe.5. riferum. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suauitatis. digitos lauat, quia secundum ipsum Dionisium in ecclesiastica hierarchia, lotio digitorum significat mundationem uenialium peccatorũ, a qb. tunc sacerdos debet esse immunis. Orat etiam pro seipso dicens. In spiritu humilitatis &c. Etiam orõnẽ aliorũ reqrit dicens. Orate pro me fratres. Tertio fiunt qdã post ipsam cõsecrationem. Primum est quia corpus Christi in tres partes diuiditur, ad innuendum ꝙ corpus Christi mysticum in tres partes est diuisum. Vna pars regnat in cœlo, & significatur per illam particulam, quæ ponitur in uino cõsecrato, qa illi beati ab ubertate Dei sp sunt ebrij. Alia pars adhuc peregrinatur in mundo. Tertia cruciatur in purgatorio, & istas duas partes aliæ particulę representant. Pro istis igit᷑ trib. partibus corporis mystici, corpus Christi uerum sub sacra

mento

mento offertur.s. pro beatis in gratiarum actionem, & profidelibus qui sunt in mundo, ut sit eis in conseruationem, & pro his qui sunt in purgatorio. idest ut sit eis in purgationem. Secundo est,quia post sumptionem digitos lauat; semel ante consecrationem, ut dictum est, & bis post sumptionem una uice cum uino, ut Si aliquid de corpore Christi digitis adhęsisset, in calice infundatur. Secunda uice cum aqua. Per istam triplicem lotionem digitorum significatur triplex munditia illorum qui corpus Christi conficiunt.Tales enim debent habere puritatem,quantum ad manus quibus ministratur, & quantum ad os per quod, suscipitur, & quantum ad cor in quod recipitur. Tertium est,quia post missam sacerdos lauat manus. In principio quidem lauat manus antequam se induat. Et in fine missæ etiam manus lauat. In medio autem missæ non manus lauat, sed tantum digitos, quia omni tempore siue ante missam, siue post missam,debet esse mundus a peccatis magnis,in missa vero a peccatis paruis. Dionysius. Et.n.accedentes ad sanctissimum sacramentum mundari conuenit ab intimis animæ fantasijs.

Sermo cccvj. De eodem Sermo ij. Omnium quæ in missa dicuntur rationes.

STare fecit cantores contra altare, & in sono &c. Dauid symphonides,& egregi⁹ psaltes circa Dei cultũ ualde deuotus, diuersos,& plures psalmos edidit, quos p diuersos cantores circa altare decantãdos instituit. Cuius exemplo sancti patres diuersos cãtus circa altare decantandos ediderũt, & missã uocauerunt. Quia verò ibi erant multæ prolixitates, ideo B. Gre. prolixitates resecauit, & ipsam missam cõueniẽtius ordinauit, & iõ ẜm eius ordinationẽ in ipsa missa aliqua exponamus. In primis namq; in principio missæ introitus decãtat̃. Dr̃ aũt introitus ex eo, quia

ꝑ illū talē introitum in missam intratur. Olim quidem. s. tempore apostolorum missa ꝑ orationem dñicā inchoabatur, sed postmodum per aliq̄ lectionem est inchoata, Sicut adhuc fit in sabbato Sancto & in vigilia pētecostes. Et postmodum missa inchoata est per aliquem psalmum, qui totus cantando dicebatur. Sed q̄a ille introitus nimis erat prolixus, ideo Greg. detrūcauit & de illo psalmo aliquos versus retinuit, & sic per anni circulum introitus ordinauit. Introitus autem qui clamore inchoatur, repræsentat clamores sanctorum patrum desiderantium Christi aduentum, & ideo geminatur, ut intentio desiderij ostendatur. Olim autem iste introitus antiphona vocabatur, & sic in aliquib. libris antiquis inuenitur. Dicitur autem antiphona ab an quod est circa, & phonos sonus, quia est cantus circumiens psalmos, & gloria patri, qui ante & post illa cantatur. Deinde sequitur Kyrieeleison, quod nouem uicib. dicitur, quia ad honorem nouem ordinum angelorum cantatur, quos sic honoramus, ut ad eorum societatem peruenire ualeamus. In tres autē ternarios distinguunt̃ & decātatur nouē uicib. quia angeli in tres hierachias, & nouē ordines distinguntur. Vel dñr illa Kyrieeleison ad honorem Trinitatis, ita ꝙ tria referuntur ad patrē, tria media ad filiū, & tria ultima ad spm̄ sctm̄. Est.n. Kyrieeleisō

Misericordia Dei. idem dicere, qđ dñe miserere. Habet.n. Deus magnā misericordiam, multam, & æternam. De duobus primis. Miserere mei Deus ſm magnā mīam tuā, & ſm

Psal. 50. mul. &c. De tertia idem. Confitemini dño dñorū, qm̄ in æternū mīa eius. Hēt igitur Deus mīam magnam, multam, & æternā. Magnā, quia remittit peccata quātūcunq; sint grauia. Multa, quia remittit q̄tumcunq; sint numerosa. Æternā, quia remittit pctā quantūcunque sint diuturna. Istā aūt triplicē mīam quilibet triū hēt. s. pater, filius, & spiritus scūs. Et ideo ipsam mīam a quolibet triū imploramus. Deinde dicitur hymnus angelicus. s. Gloria in excelsis. Quem angeli usq; ad

illud

illud bonæ uoluntatis decātauerunt. Sed reliqua alia, q̄ sequuntur addidit S. Telesphorus Papa, qui fuit nonus a B. Petro. Quamuis aliqui dīt B. Hylarium illa addidisse. Cantabatur olim tm̄ in prima missa natalis dn̄i, sed post modum Ciriacus Papa, instituit, ꝙ etiam in festiuitatibus decantetur. Et iō si dr̄ aliqua uotiua missa de spiritu sancto, uel de sancta cruce, uel de B. Virgine Maria in profestis dieb. nec gloria patri, nec hymnus angelicus dr̄, nec symbolū dici debet, tn̄ pręfatio propria dici pōt, ut inter commemorationem, & solemnitatem dr̄ia habeatur. Finito gloria, sacerdos populum salutat di. Dn̄s uobiscum, & chorus rn̄det. Et cum spiritu tuo. Et iste modus salutandi sumptus est ex Ruth. ubi dixit Booz messoribus suis, dn̄s uobiscum. Modus aūt rn̄dendi est sumptus ex uerbo Pauli, qui dixit. Dn̄s noster Iesus Christus, sit cum spiritu tuo. Postea sacerdos dicit orationē, q̄ dr̄ esse collecta duplici de causa. Vna est, quia olim non diceba tur nisi prius multitudine populi collecta. Alia est quia illa orō petitionē populi colligit, quā sacerdos Deo offert, & pro eis intercedit. Oēs aūt ferè orationes conclusionem habēt per dn̄m &c. Ista duo nomina. s. Iesus, & Christus sunt nomina mediatoris. Iesus .n. dicit Deum humanatum, sed Christus dicit hominem deificatum. Sicut igitur a sole quia longe est nō possumus ignem accipere, nisi mediante speculo, uel crystallo, uel aliquo tali, sic a patre cœlesti a quo per peccatum longè distamus non nisi possumus per mediatorem gratiam obtinere. Oratione finita cantatur epistola, quasi supermissio, idest supererogatio, quia super doctrinam ipsius euāgelij supererogatur ad doctrinam imperfectorum. Vr̄ tn̄, ꝙ epistola post euangelium legi deberet, quia posterior fuit. Sed dicendū est, ꝙ per ipsam epistolam significatur doctrina legis & prophetarū, q̄ doctrina præcessit. Vn̄ accidit quod sæpe loco ep̄læ legitur aliqua lectio, uel ꝓphetia de lege, & ꝓphetijs. Hinc est ꝙ subdiaconū tm̄ unᵘ aco

1. Th. ulti.

litus sine lumine præcedit, quia ipsorum doctrinam pauci sunt secuti, & nondum lumen gratiæ aduenerat. Deinde cantatur responsorium quod graduale uocatur. Dr̄ autem respōsorium, siue quia illa verba verbis epistolæ aliquo modo respondent, siue quia nos his quæ in epistola audiuimus, debemus operibus respondere. Graduale uero dicitur, uel a gradu locorū, quia in gradib. consueuerat decantari, uel a gradu uirtutum, unde dicitur in Psalm. secundum interpretationem aquilæ. Distribuite gradus eius in compassione, ut enarretis in progenie altera. Nam reuera domus nostra cœlestis multum est alta, & ideo gradibus indigemus. Post hæc dicitur: alleluia, ꝙ siquidem nomen alleluia interpretatur secundum, quosdam iubilatio domini, & repræsentat iubilationem, quæ in ci-
Tho. 3. uitate cœlesti decantatur, Iuxta illud. Per uicos eius alleluia cantabitur. Et quia illa iubilatio, tanta erit, ꝙ nullus posset ad plenum effari. Iccirco nullus interpretum potuit, aut præsumpsit alleluia interpretari. Sequentiæ autem licet non sint de more Romano, tamen in aliquibus ecclesijs decantantur, quorum usum primo adinuenit Rogerius abbas sancti Galli, & Nicolaus Papa sequentias ad missas decantari concessit. Hermannus etiam Theutonicus contractus, sequentiam: Sancti spiritus adsit nobis gratia, composuit, & etiam hoc cāticum. Alma redemptoris mater, & multa alia pulchra inuenit, & compilauit. Post hoc igitur euangelium præcedentibus multis, lumine quoque & thure & cruce, quia ipsa doctrina euangelica multos ad fidem conuertit, & lumen ueræ scientiæ adduxit, & totum mundum odore suauitatis adimpleuit, & uexillum sanctæ Crucis in uniuerso mūdo erexit. Cantatur aūt euangelium uersus partē aquilonarem, quia uirtus euangelij illum, qui dixit sedebo in lateribus aquilonis &c. de mundi potestate eie-
Esa. 14. cit ut de hoc scribitur Esa. et Ioan. Nunc iudicium est
Ioan. 1. mundi nūc princeps huius mundi eijcietur foras. Le

cto

cto euangelio cantatur symbolum, quod dr̃ a syn, qđ est simul & bolus Sunt autem duo symbola. Vnum ab apostolis confectum. Cum.n.apostoli essent, per mundum diuidendi prius in Hierusalem conuenerunt de articulis fidei differentes, symbolum concorditer ediderunt quolibet ipsorum suum bolum.i.articulum ibidem ponente. Aliud symbolum, quod in missa decantatur a trecentis decem & octo patribus in Nicæna synodo editum fuit, ubi non sunt alij articuli, quam in primo, sed tamen propter diuersas hæreses succrescentes sunt magis elucidati. Post symbolum cantatur offertorium, pręmisso tamen a sacerdote dominus vobiscum oremus. Et tamen sacerdos nullam tunc orationem facit, cuius duplex est causa.s.ad innuendum, ꝙ qñ sacerdos appropinquat ad sacrificandum, magis indiget oratione mentali quã uocali. Alia quia & si præsbyter tunc non oret, hortatur tñ populum suũ, & chorum ad orandum. In quo quidem offertorio populus admonetur, ꝙ sicut offerunt Deo sua, sic etiam offerant semetipsos. Respexit etenim dominus ad munera Abel, quia ipse offerebat Deo se & sua. Ad munera autem Cain dñs non respexit, quia ille offerebat Deo sua, sed semetipsum offerebat diabolo. Deinde præfatio decantatur. Et dicitur: præfatio quasi prælocutio, quia in præfatione sacerdos præ loquitur de sacramenti altitudine, & de reuerentia habenda, & attentione deuota. Ibi enim captat sacerdos Dei beneuolentiam, ut tanto facilius pro populo impetret Dei misericordiã. Finita præfatione cantatur. Sãctus qđ partim est sumptum ab illo cantico angelico, de quo dicitur. Isai. 6. Sanctus Sanctus Sanctus dñs Deus Sabaoth. &c. & ẽt ab illo cantico angelico, de quo refert Ioannes Damas. in 3. lib. qđ cum Constatinopoli pestilentia magna esset, & ꝓcessio fieret, quidã puer subito de medio populi in cęlũ est raptus, q post aliq̃ morã rediẽs dixit se ab angelis qđdã canticũ didicisse qđ mox ut puer ille cãtauit, pestilẽtia illa cessauit.

Gen. 4.

Eleuata igitur voce cecinit. Sancte Deus, sancte fortis, sancte & immortalitatis miserere nobis, & mox omnis pestilentia cessauit. In Calcedonensi quoq; synodo fuit Canticum illud approbatum. Huius igitur cantici laus secundum Dam. ex quatuor colligitur. s. quia angelus illud docuit, ad eius prolationẽ pestis cessauit: Calcedonensis synodus illud approbauit, & diabolus ad eius prolationem scinditur & dissecatur. Et partim est sumptum ex illo cantico puerorum, ꝙ
Mat. 21 dixerunt Benedictus qui uenit in nomine dñi. Dein de sacerdos ad canonem accedit, quem sub silentio di cit tribus de causis. Primo vt se totũ ad interiora colli gat, & sic illa verba cum maiori attentione, & deuotione dicat. Secundo ne porcis & canibus. i. indignis & tentatoribus Dei secreta pandantur. Tertio ut uerba illa sic a populo in maiori reuerentia, & honore habeantur. Sacra namque quanto plus occultantur, tã to in maiori reuerentia habentur. In canone autem non ponuntur sancti ueteris testamenti, quia illi ad limbum descenderunt, nec ponuntur confessores, tũ quia non agebantur eorum festiuitates, tũ quia de eorum meritis non adeo certa erat ecclesia, ponuntur tñ in canone aliqui martyres de quorum merito & causa martyrij oĩmoda extitit certitudo. Multos autem ibi ecclesia ponere noluit, tum vt prolixitatem uitaret, tum ẽt ne eam errare contingeret. Nam sicut legiť in historia ecclesiastica, hęretici cum catholicis quando que passi fuerunt, & ecclesia propter persecutiones tyrannorum examinationes solennes facere non ualebat. Principaliter aũt in canone ponuntur apostoli tã quam fidei nostrę fundatores. Consecrata autẽ hostia sacerdos eam in altum eleuat, vt deuotius uideatur & adoretur a populo, ut ostendatur, quod Christus eleuatus fuit in patibulo, & ꝙ eleuatus fuit in cęlo, & ꝙ
Esa. 52, eleuabitur in iudicio. Ecce intelligitur seruus meus, & exaltabiť, quo ad primũ, & eleuabitur, quo ad secundum, & sublimis erit ualde, quo ad tertium. Finito au-

tem

tem canone sequitur oratio dñica. Cum ista oratione apostoli missas suas celebrabant hñtes altaria parua q̄ secum ferebant, unde adhuc Romæ ostenditur quoddam altare S. Petri in quo ipse aliqñ celebrare consueuit Deinde sacerdos corpus Xp̄i in tres partes frā git, prout Papa Sergius ordinauit. Hæc autem fractio non est in corpore Christi, sed in solis formis sacrā libus. In tres autem frangitur partes ut ostendat̄ ꝙ illud sacrificium ad honorem trinitatis offert̄, siue ut ostendatur quòd in Xp̄o fuerunt tres substantię. s. caro, anima, & deitas, siue ut ostendatur quòd offertur pro corpore Xp̄i mystico, quod in tres partes saluandorum diuiditur. s. uirgines, continentes, & coniugatos. Deinde sacerdos dicit pax dñi. s. tres cruces faciē do cum parte corporis super calicem ad innuendum quòd per Christi passionem triplicem sumus assecuti pacem s. temporis, pectoris, & ęternitatis. Post hęc vero cantatur agnus Dei, quod ter dr̄ quia agnus ab agnoscendo nomen accepit. Xp̄s ergo ter agnus appellatur quia ſm Innocentium tertium: Christus in cruce existens patrem suum agnouit obediendo, & matrem recommendando, & nos patri reconciliando. Vel dr̄ ter agnus Dei, quia ipse Christus ter matrem suā agnoui, s. in humili subiectione, qñ subditus erat illi. In uini mutatione. Et in ipsius diligenti recōmendatione. Deinde cantatur cōio, q̄ iō cōio dr̄, quia in cōicando cantatur: Et est cātus cōionis cātus lętitię, & gratiarum actionis, pro tanto sacr̄o suscepto. In fine missæ cantatur festiuis dieb. Ite missa est, i. ad propria redite. Vel ite, i. de uirtute in virtutem proficite. quia missa est hostia sacrata ad patrem, vt pro uobis intercedat Hugo de S. Victore. Ipsa hostia sacra missa vocari p̄t. Primo quia transmissa nobis est a patre per incarnationem. Secundo a nobis patri per passionem. Similiter in sacr̄o, quia primo a patre nobis per sanctificationem qua in nobis esse incæpit. Postea a nobis patri ꝑ oblationē qua pro nobis intercedit. In Lucę. 2.

diebus

diebus autem ferialibus dr̃. Benedicamus dn̄o. Et illud est actio gratiarum pro oblato sacrificio, & perfecto missæ mysterio. In missa vero pro defunctis dr̃, requiescant in pace, quia sacrificium illud pro eis oblatum est ad ipsorum liberationem de purgatorij pœna, ut de purgatorio ad uitam æternam gradiantur, & in pace perpetua requiescant.

Sermo cccvij. Eodem sermo tertius. Quare triplici lingua missa decantetur.

Eccl. 47 IN sono eorum dulces fecit modos &c. Dauid diuersos dulces sonos inuenit, & diuersos modos canendi quæsiuit per quos laudem Dei instituit. Sic & S. Greg. diuersos sonos & cantus inuenit, per quos missam instituit & ordinauit. Ipsam n. missam per diuersos modos inchoauit, quia in trib. linguis eam decantari instituit, s. in lingua greca, hebraica, & latina. Quod quidem fecit triplici de causa. Prima est ad repræsentandum titulum dominicæ passionis, qui fuit in cruce conscriptus, literis græcis, hebraicis, & latinis. Secunda est, quia istæ tres linguæ sunt omnibus alijs linguis principaliores, & digniores. Ideo in his tribus linguis missa canitur, ut uerificetur q͡ est scriptum. Omnis lingua confiteatur, quia dominus noster Iesus Christus est in gloria Dei patris. Tertia est ad ostendendum quod sancta uniuersalis ecclesia de omnibus & diuersis linguis est a spiritu sancto in vnitate fidei congregata. Iuxta illud. Qui per diuersitatem linguarum cunctarum &c. Verba autem græca in missa sunt Kirieeleison Christeeleison. Hæbraica sunt, amen, alleluia, sabaoth, & osanna. Latina sunt cętera, quæ in missa proferuntur. Sunt igitur uerba in græca lingua ista Kirieeleison, Christeeleison. Quæ quidem mater ecclesia in græco cantari uoluit triplici de causa. Prima quia missa a græcis ortum habuit, ideo mater ecclesia huiusmodi uerba græca in ec-

Phil. 1.

clesia occidentali decantari noluit. Secunda quia inter græcos summa mundi sapientia floruit. Iudæi signa petunt græci uero sapientiam quærunt, & ideo ecclesia occidentalis voluit ecclesiæ orientali deferre,& propter suam sapientiam sibi reuerentiam exhibere. Tertia est quia lumen fidei primo de grecis ad latinos uenit. Barnabas enim de græcia Romam uenit, qui primo ibi fide predicauit. Paulus etiam græcorum apostolus, & multi alij discipuli de græcia in Italiam venerunt, & fidem Christi ibi predicauerunt. Multum ergo lingua greca debuit a latina honorari, a qua prima lumen fidei accepit. Dicitur nãque Kyriel. nouem uicibus propter honorem & mysterium trinitatis. Est.n.Kyriel.idem qđ domine miserere. Patri nanq; attribuitur potentia, filio sapĩa, & spiritui sãcto gratia. Tria ergo prima Kyriel.ad honorem patris, cantamus, ad cuius potentiam triplicẽ mĩam assequi petimus. Sumusque infirmi ad inchoandum bonum, fragiles ad resistendum malo, debiles ad perseuerandum in bono. Ideo a patre misericordiam petimus vt per suam potentiam nos fortes faciat ad incipiendum bonum, ad resistendum malo, ad perseuerandum in bono. Expecta dominum uiriliter age, quo ad primum,& confortetur cor tuum, quo ad 2m, & sustine dominum, quo ad tertium. Tria media Christeeleison dicuntur ad honorem filij, à cuius sapientia triplicem petimus misericordiam. Nam & uiam cœlestis patriæ nescimus inuenire, ideo petimus ab eius sapientia nobis uiam ostendi, quia ipse est uia. Et quia per inuentam uiam nescimus ambulare, nec pergendo ad terminum peruenire, ideo per ipsum qui est ueritas ad seipsum petimus perduci qui est uita. Ego sum via veritas & vita &c. Tria autẽ ultima Kyrieeleison dñr ad honorem,& ob reuerentiam spũs sãcti, a cuius gratia triplicem misericordiã postulamus. petimus.n. ab eo dari nobis gratiam præuenientem, proficientem, & cõsumantem. Iustorum semita quasi lux

1.Co.1.

Ioan.14

Prou.14

lux splendens, quo ad gratiam proficientem, usq; ad perfectum diem, quo ad gra tiam consumantem. Secũdo in ipsa ponuntur uerba in lingua hebraica, q̃ sunt, amen, alleluia, sobaoth, & osanna: istud autẽ quòd dr̃ am̃, si referatur ad id quod in orationibus petitur, tũc est idẽ ꝙ fiat. Si aũt referatur ad conclusionis finem, tũc idem est quod uerum est. s. ꝙ Deus trinus & unus uiuat, & regnat ꝑ oĩa sęcula sęculorum. Alleluia interpretatur iubilatio siue laudatio dñi, & continet triplicem laudem. Vna est qua laudamus bonum Dei, quod in se habet. Alia est laus quę laudamus bonum Dei, quod in nobis posuit. Tertia est laus qua laudamus bonũ Dei in sctõ, cuius festum agimus. Cantatur autẽ alleluia cum iucunda, & longa nota, quia ista bona Dei sunt lõga, iucũda, & immẽsa: Nullus. n. interpretũ potuit ad plenum alleluia interpretari, quia Deũ

Eccl. 4. pro tantis bonis non possumus sufficienter laudare. Bñdicentes dñm exaltate illum quantũ potestis, maior est. n. oĩ laude. Sabaoth autem idem est quod exer-

Apo. 19 citus. Deus quidem est dñs exercituũ angelorũ, quorum quidam habẽt ipsum regem associare. Exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eum in equis albis. Alij habent inimicos regis expugnare. Factum est præliũ

Esa. 62. in cęlo. Michael & angeli eius præliabantur cũ dracone. Alij hũt ciuitates & castra regis custodire. Sup muros tuos Hierusalem constitui custodes &c. Osanna autem ꝯm Hieronymum idem est quod salua obsecro. Componitur autem ab osy. quod est quòd salua. & anna quod est interiectio obsecrationis. Dixerunt. n.

Mat. 21. illud turbæ precedenter, & quę sequebantur dominũ. Quia illi qui præcesserunt. s. patriarchę, & prophetę, & illi quam comitati sunt. s. apostoli, & ẽt illud dixerunt, qui sequuntur s. martyres, & confessores, & nos cum benedicimus, & ab ipso salutem consequi obsecramus. Tertio in ipsa ponuntur uerba latina lingua decãtandà quę per tres sonos sunt destincta. Nam tres sunt species sonorum, secũdũ Aug. scilicet sonus

qui

qui fit cũ pulsu, qui fit cũ uoce,& qui fit cũ flatu. Ista triplex differentia sonorum ponitur in missa in lingua latinorum uerborum, ad sonum.n. quia fit cum pulsu sicut in psalterio pertinent psalmi. In introitu enim missæ semper aliquis uersus alicuius psalmi dicitur, & Gloria patri adiungitur quod quidem Gloria. Nicæna synodus adinuenit, & Hieronymus de mandato Damasi papæ in fine psalmorum decantandum instituit. Ad sonum aũt qui fit cum uoce pertinent orationes, epistola, euangelium & simbolum. Numerus autem ipsarum orationem in missa diuersimode dicitur: Aliqñ.n.dr̃ una sola oratio vt ostendatur illud: Vnus Deus,& pater omnium qui super oẽs, & per omnia,& in omnibus nobis est. Aliqñ dñr tres ad similitudinẽ Christi qui ter legitur orasse. Orauit tertio eũdem sermonem. Aliqñ dñr quinq; ob honorem quinq; uulnerũ Christi. Aliqñ dñr septem orationes, ut septẽ dona spũs sancti impetrare possimus, & ad similitudinem Christi, qui orationem suam s. Pater noster in septem petitionib. cõprehẽdit. Sed numerus septemnarius non est excedendus ne fastidiũ generetur, & ne sacerdotis intentio nimium distrahatur. Dñr aũt istę orationes collectæ, quia ad ipsas populus congregabatur & colligebatur ut dñicam euchari stiam acciperet. In primitiua nanque ecclesia quotquot missæ intererant cõicabant, sed numero fidelium excrescente, statutum est ut tm̃ diebus dñicis sacram communionem accipiãt. Postq̃ autẽ deuotio est diminuta, ordinatum fuit ut tantum tribus uicib. in anno. s. in paschate, in pentecoste, & in natiuitate dñi communicent. Tribus uicibus p annũ apparebit oẽ masculinum in conspectu dñi Dei. At postquam refriguit charitas, abũdauit iniquitas, ordinauit ecclesia sub præcepto, ut oĩs utriusq; sexus semel in anno ad minus cõfiteat, & in paschate recipiat sacramẽtũ, nisi forte de consilio proprij cõfessoris ob aliquã rõnabilẽ cãm duxerit abstinendum. Aliud quod

Ephe. 4.

Deu. 16

pertinet

pertinet ad sonum uocis est epistola & euangelium. Epistola tamen euangelio præmittitur, quia epistola continet lac paruulorum, euangelium uero continet solidum cibum perfectorum: Doctrina n. apostolorum est quædam introductio ad euangelicam veritatem: Epistolas etiam fecerunt, serui, euangelium fecit dñs. Sicut ergo seruorum est dominos præire & uiam præparare, sic & doctrina epistolarum euangelium præcedit ut auditoribus uiam præparet Euangelium autem dieb. festiuis præcedit unus ceroferarius; sed in magnis festiuitatib. duo. Christus namque habet duplicẽ aduentum. Vnus fuit mansuetus & humilis, & quasi ferialis quo. s. uenit in carnem, & istum aduentum tantum vnus nuncius præcessit, s. Ioannes Baptista. Mat. 1. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam ante te. Alius erit ualde solennis, & festiuus, quando. s. ad iudicium est uenturus, & istum aduentum duo nuncij præcedent. s. Enoch & Helyas. De quibus dicitur. Dabo duob. testib. meis & prophetabunt &c. Aliud quod spectat ad sonum uocis est ipsum symbolum: Apostoli namque symbolum ediderunt, de quo symbolo est extractum symbolum quod in missa cantatur. Quilibet namque apostolus suum bolum, id est suum articulũ ibidem posuisse refertur. Petrus nanque primum posuit dicens. Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ. Secundum Andreas dixit. Et Iesum Christum filium eius unicum dñm nostrum. Tertium addidit Iacob. maior dicens. Qui cõceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria uirgine. Quartum posuit Ioannes dicens. Passus sub Põtio Pilato, crucixus, mortuus, & sepultus. Quintum posuit Philippus dicẽs. Descẽdit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis. Sextũ posuit Bartholomęus dicens. Ascẽdit ad cęlos, sedet a dexterã Dei pr̃is oĩpotẽtis. Septimũ posuit Thomas dicẽs. Inde uẽturus est iudicare uiuos & mortuos. Octauum addidit Matthæus dicens:

Aduẽt⁹ Christi duplex.

Apo. 11

dicens: Credo in spiritum sanctum. Nonum posuit Iacobus minor dicens: Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum, communionem. Decimum posuit Simon Cananæus dicens: Remissionem peccatorum. Vndecimum posuit Iudas Thadęus dicens: Carnis resurrectionem. Duodecimum posuit Matthias dicens: Vitam æternam amen. Ad sonum qui fit cum flatu pertinent cantus. Quorum quidam cantantur in principio missæ, quidam in medio, & quidam in fine, ad significandum quòd debemus Deum laudare pro beneficio quòd nobis dedit in principio, medio, & in fine, id est pro beneficio creationis, recreationis, & glorificationis. De isto beneficio & triplici laude dicit Anselmus: Certe domine quia me fecisti debeo amori tuo meipsum totum, quia me redemisti, debeo amori tuo meipsum totum, quia tanta promittis, debeo amori tuo meipsum totum: imo tantum debeo amori tuo plus quam meipsum, quantum tu es maior meipso, pro quo dedisti teipsum, & cui promittis teipsum. Vel ideo ponuntur cantus in principio, in medio, & in fine, ad innuendum quòd debemus Deum laudare tanquàm principium à quo sunt omnia, tanquam finem ad quem tendunt omnia, tanquam medium per quem conseruantur omnia, ut sic uerificetur quod ait apostolus. Ex ipse, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. ipsi gloria in sęcula sęculorum. Amen. Rom. 6.

FINIS.

Venetijs, Apud Florauantem à Prato.
M D LXXXIX.

